
E. Hildebrand.
Lund 1826.



FLORA SVECICA

ENUMERANS

PLANTAS SVECIÆ INDIGENAS

CUM SYNOPSI CLASSIUM ORDINUMQUE, CHARACTERIBUS GENERUM, DIFFERENTIIS SPECIERUM, SYNONYMIS CITATIONIBUSQUE SELECTIS, LOCIS REGIONIBUSQUE NATALIBUS, DESCRIPTIONIBUS HABITUALIBUS NOMINA INCOLARUM ET QUALITATES PLANTARUM ILLUSTRANTIBUS

POST LINNÆUM EDITA

A

GEORGIO WAHLENBERG

BOTANICES DEMONSTRATORE UPSALIENSI.

PARS PRIOR

UPSALIÆ,

SUIS IMPENSIS EXCUDEBANT PALMBLAD & C.

ARGENTORATI apud TREUTTEL & WÜRTZ.
CHRISTIANIÆ apud HARTMAN.
HAFNIÆ apud GYLDENDAL.
LIPSIÆ apud BROCKHAUS.
LONDINI ap. TREUTTEL & WÜRTZ, TREUTTEL filium & RICHTER.
PARISIIS ap. TREUTTEL & WÜRTZ.
TIGURI (Zürich) apud ORELL, FÜESSLI & C:O.

MDCCCXXIV.

PRÆMONENDA.

Unus, et quod excurrit, jam præterfluxit annus, quum primum facta *Floræ Svecicæ novæ* promissio in publicum exiit. Interim dum tanta et citationum et novarum rerum moles auctu crevit, et cum præterea, in ipsâ typis exscribendi curâ, pro rata Manuscriptorum parte, plagulæ impressæ scriptas superarunt; jam eo perventum est, ut, quum dimidium operis in procinctu et typis ornatum habemus, totum et demum omni suo absolutum numero quinquagenas, præter opinionem, plagulas fore excessurum, pro certo appareat. Quo facto liber, propter amplitudinem, ex uno ad bina excrevit volumina. Ne tamen subscriptorum interea frustretur desiderium, quoniam ad tantum, tam spatiosum preloque insuper molestum opus rite peragendum dimidium adhuc anni vix sufficiat; primam ipsius contextus partem in lucem præmittere statuerunt redemtores. Huic vero parti nec præfigere Introductionem geographicam, nec Commentarios subjungere, quos potius ad finem reservabimus, quosque, utpote generaliores non nisi specialioribus finitis, exhibuisse debemus, pro tempore licuit. Quæ quum ita sunt, hanc sibi ipsa res exposcit veniam, ne intra limites hujus tantummodo partis, quam omnibus majoris certe momenti de compositione operis instituti explicationibus, omnique usus practici methodo nunc destitutam videbis, judicium et trutina versetur. Quidquid denique corrigendum, emendandum addendumve sit, in finem partis posterioris subjungere sibi reservatum voluit auctor. His præ-

missis dixisse juvabit, quam volupe gratumque et auctori et, quod sperandum, toti erudito orbi futurum sit, si hæc, quæ nunc proposuimus, et ea, quæ subsequentur, novis augere supplementis cuidam placeat. Et præterea quæcumque his in rebus hoc vel altero modo suscipiantur, tanto certiori erunt utilitati, quod collectio illa, nostratium manibus celebratior, quæ inscribitur *Svensk Botanik* (Botanice Svecana) sub eodem jam continuatur auctore. Quo quidem facto utrumque opus mutuo auxilio sibi invicem consulere mutuoque servire beneficio possit. Ejusmodi ope et operâ, expositione herbarum Svecicarum tam luculentâ tamque ad usum accommodatâ, quam vix alia terra, nostra, quæ immortalem jactat Linnæum, demum gaudebit patria.

Upsaliæ Calendis Octobribus MDCCCXXIV.

CLASSIS I.

MONANDRIA.

CONSPECTUS.

1. ORD. MONOGYNIA.

Semen unicum in utriculo calycis quadranguli - - - 1. SALICORNIA
infra marginem calicinum obsoletum - - 2. HIPPURIS

2. ORD. DIGYNIA.

Callitriche vid. Monoecia.

ORD. 1. MONOGYNIA.

1. SALICORNIA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 14. Juss gen. p. 96. Gartn. fruct. 2. p. 210. t. 127.

Calyx turbinatus, supra planiusculus, subquadrangulus, sine corolla. Anthera sessilis. Stylus bifurcatus. Semen unicum in utriculo calycis. — *Planta aphylla: ramis oppositis articulatis; articulis apice bidentatis; flosculis sub quoque dente ternis. Ord. nat.* 30 *Holoraceæ.*

1. SALICORNIA *herbacea:* annua, caule erecto, internodiis obconicis sursum compressis subemarginatis, spicis attenuatis; flosculis innatis. *Linn. svec. n.* 1. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 23 *syst. ed. Roem.* 1. *p.* 38. *it. gothl. p.* 269. *scan.* 198. 227. *Smith comp.* 1818. *p.* 1. *Engl. Bot.* 6. *t.* 415. *Flor. Dan. t.* 303. *Sv. Bot. t.* 252. *opt. Aspegren bleking. p.* 1. *Fries halland. p.* 12. *Wahlb. gothob. p.* 12. *Forsand. veg. scan. p.* 16.

β. prostrata *Osb. hall.* — *Fries l. c. Wahlb. l. c. Bieberst. cauc.* 3. *p.* 2. *Fl. Dan. t.* 1621.
S. procumbens *Smith. comp.* 1818. *p.* 1?
S. fruticosa *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 2. *oec. p.* 630.

Hab. inlocis depressis limosis (nec arenosis) aqua salsa inundatis ad promontoria maxime meridionalia insularum Gothlandiæ in Bursnäset, Ölandiæ ad Ottenbyschæfferiäng, Färgstad &c. Blekingiæ et Scaniæ occidentalis ad Scanoram, Malmogiam et Landskrona passim; dein vero ad mare occidentale frequentius per Hallandiam septentrionalem

et Bahusiam usque ad fines Norvegiæ; β. in insulis exterioribus occidentalibus ut Getterön prope Varberg, Ganled juxta Götheborg rarius.

Planta apud nos tota annua, quamquam caulis inferne indurescat et ligneus appareat, vix tamen plus quam pennam anserinam crassus. Rami præcipue superne succosi, spicas referentes. Flosculi spicæ innati (nec liberi ut in S. fruticosa). Semina quasi in loculamentis spicæ oblonga pallida (nec suborbicularia, nigricantia). Flores per totam fere æstatem non nisi antheris suis luteis conspicui. — Dicitur svecice Glasört ob usum cineris in vitrum conficiendum; forsan etiam ob pelluciditatem herbæ.

2. HIPPURIS

Linn. gen. ed. Schr. n. 15. Gærtn. fr. 2. p. 24. t. 84.

Corolla nulla. Stigma simplex. Germen staminiferum, margine calycino coronatum, itaque inferum. Semen nuculare. — *Herba verticillata, floribus axillaribus. Ord. nat.* 14. *Inundatæ.*

2. HIPPURIS *vulgaris:* foliis verticillatis pluribus sublinearibus. *Linn. svec. n. 2. syst. ed. Roemer* 1. *p.* 41. *Sv Bot. t.* 335 *bon. Flor. Dan. t.* 87. *Wahlenb. lapp. n.* 1. *Nov. Act. Upsal.* 8. *p.* 210. *Ahlqvist Vet. Acad Handl.* 1821. *p.* 303.

β. maritima: foliis subquaternis sublanceolatis. H. maritima *Hellen. diss. de Hipp. c. t. Retz. Scand. ed.* 2. *p.* 2. H. lanceolata *Retz. obs.* 3. *p.* 7. *t.* 1. H. tetraphylla *Linn. suppl. p.* 81. *spec. pl. ed. Willd.* 1. *p.* 27.

Hab. in fontibus, fluviis etc. per totam Sveciam a Scania usque in Lapponiam sylvaticam ubique; sed in insulis formationis transitionis valde rarescit.

β. in maritimis orientalibus Sveciæ septentrionalioris ex. gr. extra Gestriciam passim.

Herba præcipue in aquis fluentibus multiarticulata: foliis in quoque verticillo numerosis angustis; nomina svecica *Hästsvans, Vattengran, Ledgräs* æque merita; sed in litoribus subsalsis limosis orientalibus mediis tanto simplicior evadit, ut diversa species demum videatur. Flores intra singula folia solitarii sessiles, rubicundi, inconspicui æstivales. Semen sinapis semine minus.

CLASSIS II.

DIANDRIA.

CONSPECTUS.

1. ORD. MONOGYNIA.

Corolla regularis infundibuliformis: tubo cylindraceo -	3. LIGUSTRUM
dipetala - - - - - - - - - -	4. CIRCAEA
Corolla irregularis 4 fida: lacinia infima angustiore. Capsula.	5. VERONICA
bilabiata calcarata. Capsula semibivalvis	6. PINGUICULA
evalvis	7. UTRICULARIA
4 fida: lobo sup. emarginato. Semina nuda 4.	8. LYCOPUS
bilabiata. Anthera bicruris. Semina nuda 4.	9. SALVIA

2. ORD. DIGYNIA.

Flos glumaceus gramineus monospermus - - -	10. ANTHOXANTHUM

ORD. 1. MONOGYNIA.

3. LIGUSTRUM.

Linn gen. ed. Schreb n. 23. Juss. gen. p. 110. Gærtn. fruct. 1. p. 72. t. 92.

Calyx minutus, quadridentatus. Corolla infundibuliformis: tubo cylindraceo; limbo quadripartito. Bacca bilocularis; loculis subdispermis. — *Frutex foliis oppositis; floribus paniculatis terminalibus.* — *Ord. nat.* 17. *Sepiariæ.*

8. LIGUSTRUM *vulgare:* foliis elliptico-lanceolatis glabris mucronulatis, racemis compositis coarctatis. *Linn. svec. n.* 5. *syst. ed. Roem.* 1. *p.* 75. *it. vestgoth. p.* 192. *Flor. Dan. t.* 1141. *Sv. Bot.* 6. *t.* 415. *Kalm bohusl. p.* 129. 133. 138. 144. 162. *Vet. Ac. Handl.* 1743. *p.* 106. *Bjerkand. ib* 1776. *p* 80. *Fries hall. p* 13.

Hab. locis lapidosis soli obversis in insulis maxime mari expositis per Bahusiam ab Orost extra Uddevallam usque ad Musön et Otterön paroeciæ Tanum frequenter; (sed in strato lapidis suilli ad Kinnekulle tantum adventitium esse videtur).

Frutex Svecis *Liguster*, nonnullarum ulnarum altitudinis. Folia usque ad hiemem persistentia. Flores media æstate explicantur albissimi. Baccæ nigerrimæ.

4. CIRCÆA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 31. Juss. gen. p. 354. Gærtn. fr. 1. p. 114 t. 24.

Calyx bipartitus, deciduus. Corolla dipetala: petalis obcordatis, æqualibus. Capsula infera, pyriformis, hispida, bilocularis, disperma, evalvis. — *Herbæ oppositifoliæ, racemosæ; radicibus perennibus repentibus.* — *Ord. nat.* 54. *Calycanthemis accedens.*

4. CIRCÆA *lutetiana*: calyce virescente petala subæquante, foliis subovatis subdentatis opacis, racemis discretis elongatis pubescentibus. *Linn. svec. n.* 6. *syst. ed. Roem.* 1. *p.* 270. *it. scan. p.* 255. *vestgoth. p.* 213. *Flor. Dan. t.* 210. *Sv. Bot. t.* 586. (var. min.) *Fries halland. p.* 14. *Bjerkand. Vet. Ac. Handl.* 1776 *p.* 80.

β. intermedia: racemis magis conjugatis, foliis cordatis dentatis nitidis. C. intermedia *Ehrh. beitr.* 4. *p.* 42. *Retz. suppl.* 2. *fl. scand. p.* 4 *Flor. Dan. t.* 256.

Hab. locis umbrosis non humidis sylvarum faginearum Scaniæ præcipue occidentalis passim, ut ad Marsvinsholm, Roslätt, Krapparp, Kullaberg, Hallandsås, inter Hööр et Ekeröd; ceterum in provinciis occidentalibus raro, nec nisi Vestrogothiæ ad Hunneberg prope Fredstorp et Bahusiæ extra Uddevalla in Skaftölandet juxta exitum freti Getvikssund (*Forselles*).

β. locis humidioribus Scaniæ ex. gr. in Pålsköpsskogen ad Helsingborg copiose.

Herba opaca vel obscure viridis, erecta et sæpius bis pedem alta. Folia utplurimum ovata et denticulata, sed interdum locis magis apricis angustiora et integerrima (ut in Sv. Bot.), locis magis roridis subcordata et grossius dentata. Racemi ex ipso caule exeunt et foliis fulcrantur. Flores semper ante explicationem virentes, fere bis lineam longi; calyces explicati etiam extrorsum virides vel herbacei, introrsum rubentes. Petala fere albida. Fructus longitudine florum, sed crassiores.

β. Flores omnino præcedentis, etiam racemi pubescunt; sed fructus obortiunt et herba glabrescit immo nitescit, foliis cordatis grosse dentatis omnino ut in sequente specie. Hæc diversitas partium inferiorum a loco magis aquoso forsan non parum pendet.

5. CIRCÆA *alpina:* calyce hyalino petalis longiore, foliis cordatis dentatis nitidis, racemo composito glabro. *Linn. svec. n.* 7. *syst. ed. Roem.* 1. *p.* 271. *it. vestgoth. p.* 26. 92. *Sv. Bot. t.* 567. *Flor. Dan. t.* 1321. *Ahlquist Vet. Ac. Handl.* 1821. *p.* 302. *Hartman ib.* 1818. *p.* 126. *Hising. herjed. p.* 50. *jemtl. p.* 72. *Wahlenb. lapp. n.* 4.

Hab. locis roridis umbrosissimis sylvaticis per regiones montosas totius Sveciæ a Scania et Oelandia per Gothiam, Vermelandiam occidentalem, Dalekarliam, Norrlandiam usque ad fines Jemtlandiæ et alterum latus alpium Lapponicarum Nordlandiæ passim; in fodinis antiquis Bispbergæ, Dannemoræ etc. copiosissime.

Herba non ita varians ut præcedentis, semper nitida, valde tenera: geniculis tumidis, roseis. Folia semper profunde cordata. Racemus compositus sine foliolis ullis fulcrantibus. Flores ante explicationem dilute rosei, linea non longiores; calyces dein toti hyalini. Petala valde inconspicua.

Circæa a habitu mystico dicta, svecice vertitur *Trollört.*

5. VERONICA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 32. *Juss. gen. p.* 111. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 257. *t.* 54.

Calyx quadri- (rarius 5-) partitus. Corolla rotata: limbo quadrifido; lacinia infima minore. Capsula supera, polysperma, bilocularis; dissepimento valvis contrario. — *Herbæ oppositifoliæ.* — *Ord. nat.* 22. *Personatæ, sectio Rhinanthaceæ.*

Divisiones: 1) *pedunculis multifloris* (*radice perenni repente*) A) *spicis* a) *terminalibus n.* 6-8. b) *lateralibus n.* 9. B) *racemis* a) *terminalibus n.* 10-12. b) *lateralibus n.* 13-17. 2) *pedunculis unifloris* (*radice annua*) *n.* 18-22.

6. VERONICA *spicata:* spica terminali, foliis crenatis obtusis apice integerrimis basi attenuatis in petiolos subdilatatos cauleque puberulis. *Linn. svec. n.* 10. *spec. pl. ed. Willd.* 1. *p.* 56. *it. scan. p.* 56. *Wahlenb. ups. n.* 4. *Fries halland. p.* 15. *Bjerkand. Vet. Ac. Handl.* 1776. *p.* 80. *Aspegren bleking. p.* 2.

β. hybrida: foliis latioribus crebrius crenatis vel obtuse serratis acutis; petiolis dilatatis, stolonibus elongatis.

Mertens germ. 1. *p.* 308. — V. hybrida *Linn. svec. n.* 11. *Flor. Dan t.* 52.

γ. villosa: foliis parcius serratis villosioribus basi angustatis. V. villosa *Schrad comment. p.* 31. *t.* 1. *f.* 3? V. hybrida *Fries halland. p.* 14.

δ. media: foliis crebrius et acutius serratis. *Sv. Bot. t.* 560. *Fries halland. p.* 14 *novit. p.* 104.

Hab. in collibus petrisque apricis regionum magis campestrium præcipue orientalium ut ad lacum Mæleri ubique, in Gothlandia Oelandiaque frequenter, Blekingiæ passim, Scaniæ copiose, Ost- et Vestgothiæ rarius; β in insulis lacus Mæleri; γ Hallandiæ ad Tjärby; δ ejusdem provinciæ supra Varberg in insula Baljö etc.

Herba tota pallidioris et crassioris habitus, etiam ob pubescentiam crebram incurvam. Ceterum foliorum forma et margo valde variat. Spica dilutius cærulea, serius florens. γ ob pubescentiam rectiorem saturatius viridis. δ ceteris glabrior et foliis acutius serratis sequenti tam accedens, ut dubium sit, annon cum eadem confluat.

7. VERONICA *longifolia:* spicis terminalibus, foliis ternis oppositisve basi subcordatis oblongatis argute duplicato-serratis cauleque glabriusculis. *Linn. svec. n.* 9. *syst. ed. Roem.* 1. *p.* 91. *Schrad. comm. p.* 26. *t.* 2. *f.* 1. *Wahlb gothob. p.* 12. *Samzel. neric. p.* 16. *Fries halland. p.* 14. *Forsander veg. scan. p.* 10.

β. argutior glabrior.
V. maritima *Wahlenb. lapp. p* 5. *Flor. Dan. t.* 374. *Ehrh. ups. in beitr.* 5. *p.* 7. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 159.

Hab. locis herbosis subhumidis præsertim juxta fluvios Lapponiæ maxime septentrionalis sylvaticæ frequenter a Finmarkia usque ad Tornoam (ubi cum insequente omnimode confunditur); dein vero rarius occurrit Jemtlandiæ, Vermlandiæ ad Uddeholmshyttan, Nericiæ, Uplandiæ, Ostrogothiæ ad Roxen, Vestrogothiæ et Bahusiæ præcipue ad Götha elf, Hallandiæ et Scaniæ occidentalis rarissime.

Caulis circiter bipedalis. Folia octo lineas lata et ultra, quo latiora eo magis ad basin cordata. Spica sæpe spithamam longa, cærulea, æstivalis.

8. VERONICA *maritima*: spicis terminalibus, foliis quaternis ternisve attenuato-linearibus argute duplicato-serratis cauleque subpubescentibus. *Linn. svec. n.* 8. *syst. ed. Roem.* 1. *p.* 87. *Schrad. comm. p.* 29. *t.* 1. *f.* 1. (*Forsander veg. scan. p.* 8.)
Hab. in petris locisque exaridis ad littora maris orientalis extima a Tornoa per Roslagi m usque ad Ostrogothiam; (sed insulas formationis transitionis non ornat.)

Caulis circiter pedalis, strictus, superne albo-pubescens. Folia plerumque tantum sesquilineam lata, sed interdum etiam tres lineas, versus basin. Spica digitalis longitudinis, eleganter cærulæa, æstate summa florens. — Vix nisi angustie et parvitate solo marino forsan adscribenda a præcedente differt.

9. VERONICA *officinalis*: spicis lateralibus pedunculatis, foliis obovatis serratis, caule procumbente hirto. *Linn. svec. n.* 12. *syst. ed. Roem.* 1. *p.* 110. *a. Sv. Bot. t.* 159. *Flor. Dan. t.* 248. *Wahlenb. lapp n.* 9. *Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 40. *Zetterstedt res.* 1. *p.* 110.
Hab. in sylvis pratisque sylvaticis siccioribus totius Sveciæ usque ad Lapponiam inferiorem et inferalpinam frequenter.

Herba tota repens (unde svecicè non inepte *Jordkrypa*, alias *Erenpris*), hirtula. Spicæ longitudine digiti minoris, angustæ, post solstitium florentes. Corollæ dilute cærulescentes, paullo magis patentes quam in præcedentibus.

10. VERONICA *alpina*: racemo terminali spicæformi oblongo, foliis ovalis subserratis, calycibus ciliatis, capsulis obcordatis. *Linn. svec. n.* 15. *lappon. p* 7. *t.* 9. *f* 4. *spec. pl. ed. Willd.* 1. *p* 63. *Flor. Dan. t.* 16. *Wahlenb. lapp. n.* 8. *Hising. herjed. p.* 46.
β. capsulis pubescentibus. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 103. *Hornem. plantel. ed.* 3. *p.* 18.
Hab. locis graminosis succosis per latera et radices alpium Lapponicarum, parum infra Jemtlandiam descendens.

Herba præcipue junior mollis, succosa, exsiccando nigrescens immo interdum cærulescens. Caulis plerumque digitalis altitúdinis, sed fructificans interdum fere pedalis, erectus,

Folia vix octo lineas longa. Calyx ciliis articulatis insignibus. Corolla saturate cærulea, sed laciniis calycinis vix major. Capsula calyce duplo longior, ejusdem longitudinis ac pedicelli sesquitertiam lineam emetientes, sed bracteis breviores. Stylus linea brevior.

11. VERONICA *saxatilis:* racemo terminali paucifloro, foliis caulinis oblongo-obovatis subserratis, stolonibus fruticulosis, pedicellis bracteas superantibus, capsulis oblongis integris calyce majoribus. *Linn. suppl. p.* 83. *syst. ed Roem.* 1. *p.* 99. *Wahlenb. lapp. n.* 7. *Sv. Bot t.* 547 *Engl. Bot* 15. *t.* 1027. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 108 68. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818 *p.* 154. 159 *Læstadius ib.* 1822. *p* 540. V. fruticulosa *Flor. Dan. t.* 342.

Hab. locis petrosis apricis infra alpes in Nordlandia Norveg. ex. gr. ad Sörfoldbotten. Torrfjord, Evenäs et Skervöe satis copiose; in alpibus Kaskaivo et Njunnas juxta Quickjock Lapp. Lulensis, ad Ischak Lapp. Pitensis, et in alpe Totthummeln Jemtlandiæ, nec non in adjacentibus alpibus Norvegicis.

Fructiculosa: stolonibus re vera perennibus, sempervirentibus, numquam nigricantibus, procumbentibus. Folia omnia rigidula, inferiora minora vix quatuor lineis longiora. Caulis semper circiter digitalis, adscendens. Calyx non nisi tenuissima quadam pubescentia incurva. Corolla dilute cærulescens, striis saturatioribus, calyce duplo major. Capsula bracteis fere major. Pedicelli his utrisque duplo longiores. Stylus duas lineas longus.

12. VERONICA *serpyllifolia:* racemo terminali subspicato elongato, foliis ovato-oblongis crenatis, caule adscendente, capsulis reniformibus stylum exserentibus. *Linn. svec. n.* 16. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 64. *Flor Dan. t.* 492. *Wahlenb. lapp. n* 6.

Hab. in locis subirrigatis pratorum, ad vias etc. per totam Sveciam usque in Lapponiam sylvaticam frequenter.

Planta magis inconspicua, plerumque digitalis longitudinis, foliis forma et magnitudine fere Serpylli. Corollæ albescentes, striis cærulescentibus ornatæ, initio æstatis explicatæ. — Denique versus alpes Lapponicas asperescit præcipue in calyce.

13. VERONICA *Beccabunga:* racemis lateralibus laxis, foliis ellipticis obtusis subsessilibus serrulatis, caule repente. *Linn. svec. n.* 14. *syst. ed. Roem.* 1. *p.* 105. *Sv. Bot. t.* 127. *Flor. Dan. t.* 511. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 31.
Hab. in rivulis, scaturiginibus etc. per provincias magis campestres infra flumen Dalecarlicum frequenter; dein per Norrlandiam littoralem rarius.
Herba ad scaturigines semper saturate viridis, succosa vel crassiuscula (svecice *Bäckgröna*, etiam *Bäckebôna*). Flores saturate azurei, æstivales.

14. VERONICA *Anagallis:* racemis lateralibus strictis, foliis lanceolatis subamplexicaulibus acutis serratis, caule erecto. *Linn. svec. n.* 13. *syst ed. Roem* 1. *p.* 105. *Flor. Dan. t.* 903. *Wahlenb ups. n* 9 *Bjerkand Vet Ac. Handl.* 1776. *p.* 8. *Ahlqu ib.* 1821 *p.* 284.
Hab. in fossis, ad vias locis inundatis provinciarum maxime campestrium præcipue formationis transitionis infra flumen Dalecarlicum frequenter.
Radix in fontanis locis perennat, alias sæpius annua. Herba quoque magnitudine valde varians. Optime distinguitur a præcedente corolla albescente lineis incarnatis tantum picta, bracteis brevioribus, herba pallidiore.

15. VERONICA *scutellata:* racemis lateralibus divaricatis subnudis, capsulis didymis, foliis linearibus denticulatis. *Linn. svec. n.* 17. *syst. ed. Roem.* 1. *p.* 106. *Flor. Dan. t.* 209. *Wahlenb. lapp. n.* 11.
β. villosa, præcipue in caule et pedunculis.
V. scutellata *γ* pilosa *Roem. l. c. Flor. Dan. t.* 1561.
Hab. locis uliginosis inundatis totius Sveciæ usque in Lapponiam inferiorem frequenter; *β* ad lacus majores Sveciæ temperatioris ex. gr. Tåkern Ostrogothiæ, Ekoln Upsaliæ.
Planta minima hujus sectionis, debilis, interdum digito non longior, foliis nonnullas lineas latis. Corolla fere alba etiam inconspicua. Capsulæ singularis formæ fere Biscutellæ, in pedicellis capillaribus pendentes ansam nominis dederunt, lineas duas latæ.

16. VERONICA *montana:* racemis lateralibus divaricatis subnudis, capsulis suborbiculatis utrinque e-

marginatis calyce duplo majoribus, foliis ovatis petiolatis serratis, caule undique piloso prostrato. *Linn. amoen. ac.* 4. *p.* 263. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 68. *syst. ed. Roem.* 1. *p.* 118. *Flor. Dan. t.* 1201. *Jacqu. austr. t.* 109 *Fries nov. p* 83.
V. subbiscutata *Crantz.*

Hab. inter folia delapsa in umbrosissimis subhumidis sylvæ fagineæ Reften prope Fogelsång Lundensium Scaniæ copiose.

Caulis valde repens subfiliformis, teres. Folia fere ut in sequente specie, sed petioli omnes longitudine dimidii folii valde ciliati. Flores præcoces non vidimus. Capsulæ fere præcedentis, sed multo insigniores calycibus duplo majores, plusquam tres lineas latæ, superne omnino uniloculares; dissepimento seminifero tantum in basi; seminibus etiam bracteatis, lineam latis, luteolis embryonem transparentem ostendentibus. — Nobis magis sylvatica vel nemoralis quam montana, sed apud exteros sylvæ plerumque in montibus sitæ sunt.

17. VERONICA *Chamædrys*: racemis lateralibus erectis, capsulis reniformibus calycem subæquantibus, foliis ovatis subsessilibus rugosis inciso-serratis, caule bifariam piloso. *Linn. svec. n.* 18. *syst. ed. Roem.* 1. *p.* 116. *Sv. Bot. t.* 239. *Flor. Dan. t* 448. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1811 *p.* 37. *Hartm ib,* 1814. *p.* 95.

Hab. in pratis tranquillis (minus vento expositis) totius Sveciæ usque ad confinia infima Lapponiæ frequenter.

Planta insignis, sæpius pedalis, suberecta. Folia respectu formæ fere Quercus (unde nomen) inferiora interdum subpetiolata, superiora semper sessilia. Corollæ calyce multiplo majores, cyaneæ, striis magis violaceis, æstate explicatæ. Capsulæ obcordatæ calycibus breviores. — Nomen Chamædrys a nonnullis permutatur in *Gamander*.

♄ 18. VERONICA *agrestis*; pedunculis solitariis demum folio longioribus, calycibus obtusis ciliatis corollam subæquantibus, foliis ovato-oblongis inciso-serratis, caulibus procumbentibus glabriusculis. *Linn. svec. n.* 20 *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 72. *Link. enum. hort. berol.* 1. *p.* 26. *Wahlenb. ups. n.* 12. *Mertens germ.* 1. *p.* 351.

β. polita: fere glaberrima, subfiliformis, calycibus acutioribus,
V. polita *Fries nov. p.* 63,

γ. opaca; hirsutior, latior, obtusior; foliis ovatis.
V. opaca *Fries nov. p.* 64: *Aspegren bleking, p.* 2.
V. agrestis *Flor. Dan. t.* 449

Hab. in agris et cultis præcipue regionum campestrium usque ad Upsaliam frequenter; β. præcipue Lundini et γ. alibi in Scania et Blekingia rarius.

Tota procumbens, filiformis, pilosiuscula. Folia circiter quatuor lineas lata. Calycis laciniæ lanceolatæ. Corolla parva dilute cyanea (initio rubescens); lacinia inferiore decolorata. Stylus e sinu capsulae non prominet. — β. Praeter notas supra indicatas corollam coloratiorem et stylum non nihil prominentem habet. — γ. Folia interdum subcordata. Corolla tota caerulea. Sic in locis australioribus vegetior et coloratior evadit haec species.

19. VERONICA *hederifolia:* pedunculis solitariis folio demum longioribus, calycibus cordatis conniventibus, foliis petiolatis cordatis quinquelobis, caule procumbente. *Linn. svec. n.* 21. *syst. ed. Roem.* 1. *p.* 121. *it. scan. p.* 115. 141. *gothl. p.* 57. 141. *Flor. Dan. t.* 428. *Engl. Bot.* 11. *t.* 784. *Ahlquist runsten. p.* 5. *Fries halland. p.* 16. *Aspegren bleking. p.* 2. *Næzén in Fant diss. de Ulricehamn p.* 30.

Hab. in ruderatis et agris prope pagos per provincias australiores in formatione transitionis positas ut Scaniam, Oelandiam, Gothlandiam, Ostrogothiam et Vestrogothiam frequenter; unde rarius in alias regiones litorales ut Blekingiæ, Hallandiæ, Stockholmiæ.

Caulis procumbens, filiformis praecedentis, sed fructus ab omnibus nostris Veronicis discrepans. Folia magis lata quam longa. Flores minuti; corolla calycem vix excedente caerulea; sed post florescentiam calyx insigniter increscit et lacinias suas cordatas ciliatas explicat. Capsula proprie didyma: loculamento singulo seminibus tantum duobus semine sinapis majoribus, umbilicatis valde singularibus.

20. VERONICA *triphylla:* pedunculis solitariis folio demum longioribus, foliis caulinis digitato-partitis

obtusis, caule erecto. *Linn. svec. n.* 22. *syst. ed. Roem.* 1. *p.* 120. *it. scan. p.* 277. *Flor. Dan. t.* 627. *Engl. Bot. t.* 26 *Leche scan. p.* 1. *n.* 1. *Vet. Ac. Handl.* 1744. *p.* 262. *Ahlquist runst. p.* 5. *Fries halland. p.* 15. *Aspegren bleking. p.* 2.

Hab. in agrorum arenosorum marginibus, ad vias et pagos provinciarum maxime meridionalium maritimarum in formatione transitionis positarum ut Scaniæ passim ex. gr. ad Sandby, Fogelsång, Ölvedskloster, Oelandiæ rarius; etiam Hallandiæ meridionalis et Blekingiæ raro.

Planta tota insigniter glanduloso-pubescens, obesior ceteris, circiter digitalis. Caulis plerumque simplex. Folia ad basin partita; laciniis sursum latioribus; terminali obovata. Pedunculi saltem post florescentiam tres lineas longi. Calycis inferioris laciniae etiam incisae. Corolla calyce multo longior, saturate caerulea, vernalis. Capsula obcordata, duas lineas longa majorem cum sequentibus quam cum antecedentibus speciebus affinitatem indicans.

21. VERONICA *verna:* pedunculis solitariis brevissimis, foliis sessilibus bracteisque inferioribus digitato-partitis, caule stricto. *Linn. svec. n.* 23. *syst. ed. Roem.* 1. *p.* 119. *Flor. Dan. t.* 252. *Wahlenb. ups. n.* 14.

Hab. locis exaridis apricis regionum campestrium et littoralium Sveciæ usque in Vestmanniam ferrimontanam ex. gr. Skinskatteberg et Norrlandiam inferiorem frequenter.

Planta praecedenti affinis, sed ut septentrionalior ita etiam gracilior et minus viscida. Folia fere glabra, caulis vero et bracteae pilosulae. Corolla calyce multo brevior, sed saturate caerulea, vernalis. Capsula vix sesquilineam longa, calyce brevior.

22. VERONICA *arvensis:* pedunculis solitariis bractea lanceolata brevioribus, foliis inferioribus petiolatis ovatis inciso-serratis, caule erectiusculo. *Linn. svec. n.* 19. *syst. ed. Roem.* 1. *p.* 125 *Flor. Dan. t.* 515. mala.

Hab. in arvis, ruderatis, petris etc. Sveciæ magis campestris usque in Dalecarliam superiorem ex. gr. Osmundsberget et Angermanniam ubique.

Caulis primarius suberectus, sed rami ad basin ejus demum

depressi. Folia superiora sessilia. Flores tum vernales tum aestivales; corollis dilute caerulescentibus, calyce brevioribus, valde inconspicuis.

6. PINGVICULA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 40. Juss. gen. p. 110. Gærtn. fr. 1. p. 140 t. 111.

Calyx bilabiatus: supra trifidus, infra bifidus. Corolla ringens, aperta, basi calcarata. Capsula supera, unilocularis, semibivalvis; receptaculo centrali polyspermo. — *Herbæ acaules, radice perenni fibrosa, foliis pingvibus pedunculisque radicalibus unifloris.* — *Ord. nat.* 22. *Personatis proxima.*

23. PINGVICULA *alpina:* nectario conico recurvo petali laciniis breviore, capsula acuminata. *Linn. svec. n.* 26. *lapp. n.* 12. *t.* 12. *f.* 3. *Gunner. norv. n.* 640. *t.* 4. *f.* 4. *Flor. Dan. t.* 453 *Wahlenb. lapp. n.* 12. *Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 142.

β. bimaculata *Wahlenb. lapp.*
P. flavescens *Vet. Ac. Handl.* 1805. *p.* 111.

Hab. in locis uliginosis irrigatis alpium altiorum Lapponiæ totius frequenter; de cetero nonnisi Gothlandiæ ad Eista occurrit.

Folia omnino ut sequentis. Pedunculus quoque digitalis, sed semper una cum calyce glaberrimus. Corollae calcar calycis labio inferiore tantum duplo longius; faux quoque et labium inferius latius. Color corollae albus, cum flavedine in fauce et interdum quoque in labio (*β.*); exsiccatione quandoque rubescens. Capsula eo angustior, saepe sesquitertiam lineam longa.

24. PINGVICULA *vulgaris:* nectario subulato rectiusculo longitudine petali, capsula ovata obtusiuscula. *Linn. svec. n.* 25. *syst. ed. Roem.* 1. *p.* 189. *Sv. Bot. t.* 36. *Flor. Dan. t.* 93. *Wahlenb. lapp. n.* 13.

Hab. in uliginosis totius Sveciæ usque in alpes Lapponicas ultimas frequenter.

Folia lingvaeformia, digitum lata, supra pilis conicis viscidis obsita (unde Nericiis *Vipefett*, Norrlandis ob usum *Tätgräs* vel *Sättgräs*, aliis *Kråkört*). Pedunculi vix digitum longi, tenuissime pilosuli. Corollae ad solstitium explicatae, caeruleae, intus ad faucem albescentes.

25. PINGVICULA *villosa:* nectario aciculari stricto petali laciniis longiore, pedunculo villoso apice incurvo, capsula obcordata. *Linn. svec. n.* 27. *lapp. n.* 13 *t.* 12. *f.* 2. *Flor. Dan. t.* 1021. *Wahlenb. lapp. n.* 14. *Svartz Vet. Ac. Handl.* 1789. *p.* 39. *Hartman ib.* 1814. *p.* 103. 1818. *p.* 132. 139.

Hab. in Sphagno paludum sylvestrium prope alpes Lapponicas et Jemtlandicas passim.

Folia subrotunda, tantum tres lineas longa lataque, undique ob margines incurvos concava. Pedunculus setaceus, sesquiunciam emetiens. Corollae violaceae labium inferius sesquilineam longum. Capsula vix plus quam lineam longa.

7. UTRICULARIA.

Linn. gen. ed. Schr. n 41 *Juss. gen. p.* 110. *Gærtn fr.* 3. *p.* 108. *t.* 198.

Calyx diphyllus. Corolla ringens, palato prominente clausa, postice calcarata. Capsula supera, unilocularis, globosa, evalvis; receptaculo centrali polyspermo. — *Herbæ stolones utriculosos sub aqua expandentes, scapos multifloros emittentes.* — *Ord. nat.* 22. *Personatis proxima.*

26. UTRICULARIA *vulgaris:* pedunculis demum recurvatis, nectario conico divergente, palato galeam æquante, foliorum laciniis sparsim ciliatis. *Linn. svec. n.* 28. *syst. ed. Roem.* 1. *p.* 195. *Wahlenb. ups. n.* 17. *Sv. Bot. t.* 572. *Flor. Dan. t.* 138.

Hab. in aquis paludosis regionum magis campestrium Sveciæ temperatioris infra Gefle passim copiose.

Longe major sequentibus; stolones interdum pedales, digito latiores, expansi; utriculis magnitudine seminum cannabis. Scapus saepe pedalis, superne hepatici coloris, circiter sexflorus, post solstitium florens. Corolla saturate flava lineis croceis inferne picta. Pedunculi fructiferi apice recurvati; capsula magnitudine pisi.

27. UTRICULARIA *minor:* pedunculis demum recurvatis, nectario carinæformi regrediente, palato galeam æquante, foliorum laciniis integerrimis. *Linn. svec. n.* 29. *syst. ed. Roem.* 1. *p.* 196. *Wahlenb. ups. n.* 18. *Sv. Bot. t.* 585. *Flor Dan. t.* 128. bona *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1822. *p.* 340.

Hab. in aqua paludum sylvaticarum parcius; etiam Lapponiae rarius ad Arjeplog lecta.

Praecedente multiplo minor, generis sui minima; stolonibus digitum minimum vix latis; utriculis semina Papaveris parum majoribus. Scapus digitalis, subsetaceus; superne fuscescens, plerumque triflorus. Corollae lineis tribus vix longiores, sordide luteae: striis fuscescentibus. Pedunculi fructiferi apice recurvati: capsula magnitudine seminis Sinapis.

28. UTRICULARIA *media*: pedunculis erectis, nectario subulato progrediente sub labium inferius, palato galeae lobis breviore, foliorum laciniis serratis. *Hayne in Schrad. diar.* 1800. 1. *p.* 18. *t.* 5. *Wahlenb. ups. n.* 16. *lapp. n.* 15. *Sv. Bot. t.* 561. *Syst. veg. ed. Roemer* 1. *p.* 195. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1262. U. vulgaris minor *Linn. svec. n.* 28.

Hab. in aqua paludum profundiorum et frigidiorum omnis Sveciae usque in Lapponiam ubique.

Magnitudine quidem intermedia, sed de cetero a praecedentibus discedens. Stolones apice magis convoluti, sed folia deinde magis expansa: laciniis latioribus. Utriculi demum semine Sinapis majores. Scapus digitalis, filiformis, totus laete viridis, circiter quadriflorus. Corolla vivide flava. Pedunculi semper erecti: capsula grani Piperis magnitudine.

8. LYCOPUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 44. Juss. gen. p. 111.

Calyx tubulosus, quinquefidus. Corolla tubulosa, subaequalis, quadriloba: lobo superiore latiore emarginato. Stamina distantia longitudine corollae. Semina quatuor nuda. — *Herba floribus verticillatis sessilibus in axillis foliorum.* — *Ord. nat.* 41. *Verticillatae.*

29. LYCOPUS *europaeus*: foliis ovalibus villosis ad basin pinnatifidis. *Linn. svec n.* 31. *syst ed. Roem.* 1. *p.* 206. *n.* 1. *α. amoen. ac.* 3. *p.* 442. 8. *p.* 31 93. *Sv. Bot. t.* 262. *Flor. Dan.* 7. *t* 1081. *Wahlb. gothob. p.* 13. *Samzel. neric. p.* 17.

Hab. ad ripas lacuum et fluviorum per provincias meridionaliores inprimis littorales et campestres a Scania ad Bahusiam, Nericiam et Uplandiam ex. gr. Upsaliae ad Vårdsätraqvarn passim.

Radix perennis, repens. Caulis sesquipedalis et ultra: *Folia* saltem non floralia quod ad maximam superiorem partem indivisa, tantum grosse serrata, plus quam unciam *lata*, et non nisi inferne ad petiolum laciniarum pari uno alterove saepe reflexo praedita. Corolla alba inconspicua, aestivalis. — Svecice dicitur *Kloört* (forsan ex analogia nominis Lycopi ob formam foliorum); item *Vatten-Andorn* propter flores fere Marrubii.

9. SALVIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 50. Juss. gen. p. 111. Gærtn. fr. 1. p. 316. t. 60.

Calyx bilabiatus. Corolla bilabiata: labio superiore compresso, emarginato; inferiore plerumque infra faucem strumoso. Filamenta labio inferiori infixa: filis transversis versatilibus superne in loculum antheræ abeuntibus inferne in glandulam communem. Semina quatuor nuda. — *Herba verticillis in spicam dispositis.* — *Ord. nat.* 41. *Verticillatæ.*

30. SALVIA *pratensis:* calyce quinquedentato bracteas excedente, galea glutinosa elongata arcuata, foliis cordato-triangulis crenatis: summis amplexicaulibus. *Linn. svec. n.* 32. *syst. ed. Roem.* 1: *p.* 244. *Kops fl. bat. fasc* 48. *Engl. Bot. t.* 153 *Wahlenb. ups. n.* 20. *Treviranus in Jahrb. d. Gewächsk.* 1. *h.* 2. *p.* 2. *Var. c.*

Hab. ad agros et vias prope Upsaliam ab orientali parte urbis raro; ceterum versus septentrionem ad Högstabro et in paroecia Wendel.

Radix perennis. Planta pedalis et ultra, sparsim pilosa. Folia saepe bis pollicem lata, valde rugosa et duplicato-crenata. Flores ex majoribus sui generis et ordinis, unciam longi, eleganter caeruleo-violacei, solstitiales.

ORD 2. DIGYNIA.

10. ANTHOXANTHUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 58. Juss. gen. p. 29. Trinii agrost. p. 95.

Calyx biglumis, subtriflorus; gluma inferiore duplo longiore. Flosculi deorsum imperfecti univalves: valvula infimi apice aristata, intermedii basi arista geniculata; Flosc. supremus muticus fertilis inclusus, cum Semine sulcato decidens. — *Ord. nat.* 5. *Gramen panicula spicæformi, Hierochlois proximum.*

31. ANTHOXANTHUM *odoratum*: spica oblonga, floribus subpedunculatis patulis, gluma calycina longiore aristam subæquante, corollæ glumis ciliatis. *Linn. svec. n.* 33. *syst. ed. Roem.* 1. *p.* 287. *Sv. Bot. t.* 11. *Flor. Dan. t.* 666 *Wahlenb. lapp. n.* 16.

Hab. in graminosis elevatis totius Sveciæ etiam alpinæ usque ad Nordcap frequenter.

Gramen e radice perenni primo vere praestans (itaque Svecis plerumque *Vårbrodd*, rarius *Hasselbrodd*), totum pallidius virens, molle, praecipue exsiccatione svaveolens, vix pedem emetiens. Gluma calycina major ex apice suo exserit stamina, pistillum aristasque, nec unquam ulterius flosculos explicat.

CLASSIS III.

TRIANDRIA.

CONSPECTUS.

1. ORD. MONOGYNIA.

* Flos corollinus

Corolla tubulosa. Semen unicum: pappo plumoso - - - 11. VALERIANA
loculis spuriis; apice coronatum 12. FEDIA
sexpartita inæqualis. Capsula polysperma - - - - - 13. IRIS

** Flos glumaceus

Semen æquale (*Calamariæ*) *Glumæ inferiores vacuæ* - 14. SCHOENUS
Glumæ bifariam imbricatæ - - 15. CYPERUS
Glumæ undique imbricatæ sine lana 16. SCIRPUS
lanam exserentes - 17. ERIOPHORUM
Semen obliquum (*Gramen*) *Spica setacea* - - - - - 18. NARDUS

2. ORD. DIGYNIA. Flos glumaceus. *Gramina.*

A. Inflorescentia paniculata

α. Pili intra calycem copiosi - - - - - - - - - 25. ARUNDO
β. Pili nulli evidentes vel corollæ magis adnati
* *Rudimenta flosculorum inter calycem et florem solitarium*
Calycis glumæ æquales - - - - - - - - - - - - 19. PHALARIS
Calycis gluma inferior minima - - - - - - - - 20. PANICUM
** *Calyx uniflorus* (*sine rudimentis*)
Panicula spicæformis. Calyx furciformis - - - - 25. PHLEUM
Corolla univalvis - - - - 22. ALOPECURUS

Panicula diffusa. Calyx globosus. Corolla nitida - - 23. MILIUM
tenuis. Corolla calyce minor denique deficiens vel. int. 24. AGROSTIS

*** *Calyx biflorus*

Flosculi basi aristati apice acuti - - - - - - - - 26. AIRA
Flosculi mutici obtusi undique teretiusculi - - - - 27. MOLINIA

**** *Calyx tri-multiflorus. Corolla int. impressa.*

Flosculus superior imperfectus muticus - - - - - - 28. MELICA
aristatus - - - - - 29. HOLCUS
Flosculus inferior imperfectus - - - - - - - 30. HIEROCHLOA
Flosculi aequales s. plerique completi
Gluma cordata - - - - - - - - - - - - - - 31. BRIZA
carinata compressa sapius villo connexa - - - 32 POA
teretiuscula obtusa - - - - - - - - - 33. GLYCERIA
acuminata; interiores ten. ciliata - 34. FESTUCA
ciliato-pectinata 37. BRACHYPODIUM
apice tridentata. Calycis valv. exterior major - 35. TRIODIA
emarginata: extra marginem arista coriacea recta 36. BROMUS
fissa: dorso arista geniculata tortilis valida - - 38. AVENA

B. Inflorescentia conglomerata

Valvula obliqua s. inaequilatera - - - - - - - - 39. DACTYLIS
Involucrum univalve - - - - - - - - - - - - 40. SESLERIA
Involucrum pinnatum - - - - - - - - - - - 41. CYNOSURUS

C. Inflorescentia spicata

Calyx univalvis. Spicula multiflora marginem rachidi obvertens 42. LOLIUM
Calyx bivalvis. Spicula multiflora latus rachidi obvertens 43. TRITICUM
Calyces subternati involucriformes. Spicula - - - - 44. ELYMUS
Calyces ternati involucriformes setacei. Flores polygami 45. HORDEUM

3. ORD. TRIGYNIA.

Calyx diphyllus. Corolla monopetala. Capsula - - - 46. MONTIA
Calyx pentaphyllus. Corolla quinquepetala. Capsula 47. HOLOSTEUM
Calyx triphyllus. Corolla nulla. Semen unicum - - 48. KOENIGIA

ORD. 1. MONOGYNIA.

11. VALERIANA.

Linn: gen. ed. Schr. n. 60. (excl. Fedia) Gaertn. fr. 2. p. 35. t. 86.

Corolla nuda, tubulosa, basi alterius lateris gibba: limbo quinquefido. Semen unicum planiusculum, apice Pappum plumosum evolvens. — *Herbae radicibus perennibus, foliis oppositis, inflorescentia trichotoma. Ord. nat. 44. Aggregatae.*

32. VALERIANA *officinalis:* foliis omnibus pinnatis: pinnis subuniformibus lanceolatis dentatis, caule fi-

stuloso sulcato. *Linn. svec. n.* 34. *syst. ed. Roem.* 1. *p.* 351. *n.* 12. *&.* *Sv. Bot. t.* 25. *Fl. Dan. t.* 570. *Wahlenb. lapp. n.* 17.

β. angustifolia: pinnis subintegerrimis. *Roem. l. c. γ.* V. minor *Bromel. chlor. goth. p.* 119.

Hab. in dumetis pratisque subhumidis totius Sveciæ usque in Lapponiam subsylvaticam frequenter; *β.* in maxime elatis siccissimis maritimis Bahusiæ, Hallandiæ.

Radix *β.* odoratior ob usum medicum notior nominibus svecicis *Vendelrot*, *Velamsrot*, *Velandsrot*, *Vendlarot*, forsan a latino mutatis; etiam nonnullis *Katteleka.* Caulis *α* bipedalis et ultra, superne sulcatus. Foliola extima parum confluentia. Panicula fastigiata post solstitium florens corollis dilute rubentibus, inprimis *β.* svaveolentibus.

35. VALERIANA *dioica:* foliis inferioribus obovatis; superioribus pinnatifidis, caule lævi, floribus subdioicis. *Linn. svec. n.* 35. *syst. ed. Roem.* 1. *p.* 349. *it. scan. p.* 77. 248. *oel. p.* 46. *Fl. Dan. t.* 687. *Engl. Bot. t.* 628. *Ahlqu. runst. p.* 6. *Fries halland. p.* 17. *Aspegren bleking. p.* 3.

Hab. locis uliginosis Scaniæ campestris frequenter, Blekingiæ occidentalis parce, ut etiam Oelandiæ passim, Hallandiæ meridionalis rarius.

Radix tenuis, oblique repens. Herba tota apud nos glaberrima, florens vix semipedalis, seminifera pedalis altitudinis. Folia radicalia ovata integerrima. Flores in cymam dispositi, vernales, albo-incarnati: maris corolla triplo majore. Semina omnino ut in praecedenti.

12. FEDIA.

Gærtn. fr. 2. *p.* 36. *t.* 86. *Valerianæ spec. Linn.*

Corolla nuda, infundibuliformis, quinquefida. Semen unicum apice calvum vel dentibus coronatum; introrsum loculis duobus spuriis. — *Herbae radicibus annuis, foliis oppositis, inflorescentia dichotoma.*

34. FEDIA *olitoria:* fructibus apice integerrimis planiusculis suborbiculatis tripartibilibus nucleum emittentibus, floribus subcapitatis, bracteis fructu majoribus obtusis, caule dichotomo. *Roem. in syst.*

veg. 1. *p.* 361. *Sv. Bot. t.* 232. *Flor. Dan. t.* 1682. *Wahlenb. ups. n.* 23. *Wahlb. gothob. p.* 14.
Valeriana Locusta *Linn. svec. n.* 36. *it. oeland. p.* 58. 72. *Fischerstr. mål. p.* 298.
Hab. solo aprico provinciarum litoralium et insularium præcipue orientalium a Scania usque ad Uplandiam passim.

Herba ob cellulosam laxam acetariis primo vere prae ceteris idonea (unde *Vinter-rapunzel* dicitur). Caulis mox e radice dividitur per dichotomiam valdeque divergit, raro semipede altior. Flores dilute caerulescentes, ante solstitium explicati.

35. FEDIA *mixta:* fructibus apice subtridentatis ovato-oblongis semiteretibus; loculamentis sterilibus obsoletis area plana disjunctis, bracteis fructu minoribus subulatis, caule inferne simplici. *Wahlenb. Nov. Act. Ups. VIII. p.* 210. *et* 230.
F. dasycarpa *Bieberst. cauc.* 3. *p.* 30.
F. dentata *Steven pl. russ. rar. n.* 6. *Fries nov. p.* 65. *Flor. Dan. t.* 738.
F. Morisoni *Spreng. pug.* 1. *p.* 4.
Val. microcarpa *Loisel.*
Valerianella mixta *Decand. fl. franc. suppl. p.* 493. *n.* 3331*a.*
Hab. in agris apricis provinciarum maritimarum australiorum formatione transitionis substratarum scil. Gothlandiæ multis locis, Oelandiæ ad Böda, Scaniæ ad Malmö passim.

Planta tota strictior, angustior. Caulis vix infra medium per dichotomiam divisus, sed superne eo pluries bipartitus; floribus magis dispersis, minoribus, albidioribus, magis serotinis. Semina etiam duriora, seminibus Carvi vix crassiora.

15. IRIS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 79. *Juss. gen. p.* 57. *Gartn. fr.* 1. *p.* 38. *t.* 13.

Calyx nullus (nisi Bracteæ spathas referentes). Corolla sexpartita: laciniis alternis reflexis. Stigmata tria: lobis petaliformibus antheras occultantibus. Capsula infra florem remota, trilocularis, polysperma. — *Planta liliacea, compressa.* — *Ord. nat.* 9. *Ensatae.*

56. IRIS *psevdacorus:* corollis imberbibus: petalis interioribus stigmate minoribus, foliis ensiformibus. *Linn. svec. n.* 37. *lapp. n.* 16. *syst. ed. Roem.* 1. *p.* 466. *Sv. Bot. t.* 110. *Flor. Dan. t.* 494. *Samzel. neric. p.* 18.

Hab. in fluviis per provincias magis campestres a Scania ad Nericiam et Uplandiam frequenter; dein rarior nisi in Vesterbottnia ultima maritima, (nec in elevatioribus præcipue ferrimontanis).

Radix valde perennis, horizontalis, truncosa, digitum crassa, adstringens simulque acris. Folia interdum orgyalis altitudinis et pollicem lata, admodum ensiformia, quare Scanis nota nomine *Flåje* (Danis *Flæg*) et tota planta Svecis *Svärds-lilja* (rusticis interdum corrupte *Svålgrås*). Caulis foliis brevior, multiflorus, teres. Spathae germina trigona includentes. Flores post solstitium aperiuntur flavi, petalis exterioribus plusquam sesquiunciam latis valde spectabiles, Nericiis *Gula-liljor*, aliis ob solum crescendi *Bäck-liljor*, *Säfjablomma.*

14. SCHOENUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 92. *Juss. gen. p.* 31.

Calycis glumæ paleaceæ, plerumque senæ (pistillum cingentes), exterioribus nonnullis vacuis fulcratæ. Semen vel evidentius nuculare (*Mariscus*) vel nudum idque sive sine appendice incrassata (*Schoenus Vahl n.* 38. 39) sive cum appendice incrassata pistillari (*Rhynchospora Vahl n.* 40. 41). — *Radix omnium perennis. Flores ex spiculis subunifloris formati, in fasciculum collecti.* — *Ord. nat.* 6. *Calamariae ut sequentium trium generum.*

37. SCHOENUS *Mariscus:* culmo tereti folioso, foliis margine dorsoque aculeatis, panicula contracta. *Linn. svec. n.* 38. *it. gottl. p.* 170. 176 245. *oel. p.* 157. *Sv. Bot. t.* 275. *Flor. Dan. t.* 1202. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1805. *p.* 113. 1821. *p.* 348 *Videgren österg. p.* 26. *Næzén in Fant diss. de Ulricehamn p.* 30.

Cladium germanicum *Roem syst. veg.* 1. *p.* 284. *Ahlquist Vet. Ac. Handl.* 1821. *p.* 285.

Hab. in paludibus maxime stagnantibus supra forma-

39. Sch...

Hab. in paludosis ...
ut Gothlandiæ. Ost...
Jemtlandiæ; etiam in regionibus ...
slagiæ passim frequenter.
Praecedentis quasi forma septentrionalior, macrior, ...
dius colorata. Culmus vix pedalis, filo saepe tenuior. ...
tulum penna gallinacea non crassius. Setae fructus eo major...

ENUS *albus:* culmo trigono folioso, foliis ulatis, fasciculis spicularum subnudis, stigma- tylo brevioribus, setis decem longitudine se- staminibus duobus. *Linn. svec. n.* 41. *Flor. t.* 320. *Ehrh. beitr.* 4. *p.* 154. *Wahlenb. lapp. Nov. Act. Ups. VIII. p.* 211.

chospora alba *Vahl. enum.* 2. *p.* 236, *Roem. t. veg.* 2. *p.* 87. (*Sv. Bot. t.* 557. *f.* 1.)

n paludibus profundissimis omnium regionum ite substratarum a Lapponia inferiore usque in iam septentrionalem frequenter; in formationi- junioribus vix visus nisi rarissime Gothlandiæ.

potius fibrosa. Gramen totum subfiliforme, vix pe- n parum glaucescens. Inflorescentia alba, aestivalis, dilute fuscescens.

HOENUS *fuscus:* culmo trigono folioso, foliis ›setaceis fasciculos spicularum fulcrantibus, stig- ıtibus stylo longioribus recurvis, setis tribus se- ine longioribus. *Linn. spec. pl. ed* 2. *app. p.* 1664. *hrh. beitr.* 3. *p.* 69. *et* 4. *p.* 155. *Flor. Dan. t.* 1562. *Ispegren bleking. p.* 4.

ıhynchospora fusca *Sv. Bot. t.* 557. *f.* 2.

b. in paludibus omnium profundissimis regionum nagis temperatarum a flumine Dalecarlico usque ıd Blekingiam passim copiose; Vestmanniæ ad Skin- skatteberg frequentissime.

ıdix magis repens. Gramen lutescentis coloris, strictius angustius, saepe etiam brevius. Flores fusco-rufi, cir- duplo majores quam in praecedente, cui valde affinis. ›enus naturale, in australioribus fructu perfectiore m in septentrionalibus.

15. CYPERUS.

n. gen. ed. Schr. n. 93. Juss. gen. p. 31. Gærtn. fr. 1. p. 9. t. 2.

lycis gluma uniflora disposita in rachide spiculæ mul- tifloræ bifariam imbricatæ (planæ). Semen nudum. *Planta calamaria planifolia subumbellata.*

1. CYPERUS *fuscus:* culmo triquetro, umbellæ radiis elongatis: spiculis alternis confertissimis lineari- lanceolatis, valvulis acutis, involucro subpenta- phyllo longissimo foliisque linearibus. *Linn. spec.*

tionem transitionis insularum Gothlandiæ ubique, Oelandiæ septentrionalis ab Alböke usque ad Böda passim; (Ostgothiæ in V. Tollstad at Broby bro, Vestgothiæ ad Ulricehamn raris-ime).

Planta calamaria (vel subgraminea) maxima et durissima nostratium plerumque quadripedalis altitudinis, notissima Gothlandis *Agh*, Oelandis *Ågh* vel *Ågm*. Culmus pennam cygneam crassus, rigidus. Folia circiter quatuor lineas inferne lata, sursum valde attenuata, ob serraturas rigidas valde scindentia. Panicula tota plus quam pedalis; cymis multipedunculatis; fasciculis florum castaneis, tantum tres lineas longis latisque.

58. SCHOENUS *nigricans*: culmo tereti aphyllo nudo, capitulo multifloro ovato, involucri diphylli valvula altera capitulum superante, setis seminis inconspicuis. *Linn. svec. n.* 39. *it. gottl. p.* 234. *syst. ed. Roem.* 2. *p.* 59. *Sv. Bot. t.* 515. bona. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1805. *p.* 113.

Hab. in paludibus Gothlandiæ cum præcedente ubique.

Radix valde caespitosa; vaginis nigerrimis. Folia filiformia, canaliculata, omnia radicalia. Culmus saepius sesquipedalis, etiam filiformis. Capitulum plerumque digitum minorem crassum, sed interdum gracilescit adeò ut sequentis major non sit, quo in statu cum sequente confunditur (ex. gr. Schultz fl. starg. suppl. p. 4.); squamae nigricantes media aestate antheras flavas exserunt.

59. SCHOENUS *ferrugineus*: culmo tereti aphyllo nudo; vaginis intimis mucronatis, capitulo bifloro bracteato, setis semen æquantibus hispidis. *Linn. svec. n.* 40. *syst. ed. Roem.* 2. *p.* 59. *Wallroth sched. cr. p.* 25. *Sv. Bot. t.* 569. *Flor. Dan.* 9. *t.* 1503. *Videgren österg. p.* 26.

Hab. in paludibus supra formationem transitionis, ut Gothlandiæ, Ostrogothiæ ad Omberg et Jemtlandiæ; etiam in regionibus maritimis Roslagiæ passim frequenter.

Praecedentis quasi forma septentrionalior, macrior, pallidius colorata. Culmus vix pedalis, filo saepe tenuior. Capitulum penna gallinacea non crassius. Setae fructus eo majores.

40. SCHOENUS *albus:* culmo trigono folioso, foliis canaliculatis, fasciculis spicularum subnudis, stigmatibus stylo brevioribus, setis decem longitudine seminis, staminibus duobus. *Linn. svec. n.* 41. *Flor. Dan. t.* 320. *Ehrh. beitr.* 4. *p.* 154. *Wahlenb. lapp. n.* 18. *Nov. Act. Ups. VIII. p.* 211.
Rhynchospora alba *Vahl. enum.* 2. *p.* 236, *Roem. syst. veg.* 2. *p.* 87. (*Sv. Bot. t.* 557. *f.* 1.)
Hab. in paludibus profundissimis omnium regionum granite substratarum a Lapponia inferiore usque in Scaniam septentrionalem frequenter; in formationibus junioribus vix visus nisi rarissime Gothlandiæ.
Radix potius fibrosa. Gramen totum subfiliforme, vix pedale, non parum glaucescens. Inflorescentia alba, aestivalis, demum dilute fuscescens.

41. SCHOENUS *fuscus:* culmo trigono folioso, foliis subsetaceis fasciculos spicularum fulcrantibus, stigmatibus stylo longioribus recurvis, setis tribus semine longioribus. *Linn. spec. pl. ed* 2. *app. p.* 1664. *Ehrh. beitr* 3. *p.* 69. *et* 4. *p.* 155. *Flor. Dan. t.* 1562. *Aspegren bleking. p.* 4.
Rhynchospora fusca *Sv. Bot. t.* 557. *f.* 2.
Hab. in paludibus omnium profundissimis regionum magis temperatarum a flumine Dalecarlico usque ad Blekingiam passim copiose; Vestmanniæ ad Skinskatteberg frequentissime.
Radix magis repens. Gramen lutescentis coloris, strictius sed angustius, saepe etiam brevius. Flores fusco-rufi, circiter duplo majores quam in praecedente, cui valde affinis.
Genus naturale, in australioribus fructu perfectiore quam in septentrionalibus.

15. CYPERUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 93. *Juss. gen. p.* 31. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 9. *t.* 2.
Calycis gluma uniflora disposita in rachide spiculæ multifloræ bifariam imbricatæ (planæ). Semen nudum.
Planta calamaria planifolia subumbellata.

42. CYPERUS *fuscus:* culmo triquetro, umbellæ radiis elongatis: spiculis alternis confertissimis lineari-lanceolatis, valvulis acutis, involucro subpentaphyllo longissimo foliisque linearibus. *Linn. spec.*

pl. ed. Willden. 1. *p.* 280 *syst. ed. Roem.* 2. *p.* 191. *Flor. Dan. t.* 179. *Retz. diss. fl. scand. suppl.* 2. *p* 4.

Hab. in paludibus graminosis umbrosis inter montes arenarios ad St. Roslätt Scaniæ occidentali-meridionalis rarissime, nec quotannis obvius.

Radix annua, sed multiculmis. Gramen totum vix digito altius. Folia omnia tum radicalia cum involucralia similia vix sesquilineam lata. Spiculæ circiter dimidio angustiores et duas lineas longae fuscae quidem, sed dorso squamarum virente. Media aestate floret.

16. SCIRPUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 94. Mertens germ. 1. p. 425. Gaertn. fr. p. 10. t. 2.

Calycis gluma uniflora disposita in rachide spicæ s. spiculæ multifloræ undique imbricatæ. Semen vel sine appendice incrassata styli idque sive stipatum setis (*Scirpus p. s. d. n.* 43. 44. 48. 49. 51-53.) sive setis orbatum (*Isolepis Brown — n.* 47. 50.) vel cum appendice incrassata (*Eleocharis Brown. — n.* 45. 46). *Plantae calamariae, radice plus minus perenni, dispositae in:* 1) *spica terminali simplicissima n.* 43-47. 2) *spica composita disticha n.* 48. 49. 3) *spicis pluribus n.* 50-53.

43. SCIRPUS *cæspitosus:* culmo nudo striato, spica involucro diphyllo inclusa: valvula altera mucronata spicam superante, stigmatibus tribus, radice squamis imbricata. *Linn. svec. n.* 43. *syst. ed. Roem.* 2. *p.* 122. *Sv. Bot. t.* 563. *f.* 1. *Wahlenb. lapp. n.* 19. *Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 219. *Fries halland. p.* 18. 136. *Wahlb. gothob p.* 29. *Rosèn Nov. Act. Ups. VIII. p.* 211.

Hab. in paludibus sphagneis sterilissimis totius Laponiæ Norrlandiæque usque ad Vermlandiam ferrimontanam et Nericiam vulgatissime; dein per Vestergothiam et Smolandiam maxime sylvaticam præcipue ad fines Hallandiæ (in regione Mossabygden dicta), in Scaniam usque ad Falsterbo descendit; alias desideratur in regionibus campestribus et formationis transitionis ita ut nonnisi unico loco Gothlandiæ lectus sit.

Radix eximie caespitosa, squamis suis numerosissimis castaneis quasi tophum convexum in Sphagno constituit, rusticis Scanis non inepte *Mossatof* dictum. Culmi ex hoc topho sparsim egrediuntur, filiformes, circiter spithamam alti. Spica tota linea parum longior, castanea; mucrone valvulae involucralis tantum virente.

44. SCIRPUS *Baeothryon:* culmo nudo substriato, spica obliqua glumam involucralem muticam superante, stigmatibus tribus, radice subnuda. *Ehrh. beitr.* 2. *p.* 81. *Syst. veg. ed. Roem.* 2. *p.* 123. *Sv. Bot. t.* 563. *f.* 2. *Wahlenb. ups. n.* 30. *lappon. n.* 20.

Hab. in paludibus provinciarum magis campestrium infra flumen Dalecarlicum usque ad Gunsarfve prope Fahlun ubique, dein in litoralibus totius maris Bottnici et septentrionalis passim.

Radix minus caespitosa squamis solitariis interstincta. Culmi semipedales vel paullo ultra, crassitie fili tenuiores. Spica circiter quinqueflora, fere tres lineas longa, fuscescens.

45. SCIRPUS *palustris:* culmo nudo inani, spica nuda subovata obtusiuscula, stigmatibus duobus. *Linn. svec. n.* 42. *Sv. Bot. t.* 257. *Fl. Dan. t.* 273. *Wahlenb. lapp. n.* 21.

Eleocharis palustris *Roem. syst.* 2. *p.* 151.

β. humilior, radice magis repente *Fl. Dan. t.* 167.

Hab. in aquosis ripis et litoribus totius Sveciæ usque ad Lapponiam ubique frequenter.

Radix plerumque caespitosa, sed in maritimis *β* evidenter repens. Planta etiam habitu valde varians: in aquis paludosis occultioribus optimus saepius pedalis, culmo crassitie pennae gallinaceae, spica fere unciali; sed in maritimis tam humilis et macer, ut cum specie praecedente interdum confundatur. Spica semper crassior, unde Svecis *Knapp-såf.*

46. SCIRPUS *acicularis:* culmo nudo setaceo striato, spica subebracteata, stigmatibus tribus. *Linn. svec. n.* 44. *Sv. Bot. t.* 605. *Flor. Dan. t.* 287. *Wahlenb. lapp. n.* 22.

Eleocharis acicularis *Roem. syst.* 2. *p.* 154.

Hab. in ripis lacuum et fluviorum aqua superficiali sæpe inundatis per totam Sveciam usque ad Lapponiam meridionalem frequenter.

Radix omnium tenuissima minus peremans. Planta reliqua magnitudine tantum aciculae tenuioris.

47. SCIRPUS *fluitans:* culmis ramosis foliosis procumbentibus, spicis solitariis paucifloris. *Linn. spec. ed. Willden.* 1. *p.* 295. *Flor. Dan. t.* 1082. *Engl. Bot. t.* 216. *Fries nov. p.* 4. *halland. p.* 10.
Isolepis fluitans *Roem. syst.* 2. *p.* 105.
Hab. in amnibus minoribus Hallandiæ mediæ ex. gr. paroeciæ Vessige ad Lia et Hukered, et adjacentis Smolandiæ frequenter præcipue inter Femsjö et Unnaryd.

Radix mutata in culmos ramosos filiformes, per spithamam unam alteramve procumbentes. Folia omnino plana quamquam pedunculis spicarum vix latiora, undique ex articulis crebris culmi nascentia, circiter sesquiunciam longa. Pedunculi v. Scapi (culmis praecedentium analogi) quoque versus apicem culmi alternantes vix sesquiuncia longiores. Spicae sesquilinea non longiores, omnino virides.

48. SCIRPUS *compressus:* spica composita disticha; spiculis bractea partiali longioribus multifloris, foliis canaliculatis. *Persoon syn.* 1. *p.* 66. *Wahlenb. ups. n* 31.
S. caricis *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 16. *Decand. fl. franc. ed.* 3. *n.* 1781. *Wahlenb. Vet.-Ac. Handl.* 1809. *p.* 218.
Schoenus compressus *Linn. spec pl. ed.* 2. *p.* 65. *syst. ed. Roem.* 2. *p.* 64. *Hoffm. germ.* 2. *t.* 1. *Fl. Dan. t.* 1622. *Engl. Bot. t.* 791. *Afzelius Vet. Ac. Handl.* 1787. *p.* 242.
Carex uliginosa *Linn. suec. n.* 836. *mant. p.* 321. 494. *Vet. Ac. Handl.* 1793. *p.* 72. 316.
Hab. in pratis subhumidis apricis provinciarum magis campestrium præcipue orientalium a Scania usque ad Dalecarliam prope Säter et Upsaliam passim.

Radix repens stolonifera. Folia culmo latiora. Culmus plerumque curvatus, digito vix altior. Spica compressa uncialis longitudinis fuscescens: spiculis sexfloris vel ultra. Floret exeunte vere stigmatibus duobus. — Ex hac specie in maritimis formata esse videtur sequens crassior magis membranacea pauciflora.

49. SCIRPUS *rufus*: spica composita disticha, spiculis bractea partiali æquante involutis paucifloris, foliis convolutis. *Wahlenb. lapp. n.* 24. *Fries nov. p.* 25. *halland. p.* 18. *Forsand. veg. scan. p.* 16.
Schoenus rufus *Smith brit.* 1. *p.* 45. *Engl. Bot.* 15. *t.* 1010. *Fl. Dan. t.* 1504.
β. balticus, minor. Sc. rufus *Schrad. germ.* 1. *p.* 133. *t.* 1. *f.* 3. *Aspegren bleking. p.* 4.
Schoenus compressus *β. Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1805. *p.* 113.
Hab. in littoribus maris occidentalis a Nordlandia Norvegica ad Hallandiam Scaniamque passim; *β.* dein in mari baltico Scaniæ orientalis, Blekingiæ et Gothlandiæ rarius.

Radix perennis, breviter repens. Folia culmo tenuiora. Culmi circiter spithamam alti, fistulosi, stricti. Spica plus quam semiuncialis, ob bracteas obvolventes insigniter imbricata, rufa. *β* duplo triplovo omnibus partibus minor.

50. SCIRPUS *setaceus*: spicis lateralibus sessilibus, culmis subaphyllis setaceis, seminibus costatis nudis. *Linn. svec. n.* 45. *it. scan. p.* 227. *Schrad. germ.* 1. *p* 137. *Flor. Dan. t.* 311. *Fries halland. p.* 19. *Aspegren bleking. p.* 4. *Videgren österg. p* 26.
Isolepis setacea *Roem. syst.* 2. *p.* 108.
Hab. ad littora stillicidio fontinali passim inundata Scaniæ occidentalis ex. gr. Scanoræ et adjacentis Hallandiæ rarius ex. gr. ad Eldsberg, Halmstad; sed etiam locis inundatis in jugis elevatis apricis Scaniæ ut Helsingburgi versus Ramlösa, in Söderåsen inter Vram et Björnakulla, in Skärali etc. Blekingiæ ad Hörby; (magis adventitius autem Gothoburgi et Ostrogothiæ).

Radix perennis quamquam tenuissima. Vaginae radicales apices tantum virides gerunt loco foliorum. Culmi plerumque digiti minoris altitudine, sed interdum semipedales, semper autem setaceae tenuitatis. Spicae magnitudine vix seminis cannabis; squamis nigris carina tantum virentibus, deciduis cum semine mense Septembris.

51. SCIRPUS *maritimus*: spicis umbellatis pedunculatis sessilibusque, involucro foliaceo, glumis mucrona-

tis trifido-laceris, culmo triquetro. *Linn. svec. n.* 47. *syst. ed. Roem.* 2. *p.* 138. *Sv. Bot. t.* 240. non bona. (*Flor. Dan. t.* 937. *an rad. tuberos.?*)

Hab. in littoribus maris tum orientalis tum occidentalis infra Gevaliam et Bahusiam passim copiose.

Radix apud nos semper repens. Folia ad basin culmi nonnulla, sesquilineam lata. Culmus circiter bipedalis, acute triqueter. Involucra foliis multiplo minora. Pedunculi paucissimi longitudine spicarum, plerique brevissimi fere nulli. Spicae semiunciam longae, ovato-oblongae, totae spadiceae.

52. SCIRPUS *sylvaticus:* cyma supradecomposita; involucro polyphyllo, spiculis ovatis, glumis mucronatis, culmo trigono folioso. *Linn. svec. n.* 48. *syst. ed. Roem.* 2. *p.* 142. *Flor. Dan. t.* 307. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1809. *p* 218.

Hab. locis subhumidis ad sylvas majores regionum tamen magis campestrium Uplandiæ, Vestmanniæ ferrimontanæ ad Skinskatteberg aliarumque provinciarum orientalium; frequentior vero versus occidentem Vestrogothiæ, Daliæ, Vermlandiæ occidentalis, Bahusiæ, Hallandiæ etc.; nec supra Säter Dalecarliæ.

Reliquis nostris pulchrior foliis latitudine fere digiti minimi etiam in culmo circiter bipedali; cyma saepe spithamam lata, sed spiculis tantum magnitudine seminis Cannabini.

53. SCIRPUS *lacustris:* cyma decomposita foliolo fulcrata, spiculis ovato-oblongis, culmo tereti nudo. *Linn. svec. n.* 46. *syst. ed. Roem.* 2. *p.* 135. *Sv. Bot. t.* 150. *Flor. Dan.* 7. *t.* 1142. *Wahlenb. lapp. n* 25.

β. littoreus; glaucus (spiculis subsessilibus majoribus), involucro breviore. *Fl. Dan. t.* 454. *Fries hall. p.* 19. *Aspegren bleking. p.* 4.

S. Tabernæmontani *Roem. syst.* 2. *p.* 136. *Wallroth sched.* 1. *p.* 28.

Hab. in lacubus et amnibus totius Sveciæ usque in Lapponiam ubique frequenter; β in maritimis meridionalibus ut Hallandiæ ad exitum fluminis Nissæ prope Halmstad et Blekingiæ.

Radix crassitie fere digiti: vaginis copiosis apice foliaceo

brevi terminatis; sed de cetero folia nulla in tota planta. Culmi maximi in Calamariarum ordine, saepe orgyales, crassitie digiti minoris, noti Svecis *Sjö-såf* vel ob colorem *Kol-vass*. Spiculae brunneae post solstitium florentes.

17. ERIOPHORUM.

Linn. gen. ed. Schr n. 95. Juss. gen. p. 31. Gærtn. fr. 1. p. 10. t. 2.

Calycis gluma uniflora disposita in rachide spicæ multifloræ undique imbricatæ, demum exserens lanam semine multiplo longiorem. — *Plantae calamariae radice perenni, culmo vel spicis pluribus subumbellatis vel unica spica simplicissima terminato.*

54. ERIOPHORUM *latifolium:* pedunculis spicarum scabris, culmo obtuse trigono, foliis planis apice triquetris. *Hoppe man.* 1800. *p.* 108 *Roem. syst.* 2. *p.* 158. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1381. *Wahlenb. ups. n.* 36. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 129.
E. polystachion *β Linn. svec. n.* 49. *Sv. Bot. t.* 180.
Hab. in pratis humidis et ad paludes provinciarum magis campestrium Sveciæ meridionalis frequenter, Uplandiæ rarius, Jemtlandiæ rarissime, Dalekarliæ ad Billsjön paroeciæ Söderbärke tantum.

Uti loco meridionalior ita etiam foliis explicatior fere duas lineas latis, laetius viridibus. Culmus quoque altior circiter sesquipedalis, sed gracilior, unde etiam spicae pauperiores.

55. ERIOPHORUM *polystachyon:* pedunculis spicarum lævibus, culmo teretiusculo stricto, foliis inferne planiusculis superne triquetris. *Linn. svec. n.* 49. *lapp. n.* 22. *Wahlenb. lapp. n.* 29. *ups. n.* 37.
E. angustifolium *Roem. syst.* 2. *p.* 158. *Sv. Bot. t.* 490. *f.* 1. *Flor. Dan.* 9. *t.* 1442.
Hab. in paludibus totius Sveciæ usque in alpes Lapponicas vulgatissime.

Intermedia haec forma omnium vulgatissima quasi mater proximarum. Tota compactior vel validior ceteris, foliis firmioribus quod ad maximam partem triquetris, culmo stricto, pedunculis spicarum crassioribus itaque laevioribus, saepe etiam numerosioribus, lana copiosiore, unde etiam notior Svecis *Myrdun*, *Madun*, *Ångdun*, *Harull* etc. Ideoque nomen originarium Linnaeanum melius meretur quam praecedens.

cularibus includentibus Corollam bivalvem flosculi completi et initia penicilliformia (*Digraphis n.* 61.) flosculorum duorum vel styliforme (*Chilochloa n.* 62. 63) unius. Semen corolla cartilaginea corticatum. *Inflorescentia contractius paniculata vel spicaeformis.*

61. PHALARIS *arundinacea:* panicula patente glomerata, corolla accessoria bivalvi minuta pilosa. *Linn. svec. n.* 53 *syst ed Roem.* 2. *p.* 405. *Flor. Dan. t.* 259. mala. *Wahlenb. lapp. n.* 52.
Digraphis *Trinii agrost. p.* 127.
Arundo colorata *Sv. Bot. t.* 107.
Hab. ad ripas fluviorum, lacuum et paludum per totam Sveciam planiorem etiam Lapponiam sylvaticam, frequentius in campestribus regionibus, rarius in maxime sylvaticis et montosis.

Radix perennis. Gramen magnitudine et facie fere arundinis, interdum orgyale; foliis latitudine digiti minoris. Panicula quoque spithamalis, stricta, florens sub foenisecio ramis patentibus brevioribus, demum seminifera nitens. — Dicitur Svecis *Rör-flen*, occidentalioribus *Rör-flok*, Scanis *Fläck*.

62. PHALARIS *phleoides:* panicula spicæformi cylindrica, calycibus lanceolatis scabriusculis; flosculis lævibus. *Linn. svec n* 54. *Flor. Dan. t* 531. *Samzel. neric. p.* 18 *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 218.
Phleum phalaroideum *Sv. Bot. t.* 396. *Fries halland. p.* 21
Chilochloa Boehmeri *Roem. syst.* 2. *p.* 408. *n.* 1. *g.*
Hab. in collibus apricis aridis regionum magis campestrium præcipue a latere orientali regni a Scania ad Nericiam et Uplandiam frequenter.

Radix perennis. Gramen totum glaberrimum, non parum glaucescens, circiter pedale, ad solstitium florens. Flores nonnulli steriles praecipue in paniculae parte superiore postea monstrose exserunt corollae valvulam exteriorem in sacculum cornutum multiplo grandefactam. Nonnullis svecice *Roll-flen* audit.

63. PHALARIS *arenaria:* panicula spicæformi oblonga, calycibus lanceolatis ciliatis, corolla lævi triplo lon-

gioribus, culmis basi ramosis. *Willden. spec. pl.* 1. p. 328. *Smith. brit.* 1. p. 62. *Engl. Bot.* t. 222.
Ph. phleoides β *Aiton.*
Phleum arenarium *Linn. svec.* n. 58. *it. scan.* p. 109. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1805. p. 112. (*Fries halland.* p. 153. not. obs.) *Flor. Dan.* t. 915.
Chilochloa arenaria *Roem. syst.* 2. p. 409.
Hab. in arena versus littora maris orientalis Gothlandiæ ex. gr. prope Vestergarn et Östergarn, et ad oram orientalem Scaniæ arenosæ ut Vidtsköfle, Ljungby, Brösarp etc. passim, sed abest ulterius occidentem versus.

Radix annua, eximie multiculmis. Gramen totum vernale, cito pallescens, basi fasciculis foliorum axillaribus instructum, digito vix longius. Folia sesquilineam lata, quamquam vix uncia longiora; vaginae supremorum inflatae. Spica supremum folium parum excedens, uncia vix longior. Antherae flavae, parum exsertae.

20. PANICUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 108. *Mertens germ.* 1. p. 461. *Gærtn. fr.* 1. p. 2. t. 1.

Calyx sesquiflorus bivalvis: valvula inferiore parva, superiore flosculos æquante. Flosculi superioris completi Corolla bivalvis: valvula inferiore superiorem planiusculam involvens, demumque cartilaginea semen includens. Flosculi inferioris incompleti Corolla vel bivalvis in n. 64. 65. vel univalvis: valvula minuta pro calycis valvula tertia habita (*Syntherisma* — n. 66.) — *Gramina molliora, radice annua.*

64. PANICUM *viride:* panicula subspicata cylindracea, involucellis sursum hispidis, hermaphroditi corollis lævibus. *Linn. Vet. Ac. Handl.* 1741. p. 185. *spec. pl. ed. Willden.* 1. p. 335. *Link enum. hort. ber.* 1. p. 76. *Fl. Dan.* t. 852. *Engl. Bot.* 13. t. 875 *Retz. scand. ed.* 2. p. 18. *oec.* p. 484. *Fries halland.* p. 20. *Ahlquist Vet. Ac. Handl.* 1821. p. 299. *Videgren österg.* p. 27. (*Hisinger norrig.* p. 80). *Aspegren bleking.* p. 5.
Setaria viridis *Roem. syst.* 2. p. 488.
Cynosurus paniceus *Linn. svec.* n. 90.

Alopecurus paniceus Montin *Vet. Ac. Handl.* 1766 p. 236.

Hab. in cultis arenosis provinciarum meridionalium litoralium passim usque ad Oelandiam mediam prope Skogsby, et Vestrogothiam exteriorem ad Hallberg prope Lilla Hjerpetorpet et ad Alguastrum: interum Smolandiæ ad Stenbrohult, Femsjö etc. Ostrogothiæ ad Ödeshög nec non in Kolmoren rarius visum.

Calmi rarius ultra pedem alti, ad radicem rubentes. Folia mollia, tres lineas lata. Spica parum ultra unciam longa et penna cygnea vix crassior, viridis cum quadam glaucescentia. Involucella setacea floribus triplo longiora. Calyces lineam tantum longi obtusi.

65. PANICUM *Crus galli:* paniculæ spicis secundis alternis conjugatisque subdivisis, valvula exteriore flosculi incompleti aristata aspera, foliis lineari-lanceolatis glabris. *Linn. svec. n.* 55. *it. scan. p.* 31 *vestg. p.* 141. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 337. *Schrad. germ.* 1. *p.* 243. *t.* 5. *f.* 8. *Link enum. hort.* 1. *p.* 76. *Fl. Dan. t.* 1564 *Engl. Bot.* 13. *t.* 876. *Asp. gren bleking. p.* 5. *Fries halland. p.* 20.
Echinochloa Crus galli *Roem. syst.* 2. *p.* 478.

Hab. in agris arenosis subhumidis ad oras provinciarum maxime meridionalium rarius, ut Blekingiæ in Storkön et ad Norje, Scaniæ ad Skanör, Ramlösa et Helsingborg, Hallandiæ ad Hasslöf.

Culmi sesquipedales et ultra. Folia plus quam tres uncias lata. Panicula saepe spithamam longa. Involucellorum loco tantum villi floribus multo breviores. Flores sesquilineam longi, acuminati in aristam longitudine admodum variam etiam in eadem panicula. Calyces ceterum asperi. Semina magnitudine fere calycis, nitida, etiam apud nos nota nomine *Hönshirs.*

66. PANICUM *sangvinale:* spicis digitatis subquaternis patulis, flosculis ovatis margine nudis, foliis vaginisque glabris punctatis. *Linn. faun. svec. app.* 557. *spec. pl. ed.* 2. *p.* 84. *Schkuhr handb.* 1. *p.* 3 *t.* 10. *Leers herb. n.* 42. *t.* 2. *f.* 6. *Fl. Dan. t.* 35 *Montin Vet. Ac. Handl.* 1766. *p.* 236. *Retz. obs. p.* 484.

Bieberst. cauc. 3. p. 59.
rtens germ. 1, p. 466.
orum Schrad. germ. 1. p. 163. t. 3. f. 6.
Roem. syst. 2. p. 471.
sa Fries nov. p. 4. halland. p. 20.
p. 5.
estribus arenosis Scaniae occiden-
Lackalänga et Helsingborg copiose,
ridionalis ad Hasslöf, Ysby, Elds-
l Flädjeby, Söndrum, Quibille etc.
vix supra Slöinge); ceterum tan-
ad Hoby et Norje.
st messem cerealium optime legen-
primum virescens nec omnibus pilis
gis fusco- purpurascens quam quod
ien specificum Linnaeanum et svec.
Spicae paullo ultra unciam longae,
lineam longi.
ta et glabra forma series bona de-
ntum P. vulgare in P. ciliare
rale.

HLEUM.

Fm. germ. 1. t. 5. Gaertn. fr. 1. p. t. t. 1.
: valvulis aequalibus compres-
ectis in mucrones exporrectos
bifurcatos efficientibus. Corolla
apice crenulata, calyce multo
subspicata. Radix perennis.
pica cylindrica, calycibus ci-
onibus valvula brevioribus.
t. ed. Roem. 2. p. 378. Sv.
et. Ac. Handl. 1818. p. 129.

bosa. Flor. Dan. t. 380.
provinciarum omnium tum
trium usque ad Helsingiam
nisi passim in Jemtlandia
piose, in Lapponia infima
rvegica sparsim. β in la-
peratarum.

Alopecurus paniceus *Montin Vet. Ac. Handl.* 1766. *p.* 236.

Hab. in cultis arenosis provinciarum meridionalium littoralium passim usque ad Oelandiam mediam prope Skogsby, et Vestrogothiam exteriorem ad Halleberg prope Lilla Hjerpetorpet et ad Algustrum; ceterum Smolandiæ ad Stenbrohult, Femsjö etc., Ostrogothiæ ad Ödeshög nec non in Kolmoren rarius visum.

Culmi rarius ultra pedem alti, ad radicem rubentes. Folia mollia, tres lineas lata. Spica parum ultra unciam longa et penna cygnea vix crassior, viridis cum quadam glaucescentia. Involucella setacea floribus triplo longiora. Calyces lineam tantum longi obtusi.

65. PANICUM *Crus galli*: paniculæ spicis secundis alternis conjugatisque subdivisis, valvula exteriore flosculi incompleti aristata aspera, foliis lineari-lanceolatis glabris. *Linn. svec. n.* 55. *it. scan. p.* 312. *vestg. p.* 141. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 337. *Schrad. germ.* 1. *p.* 245. *t.* 5. *f.* 8. *Link enum. hort.* 1. *p.* 76. *Fl. Dan. t.* 1564 *Engl. Bot.* 13. *t.* 876. *Aspegren bleking. p.* 5. *Fries halland. p.* 20.

Echinochloa Crus galli *Roem. syst.* 2. *p.* 478.

Hab. in agris arenosis subhumidis ad oras provinciarum maxime meridionalium rarius, ut Blekingiæ in Storkön et ad Norje, Scaniæ ad Skanör, Ramlösa et Helsingborg, Hallandiæ ad Hasslöf.

Culmi sesquipedales et ultra. Folia plus quam tres uncias lata. Panicula saepe spithamam longa. Involucellorum loco tantum villi floribus multo breviores. Flores sesquilineam longi, acuminati in aristam longitudine admodum variam etiam in eadem panicula. Calyces ceterum asperi. Semina magnitudine fere calycis, nitida, etiam apud nos nota nomine *Hönshirs*.

66. PANICUM *sangvinale*: spicis digitatis subquaternis patulis, flosculis ovatis margine nudis, foliis vaginisque glabris punctatis. *Linn. faun. svec. app. p.* 557. *spec. pl. ed.* 2. *p.* 84. *Schkuhr handb.* 1. *p.* 32. *t.* 10. *Leers herb. n.* 42. *t.* 2. *f.* 6. *Fl. Dan. t.* 338. *Montin Vet. Ac. Handl.* 1766. *p.* 256. *Retz. oec. p.* 484.

P. arenarium *Bieberst. cauc.* 3. p. 59.
P. glabrum *Mertens germ.* 1. p. 466.
Syntherisma glabrum *Schrad. germ.* 1. p. 163. t. 3. f. 6.
Digitaria glabra *Roem. syst.* 2. p. 471.
Digitaria humifusa *Fries nov.* p. 4. *halland.* p. 20. *Aspegren blek.* p. 5.

Hab. in agris campestribus arenosis Scaniæ occidentalis ex. gr. ad Lackalänga et Helsingborg copiose, Hallandiæ meridionalis ad Hasslöf, Ysby, Eldsberg, præcipue ad Flädjeby, Söndrum, Quibille etc. sat copiose (sed vix supra Slöinge); ceterum tantum Blekingiæ ad Hoby et Norje.

Gramen serotinum post messem cerealium optime legendum, totum decumbens, primum virescens nec omnibus pilis carens, sed demum magis fusco-purpurascens quam quod aliud hujus generis, nomen specificum Linnaeanum et svec. *Blodhirs* meritissimum. Spicae paullo ultra unciam longae, lineares. Calyces tantum lineam longi.

Ab hac maxime contracta et glabra forma series bona deduci potest per magis hirsutum P. vulgare in P. ciliare maxime explicatum et australe.

21. PHLEUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 109. Hoffm. germ. 1. t. 5. Gaertn. fr. 1. p. t. 1.

Calyx uniflorus, bivalvis: valvulis æqualibus compressis: nervis dorsalibus rectis in mucrones exporrectos abeuntibus et flores quasi bifurcatos efficientibus. Corolla bivalvis mutica truncata apice crenulata, calyce multo brevior. — *Inflorescentia subspicata. Radix perennis.*

67. PHLEUM *pratense:* spica cylindrica, calycibus ciliatis truncatis: mucronibus valvula brevioribus. *Linn. svec.* n. 56. *syst. ed. Roem.* 2. p. 378. *Sv. Bot.* t. 23. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. p. 129. *Wahlenb. lapp.* n. 53.

β. nodosum: radice bulbosa. *Flor. Dan.* t. 380.

Hab. in pratis fertilioribus provinciarum omnium tum campestrium tum sylvestrium usque ad Helsingiam ubique; dein vero non nisi passim in Jemtlandia formationis transitionis copiose, in Lapponia infima rarius et Nordlandia Norvegica sparsim. β in lapidosis provinciarum temperatarum.

A praecedentis varietate macriore non sine difficultate distingvitur spica tenuiore pennam gallinaceam plerumque tantum crassa, idque non tantum ob glumas obtusiores verum etiam minores vix linea longiores (quae in praec. saepe ultra bilineares). Quo magis culmus decumbit et luxuriat eo minor plerumqne spica fit, et tandem in β interdum minima brevissima (ex analogia Phlei nodosi), simulque coloratior praecipue antheris iisque brevioribus (A. fulvus Smith).

23. MILIUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 110. Trinii agrost. n. 27.

Calyx uniflorus subglobosus bivalvis: valvula exteriore majore. Corolla bivalvis, nitida, demum cartilaginea semen tegens. — *Gramen latifolium; panicula patentissima.*

72. MILIUM *effusum:* panicula diffusa, floribus muticis dispersis. *Linn. svec. n.* 61. *syst. ed. Roem.* 2. *p.* 319. *Sv. Bot. t.* 162. *Flor. Dan t.* 1143. *Wahlenb. lappon. n.* 57.

Hab. in lucis præcipue frondosis provinciarum plurimarum a Scania ad Lapponiam; (sed ut impatientissimum desiderari videtur in regionibus ferrimontanis altioribus Vermlandiæ, Vestmanniæ, Smolandiæ occidentalis etc. et in maritima Gothlandia).

Radix perennis. Gramen non nisi leviter svaveolens (unde raro *Luktgräs* vel *Amur*), molle sed quadripedalis vel majoris altitudinis; foliis ultra lineas quatuor latis. Panicula ramis laxis simpliciusculis, sub solstitio florens et dein cito maturescens.

24. AGROSTIS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 111. Hoffm. germ. t. 1. 6. 7. Mert. germ. I. p. 503.

Calyx uniflorus, bivalvis: valvula exteriore minore in n. 75. sed in ceteris majore. Corolla calyce minor subbivalvis: valvula interior 1) subæqualis basi breviter aristata in n. 73. 2) duplo minor in n. 77. 78. 3) obsoleta vel nulla in n. 74-76. — *Panicula subcapillaris: floribus minimis.*

73. AGROSTIS *spica venti:* panicula diffusa, petalo exteriore infra apicem exserente aristam longissimam subflexuosam. *Linn. svec. n.* 62. *syst. ed. Roem.* 2. *p.* 369. *Sv. Bot. t.* 286. *Flor. Dan. t.* 853.

Anemagrostis *Trinii agrost. p.* 128. *f.* 11.

Hab. in agris præcipue secalinis provinciarum plurimarum inprimis campestrium usque ad Dalecarliam superiorem et Jemtlandiam frequenter:

Radix annua. Gramen sequentibus hujus generis majus, plerumque tripedale; panicula dodrantali late diffusa (Rusticis Uplandiæ *Kjösa* vel *Åker-kjösa*, aliis *Åker-hven*). Aristae valvulis calycinis saltem triplo longiores.

74. AGROSTIS *canina:* petalo interiore nullo; exteriore infra medium aristato, calycibus acutis, panicula elongata: ramis trichotomis hispidulis ramulisque patentibus flexuosis. *Linn. svec. n.* 64. *spec. pl. ed. Willd.* 1. *p.* 367. *Hoffm. germ.* 1. *p.* 34. *t.* 6. *Knapp gram. brit. t.* 21. *Wahlenb. ups. n.* 48. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 95.

Trichodium caninum *Schrad. germ.* 1. *p.* 198. *Roem. syst.* 2. *p.* 276.

β aristis brevissimis.

Hab. in terra magis denudata præcipue arenaria versus ripas lacuum Sveciæ temperatioris usque ad Upsaliam frequenter; dein rarius Jemtlandiæ. β Oelandiæ in Alfvaren copiose.

Radix perennis ut in sequentibus. Folia radicalia semper setacea, sed reliqua culmo duplum latiora. Culmi plerumque pedales, graciles. Panicula magis subcylindrica, purpureo-brunnea (quare Svecice *Brun-hven*). Flores minores, vix linea longiores, magis clausi.

75. AGROSTIS *alpina:* petalo interiore nullo; exteriore infra medium aristato, calycibus acutis, panicula angustata pauciflora: ramis simpliciusculis lævibus, foliis subsetaceis. *Willden spec. pl.* 1. *p.* 368. *Wahlenb. lapp. n.* 38 *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 103. 104. — 1818. *p.* 133. 150.

A rupestris *Mertens germ.* 1. *p.* 514.

Trichodium alpinum *Schrad. germ.* 1. *p.* 200. *t.* 3. *f.* 4.

Gr. parvum alpinum etc. *Scheuchz. prodr. p.* 22. *t.* 4. *f.* 1.

Hab. locis siccioribus alpinis, subalpinis et subsylvaticis Lapponiæ, Jemtlandiæ etc. frequenter.

Gramen longe brevius quam praecedentis, plerumque spi-

thamale, strictius; foliis omnibus subsetaceis. Panicula longe pauperior, sed omnibus partibus crassioribus et turgidioribus unde etiam laevioribus (ut in plerisque aliis graminibus alpinis). Flores sesquilineam longi, semper insigniter colorati, et constantius aristati quam in reliquis. — Hanc formam alpinam vulgatissimam convenienter nomen servare crediderim.

76. AGROSTIS *algida:* petalo interiore nullo; exteriore minuto mutico enervi, calycibus obtusis ovalibus lævissimis, panicula subspicæformi, foliis omnibus planis. *Wahlenb. lapp. n.* 41. *tab.* 1. *a-i. Roem. syst.* 2. *p.* 283. (Trichod.) *Fl. Dan. t.* 1505.
Hab. in stillicidio aquæ ad nivem perennem lateris septentrionalis alpis Raste-kaisse in Finmarkia orientali.

Radix vix aut parum perennis. Gramen pusillum, tantum unciale, aquae nivali immersum, adeo ut spica in culmo fere capillari solummodo emineat; totum pallidum omnique modo algidum. Panicula subspicaeformis, circiter lineas quinque longa, subcylindrica; ramis vix bilinearibus. Calyces multo minores quam in ceteris, simílineam tantum longi, mollissimi. Antherae etiam pallidae, parum exsertae, ovales. Semina graminis lapponici non vidi.

77 AGROSTIS *rubra:* petalo interiore duplo minore; exteriore infra medium aristato, calycibus lanceolatis, panicula late pyramidata læviuscula: ramulis divergentibus, ligula abbreviata. *Linn. svec. n.* 64. *lapp. n.* 46. *Wahlenb. lapp. n.* 39. *ups. n.* 49.
A vulgaris β aristata *Schrad. germ* 1. *p.* 206. *t.* 3. *f.* 1.
β. mutica. A. vulgaris *Schrad. l. c. t.* 2. *f.* 3. *Hoffm. germ.* 1 *p.* 36. *t.* 7. *Knapp. gram. brit. t.* 26.
A. stolonifera *Sv. Bot. t.* 581.
Hab. in graminosis præcipue ad aquas Sveciæ septentrionalioris frequenter; β per totam Sveciam extra alpes vulgatissime.

Septentrionalior et constanter aristata forma etiam habet folia radicalia subfiliformia, culmum humiliorem, paniculam coloratiorem, imo faciem A. alpinae analogam. β vero valde luxuriat culmo tripedali, foliis sesquilineam latis etc.

78. AGROSTIS *stolonifera:* petalo interiore duplo minore; exteriore mutico (mucronulatove), calycibus

subovatis, panicula contracta: ramis hispidulis ramulisque patentibus, ligula oblongata, culmo repente stolonifero. *Linn. svec. n.* 66. *it. vestgoth. p.* 59. præcipue *β*. *it scan. p.* 338. *Flor. Dan. t.* 564. *Wahlenb. ups. n.* 50.

A. alba *Schrad. germ.* 1. *p.* 209. *t.* 2. *f.* 1. *Roem. syst.* 2. *p.* 346. *Flor. Dan. t.* 1623.

Hab in arvis humentibus præprimis arenariis et litoralibus Sveciæ temperatioris usque ad Upsaliam ubique.

Radix longe repens et prae ceteris stolonifera. Folia pallescentia immo in arena glaucescentia. Culmi ipsi rigidiores (item totum gramen obesius). Panicula post florescentiam contracta et tunc plerumque albescens, semper apud nos quantum scio mutica.

25. ARUNDO.

Linn. gen. ed. Schr. n. 124. *Schrad. germ.* 1. *p.* 211.

Calyx uni- vel sesquiflorus, rarius multiflorus, bivalvis. Pili copiosi longi circa corollam vel in rachide flosculorum. Corolla bivalvis — *Gramina majora, floribus majoribus paniculatis. Radix perennis.* — *Divisiones: Pili* 1) *cingentes corollam* a) *membranaceam* α) *cum rudimento styliformi alterius flosculi n.* 76-83. β) *sine rudimento n* 84. 85. b) *coriaceam n.* 86. 87. 2) *dispositi in rachide multiflora n.* 88.

79. ARUNDO *sylvatica:* panicula erecta, calycibus acutis, arista dorsali geniculata petalis duplo longiore exserta, pilis corolla triplo brevioribus. *Schrad. germ.* 1. *p.* 218. *t.* 4. *f* 7. *Fl. Dan. t.* 1683. *Roem. syst.* 2. *p.* 507. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 96. Agrostis arundinacea *Linn. svec. n.* 63. *it. scan. p.* 409. *Sv Bot. t.* 96.

β arista inclusa.

Hab. in sylvis sterilibus elevatis provinciarum saltem granitoidearum a Scania usque in Jemtlandiam frequenter.

Gramen plerumque quadripedale, strictum; foliis circiter tres lineas latis. Panicula plerumque virescens vel parum subviolacea. Calyx sesquitertiam lineam longus. — *β* in locis

siccissimis aristam abbreviatam accipit, ceterum ad A. variam vix accedere videtur.

80. ARUNDO *lapponica:* panicula stricta, calycibus obtusiusculis, arista dorsali geniculata pilisque corollam æquante. *Wahlenb lapp. n.* 43. *t.* 1. *fig. a–c. Roem. syst* 2. *p.* 506.

β. acutior, minus stricta. *Wahlenb. lapp. n.* 45. (A. psevdophragm.)

Hab. in collibus et campis totius Lapponiæ subalpinæ et subsylvaticæ frequenter.

Praecedenti utique proxime affinis, sed quasi solo alpino uti alia gramina brevior strictior et crassior facta. Culmus plerumque tripedalis, firmus. Folia stolonum convoluto-filiformia; culmea vix linea latiora. Panicula vix spithamam longa, ante florescentiam caerulescens, postea fuscescens. Calyx duas lineas longus, quem fere aequant et pili et corolla et arista.

81. ARUNDO *varia:* panicula erecta patente, calycibus acutis, pilis corollam subæquantibus, arista dorsali geniculata calycem subæquante. *Schrad. germ.* 1. *p.* 216. *t.* 4. *f.* 6. *Roem. syst.* 2. *p.* 505. *Wahlenb. Nov. Act. Ups. VIII. p.* 212 *et* 255.

Agrostis arundinacea var. *Vet. Ac. Handl.* 1805. *p.* 112.

Hab. in collibus et campis elatis insulæ formatione transitionis substratæ Gothlandiæ passim; in Thorsborgen copiosissime.

Etiam quasi filia Ar. sylvaticae, a solo siccissimo alpestri nata. Gramen et panicula fere eadem. Calyx paullo brevior, duas lineas longus. Pili longiores, sed arista calycem vix ac ne vix excedens.

82. ARUNDO *stricta:* panicula stricta, calycibus acutiusculis, arista capillari sub apicem corollæ inserta eamque æquante, pilis corolla brevioribus. *Schrad. germ.* 1. *p.* 215. *t.* 4. *f.* 5. *Roem. syst.* 2. *p.* 504. *Sv. Bot. t.* 301. *Wahlenb. lapp. n.* 44. *ups. n.* 52. *Fries halland. p.* 22. (109 sub Crambe). *Videgren österg. p.* 27.

Hab. in pratis humidioribus sylvaticis Sveciæ septentrionalis usque ad Vermlandiam et Uplandiam ubique, deinde in littoralibus ad Scaniam usque ex. gr. Kulla Gunnarstorp.

Ceteris nostris Arundinibus minor et angustior. Culmi plerumque bipedales stricti, filo parum crassiores. Panicula saepe digito non longior, plerumque tam caerulea ut Moliniam caeruleam referat. Calyx linea una parum longior.

83. ARUNDO *strigosa:* panicula stricta, calycibus sublinearibus acuminatis, arista tenui dorsali corollam æquante, pilis corolla brevioribus. *Wahlenb. lapp. n.* 47. *t.* 2. *Roem. syst.* 2. *p.* 505. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 131.

Hab. ad litora maris septentrionalis rarius ex. gr. ad ostium fluminis Tana Finmarkiæ orient. et ad Lyngen Nordlandiæ

Forsan forma quaedam septentrionali-maritima praecedentis, vix nisi valvulis calycinis longioribus et hispiditate majore differens.

84. ARUNDO *epigejos:* panicula stricta congregata, calycibus longe acuminatis, arista dorsali recta corollam subæquante, pilis corolla longioribus, foliis sublanceolatis. *Linn svec. n.* 106. *syst. ed. Roem.* 2. *p.* 501. *it. scan. p.* 164. *Schrad. germ.* 1. *p.* 211. *t.* 4. *f.* 1. *Wahlenb. lapp. n.* 48.

Hab. ad lacus flumiuaque majora supra ripas per totam Sveciam passim.

Gramen ex altioribus nostris plerumque quadri- vel quinquepedale, sed crassitie valde varians, quamquam semper strictum. Folia interdum semiunciam lata. Panicula plus quam spithamalis. Calyces elongati tres lineas longi.

85. ARUNDO *Calamagrostis:* panicula diffusa, calycibus sublinearibus acuminatis, arista exigua in fissura corollæ, pilis corolla longioribus. *Linn. svec. n.* 107. *it. scan. p* 53. *Schrad. germ.* 1. *p.* 214. *t.* 4. *f.* 4. *Sv. Bot. t.* 312. opt. *Fl. Dan. t.* 1624. *Wahlenb lapp. n.* 46.

Hab. locis umbrosis subhumidis juxta fluvios, paludes etc. totius Sveciæ saltim continentalis usque in Lapponiam frequenter.

Gramen totum laxius quam in ceteris, circiter quadripedale. Folia linearia plerumque tantum duas lineas lata. Panicula mollissima omnium. Calyces circiter duas lineas longi.

86. ARUNDO *baltica:* panicula stricta congregata, calycibus acuminatis, pilis corolla coriacea mucronata duplo brevioribus, foliis subconvolutis. *Schrad. fl. germ.* 1. *p.* 223. *t.* 5. *f.* 3. *diar. nov.* 4. *p.* 57. *Regensb. bot. Zeit.* 1821. *p.* 407. *Flor. Dan. t.* 1684. *Fries novit p.* 109.
Psamma baltica *Roem. syst.* 2. *p.* 845.
Hab. in arena litorali extra pristinum exitum fluvii Nybroån dicti extimæ Scaniæ prope Ystad. primum lecta d. 3 Julii 1822; dein copiosius in Sandhammar, deserto illo arenoso maximo extimo Scaniæ orientali-meridionalis.

Radix valde descendens, ramosissima, pennam anserinam crassa. Folia ad basin tres lineas lata, sensim angustata in apicem subulatum pungentem. Culmi plus quam ulnam longi ut reliquum gramen obscure virentes. Panicula ultra spithamam longa, ex rufo variegata. Fructificatio fere A. arenariae, sed longe acutior. Glumae calycinae circiter quatuor lineas longae. Floret serius.

87. ARUNDO *arenaria:* panicula spicæformi cylindrica, glumis pedunculo longioribus nitidis, pilis corolla coriacea triplo brevioribus, foliis convolutis pungentibus. *Linn. svec. n.* 108 *spec pl. ed. Willd.* 1. *p.* 457. *it. scan. p.* 126. 336. 340. *oel. p* 139. *gothl. p.* 206. *Mertens germ.* 1. *p.* 525. *Sv. Bot. t.* 138. *Flor. Dan. t.* 917. *Fries halland. p.* 23.
Psamma arenaria *Roem. syst.* 2. *p.* 845.
Hab. in arena mobili littorali Gothlandiæ maxime septentrionali-orientalis et quidem promontorii ab illa Helmudd dicti ultra Ava siti copiosissime, Oelandiæ simili loco ad Grankulla parcius; Scaniæ ab Yngsjö usque ad Engelholm copiosissime; Hallandiæ ad Halmstad etc.

Radix admodum alte descendens, ramosissima. Gramen totum initio glaucescens, demum albicans. Folia ob convolutionem subfiliformia, juncea et tantum apice rigescentia. Culmus plerumque ulnaris. Spica digitum longa et crassa semper albicans. Glumae calycinae quinque lineas longae, majores quam in ulla alia, magisque lineares. — Svecis *Sandrör.* Rusticis Scaniae *Margrås* a loco crescendi in

collibus et campis arenae volatilis littoralis *Mararne* dictis. Nautis *Helm* vel *Sandhelm* (Danis *Hielm*), unde forsan Halmstad Hallandiae.

88. ARUNDO *Phragmites:* calyce flosculis subquinis breviore. *Linn. svec. n.* 105. *syst. ed. Roem.* 2. *p.* 510. *Sv. Bot t.* 114. *Wahlenb. lapp. n.* 50.
Phragmites communis *Trinii agrost p.* 154.
Hab. in fluviis, lacubus aliisque aquis purioribus totius Sveciæ, etiam Lapponiæ sylvaticæ frequenter.

Gramen longe maximum nostrorum, prae ceteris svecice *Vass*, rusticis saepe *Rörvass*, item *Bladvass* et *Skårvass*, Gothis *Kasa* vel *Kasse*. Radix horizontalis crassitie digiti minoris. Culmi orgyales, penna cygnea crassiores. Folia latitudine digiti medii, scindentia, dorso glaucescentia. Panicula diffusa plus quam pedalis, ante explicationem atropurpurascens. Spiculae semiunciales.

26. AIRA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 113. *Hoffm. germ.* 1. *t.* 8.

Calyx æquivalvis includens flosculos binos cum vel sine pedicello sterili lineari flosculi tertii. Corolla basi pilosiuscula: valvula exteriore superne fissa denticulatave basi aristata. Germen glabrum s. calvum. — *Gramina tenuiora; floribus minoribus quam in proximis. — Subdivisiones: Corollae valv. exterior apice* 1) *multidenticulata* a) *arista recta n.* 89-91 b) *arista geniculata n.* 92. 93. 2) *integra* (*cor.*) *arista clavata n.* 94. 3) *bifida laciniataque n.* 95. 96.

89. AIRA *cæspitosa:* foliis planis sulcatis, panicula diffusa, pedunculis scabris, flosculis pedicelloque sterili calycem subexcedentibus, arista recta inclusa. *Linn. svec. n.* 70. *Sv. Bot. t.* 132. *Flor. Dan. t.* 240. *Wahlenb. lapp. n.* 54.
Deschampsia cæspitosa *Roem. syst.* 2. *p.* 685.
Hab. in pratis subhumidis fertilibus totius Sveciæ usque in alpes Lapponicas ubique frequenter.

Radix perennis ut in omnibus sequentibus corolla multidenticulata praeditis speciebus, valde caespitosa. Folia plerumque sesquilineam lata, rigidula. Culmi saepe tripedales. Panicula valde diffusa, interdum pedalis; flores vix sesquilinea longiores, griseo-nitentes, post solstitium aperti. —

Hab. in arenosis arvis campisque provinciarum maritimarum meridionalium scil. Gothlandiæ, Oelandiæ, Blekingiæ, Scaniæ et Hallandiæ meridionalis ubique copiose.

Radix vix plus quam biennis. Folia setacea uti reliquum gramen, unde non male Svecis *Borst-tâtel.* Gramen ceterum glaucescens, vix semipede longius, decumbens. Panicula sesquiuncialis, albescens, solis antheris violaceis. Calyces sesquilineam longi.

95. AIRA *caryophyllea:* foliis setaceis, panicula divergente, flosculis calyce minoribus aristas geniculatas longe exserentibus. *Linn. spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 380. *syst. ed. Roem.* 2. *p.* 681. *Sv. Bot. t.* 508. *f.* 1. *Flor. Dan. t.* 382. *Retz. diss. suppl. fl. scand. p.* 4. *Fries nov. p.* 83. (*Videgren ôsterg. p.* 27 ?)

Hab. in arena ad Hammarlunda, Qvinnevadsmölla etc. infra Wombsjön Scaniæ interioris, sed etiam inter Hvällinge et St. Hammar, nec non prope Ystad, ejusdem provinciæ rarius; (an quoque juxta Vettern ad templum Ödeshög Ostergothiæ magis dubium videtur, forsan potius A. flexuosa *Leers herb. n.* 62. *t.* 5. *f.* 7.)

Radix annua, sed saepius duos tresve culmos gerens. Gramen vix plus quam digitale, praecipue vaginis suis et glumis subviolaceum. Panicula parum supra vaginam folii summi elevata, subfastigiata: ramis infimis apicem paniculae fere attingentibus, capillaribus, sed non flexuosis. Calyces omnium brevissimi, lineam tantum longi (si majores A. flexuosam spectant). Floret mense Maji.

96. AIRA *præcox:* foliis setaceis, panicula spicæformi, flosculis calycem subæquantibus aristas geniculatas exserentibus. *Linn. svec. n.* 75. *it. scan. p.* 226. 236. 264. 323 *Link en. hort ber.* 1. *p.* 79. *Sv. Bot. t.* 508 *f.* 2. *Flor. Dan. t.* 383. *Fries halland. p.* 24. *Aspegren bleking. p.* 8. *Ahlquist Vet. Ac. Handl.* 1821. *p.* 300.

Avena præcox *Roem. syst.* 2. *p.* 667.

Hab. in arenosis apricis depressis passim vere inundatis Scaniæ exterioris ut Ystadii, Scanoræ, ad Falsterbo, Kullen, Degeberga etc. frequentissime; ceterum

Blekingiæ ex. gr. ad Trensrum in saxis, Hallándiæ passim ad vias, Oelandiæ ad Ramsätra, Röhälla, Böda etc.

Radix annua. Gramen inter nostra tenuissimum, plerumque digitum minorem, rarius spithamam altum, inferne magis purpurascens, superne subgriseum. Panicula non unciam longa, contracto- spicaeformis, sed rami inferiores duas tertias longitudinis ipsius emetientes. Calyces vix sesquilineam longi. Mense Maji floret et dein cito tabescit.

27. MOLINIA.

Wibel. werthem p. 116. Airæ spec. Linn.

Calyx inæquivalvis exserens flosculos binos ternosve teretiusculos. Corollæ valvula utraque convexa obtusa mutica. Semen undique convexum (nec sulco intus exaratum). *Paniculae rami subracemosi; floribus valde coloratis. Radix perennis insigniter nodosa.*

97. MOLINIA *aquatica:* flosculis binis obconoideis erosis, panicula divaricata verticillata, radice culmoque repentibus. *Wahlenb: ups. n.* 58.
Aira aquatica *Linn. svec n.* 68. *Flor. Dan. t.* 381. *Vaill. par. t.* 17. *f.* 7.
Glyceria aquatica *Mertens germ.* 1. *p.* 589.
Calabrosia aquatica *Roem. syst.* 2. *p.* 696.
β spiculis multifloris. *Sv. Bot. t.* 587.
Hab. ad scaturigines aliasque aquas puriores regionum magis campestrium Scaniæ, Hallandiæ, Vestergothiæ in Kinnekulle, Ostergothiæ, Uplandiæ ad Upsaliam multis locis etc. β Ostergothiæ ad Vadstena in aquosis stercoratis.

Gramen molle, e geniculis tumidis valde stoloniferum; foliis saepe ultra duas lineas latis sed tantum pollicis longitudinis. Flores plerumque rubroviolacei: antheris albescentibus. — Varietas β multiflora flosculis magis patentibus teretiusculis a Glyceriis differt.

98. MOLINIA *cærulea:* flosculis subternis elongato-conoideis strictis integerrimis, panicula elongata angustata, culmo subenodi. *Mertens germ.* 1. *p.* 583. *Wahlenb. ups. n.* 59.

Aira cærulea *Linn. svec. n.* 67. *it. scan. p.* 68. 294. 318. *etc. Flor. Dan. t.* 239.
Melica cærulea *Sv. Bot. t.* 401. *Wahlenb. lapp. n.* 59.
Enodium cæruleum *Roem. syst.* 2. *p.* 531.
Hab. locis uliginosis sterilibus apricis universæ Sveciæ, alpibus tantum exceptis, passim copiose.

Folia fere omnia radicalia, circiter lineas duas lata, sed siccando se convolventia et rigescentia. Culmi quoque stricti, saepe bipedales. Spiculae totae etiam antherae caerulescentes (unde quoque svecice *Blå-tåtel*), serius florentes.

28. MELICA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 113. Mert. germ. 1. p. 575. Gartn. fr. 2. p. 5. t. 80.

Calyx subæquivalvis includens flosculos sursum cito imperfectiores: infimum unum alterumve completum, reliquos convolutos in clavam. Corolla obtusiuscula, integra, mutica, demum subcartilaginea. Semen nitidum. — *Inflorescentia subracemosa. Radix perennis.*

99. MELICA *nutans:* racemo subsimplici secundo, calycibus nutantibus ovatis flosculos binos completos includentibus. *Linn. svec. n.* 76. *it. scan. p.* 107. (perperam ad M. ciliatam citata) *syst. ed. Roem.* 2. *p.* 522. *Sv. Bot. t* 354. *f.* 1. opt. *Flor. Dan.* 6. *t.* 962. *Wahlenb. lapp n.* 58
Hab. in rupium fissuris, ad petras lapidesque præcipue lucorum per totam Sveciam usque ad alpes frequenter.

Culmi utplurimum pedales, valde graciles, subcompressi. Folia saturate viridia, circiter duas lineas lata. Racemi ramuli infimi vix semiunciam longi. Calyces tres lineas longi, flosculis demum breviores, violacei, vere florentes.

100. MELICA *uniflora:* racemo ramoso patentissimo, calycibus subovatis flosculum unicum completum includentibus. *Retz. obs. bot.* 1. *p.* 10. *Roem. syst.* 2. *p.* 524 *Sv. Bot. t.* 354 *f.* 2. *Flor. Dan. t.* 1144. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1805. *p.* 114. *Ahlquist ib.* 1821. *p.* 295. *Fries halland. p.* 25. *Forsand. veg. scan. p.* 15. *Videgren österg. p.* 27. *Aspegren bleking. p.* 8.
Hab. in fissuris petrarum umbrosarum præcipue cal-

carearum e formatione transitionis in Gothlandia, Oelandia ad Bornholm, Scania frondoso-sylvestri vulgaris usque ad Hallandsås, Blekingia copiose, Vestergothia passim, Ostergothia ad Drothen.

Praecedenti valde affinis, sed ob locum angustior, patentior et magis serotina initio æstatis florens. Folia sesquilineam lata. Racemi ramus infimus plerumque solitarius, uncias duas longus. Calyces paullo minores.

101. MELICA *ciliata:* racemo subspicato, calycibus secundis cilia petali extimi emittentibus. *Linn. svec. n.* 77. *it. gothl. p.* 297. *oel. p.* 157. *syst. ed. Roem.* 2. *p.* 522. *Sv. Bot. t.* 365. bona. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1803. *p.* 114. *Ahlquist ibid.* 1821. *p.* 297. *Videgren österg. p.* 27.

Hab. in collibus campisque sterilibus exaridis supra petram calcaream formationis transitionis Gothlandiæ ubique frequenter, Oelandiæ saltem in vestra Landtborgen copiose; etiam in rupibus calcareis ad Fagervik alibique sylvæ Kolmorden Ostrogothiæ abunde, sed de cetero nonnisi in præruptis maximis ad Rödgafvel montis Omberg, (ad Stegeborg forsan adventitia ut etiam Stockholmiæ, nec versus mare occidentale unquam).

Gramen strictius, altius, bi- vel tripedale. Folia cito convolvuntur et sic ut culmus filiformia fiunt, erecta, stricta. Racemus spicaeformis digitum minimum longus et crassus, suberectus sed secundus. Calyces initio fuscescentes, sed demum albicantes ut cilia copiosa; valvula interior acuminata tres lineas longa. Flosculus tantum unicus perfectus cilia expandens, sed saepe duo imperfecti ideoque imberbes.

29. HOLCUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1565. *Hoffm. germ.* 2. *t.* 12. *Trinii agr. n.* 128.

Calyx subæquivalvis includens flosculos binos sursum abortientes: inferiorem fertilem muticum; superiorem masculum aristatum. Corolla membranacea. — *Panicula magis parviflora* (fere Airæ) *in gramine pubescente. Radix perennis.*

102. HOLCUS *lanatus:* flosculi superioris arista recurvata intra calycem obtusiusculum, radice cæspitosa. *Linn. svec. n.* 917. *syst ed. Roem.* 2. *p.* 655 *it. oel. p.* 122. *scan. p.* 153. 225. *Sv. Bot. t* 84. *Flor. Dan. t.* 1 81. *Kalm. bohusl p.* 63 68 182. 189. 248. *Bjerkand. Vet. Ac. Handl.* 1776 *p.* 80. *Næzén in Fant diss de Ulricæhamn p.* 32.

β. arista subprominente.

Hab. in pratis et pascuis arenosis subhumidis provinciarum meridionalium præcipue formationis junioris Gothlandiæ, Oelandiæ et Scaniæ frequentissime; in reliquis provinciis littoralibus passim usque in Bahusiam ubique et Uplandiam; in interioribus occidentalibus raro ut Smolandiæ, Vestrogothiæ ad Hunneberg, Kinnekulle, Ulricæhamn. β in lucis densissimis.

Gramen undique pubescentia tenuissima mollissima obductum, saepe tripedale; foliis tres lineas latis. Gluma interior calycis omnino obtusa cum mucrone, sesquilineam longa.

103. HOLCUS *mollis:* flosculi superioris arista geniculata calycem acuminatum excedente, radice repente. *Linn. syst. ed. Roem.* 2 *p.* 655. *Sv. Bot. t.* 198. bona. *Fl. Dan. t.* 1059. *Retz. oec. p.* 30. *Osbeck götheb. handl.* 4. *p.* 29. *Fries halland p.* 24. *Wahlb. gothob. p.* 16. *Aspegren bleking. p.* 7.

Hab. in arenosis sublittoralibus Scaniæ exterioris ex. gr. ad Skanör et Falsterbo copiosissime, infra Hallandsås etiam Hallandiæ passim, unde dispersus esse videtur usque ad Gothoburgum rarius; etiam Blekingiæ et Ölandiæ adjacentisque Smolandiæ orientalis sparsim.

Culmi inferne procurrentes. Gramen molle quidem, sed superne omnino glabrescens, saepius tripedale. Gluma calycina utraque eximie acuminata, fere tres lineas longa, utroque latere glabra.

50. HIEROCHLOA.

Gmel. sib. 1. *p.* 101. *Roem. syst.* 2. *p.* 29. *Trinii agr. n.* 66.

Calyx subæquivalvis includens flosculos ternos deorsum abortientes: inferiores masculos; intermedium arista-

tum; supremum fertilem diandrum. Corolla coriacea. — *Panicula magis grandiflora (fere ut in Avena) in gramine glabro svaveolente. Radix perennis, repens.*

104. HIEROCHLOA *odorata:* calyce subrotundo includente flosculos ciliatos submucronatos, panicula divaricata: pedicellis lævibus. *Flor. Ups. n.* 62.
H. borealis *Roem. syst.* 2. *p.* 513.
Holcus odoratus *Linn. svec. n.* 918. *it. vestgoth. p.* 37. 145. *Sv. Bot. t.* 168. *Flor. Dan. t.* 963. *Wahlenb. lapp. n.* 51. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 94
Hab. in pratis paludosis et paludibus ipsis provinciarum plurimarum granitoidearum usque ad alpes Lapponicas passim; in regionibus vero formationum juniorum et campestribus rarescit, item in occidentali Smolandia.

Gramen prae ceteris ob svaveolentiam notum nomine svecico *Mysk-gràs Amurgràs*, *Mariegràs* (contracte *Majgràs*). Culmus circiter pedalis. Panicula unam alteramve unciam longa et lata; ramis inferioribus fere unciam longis. Calyces lineas fere duas longi latique.

105. HIEROCHLOA *alpina:* calyce oblongo, flosculis pilosiusculis: arista dorsali geniculata exserta, panicula coarctata. *Roem. syst.* 2. *p.* 515
Holcus alpinus *Wahlenb. lapp. n* 52. *t.* 2. *Sv. Bot. t.* 438. non opt. *Flor. Dan. t.* 1508.
Aira alpina *Liljebl. Vet. Ac. Handl.* 1793. *p.* 207.
Hab. in collibus siccis arenosis ad summas alpes L a p p o n i æ T o r n e n s i s passim: ut in paroecia Enontekis supra Lammastunturi, ad Kumma-eno et Tsatsekaise; ad Torneåträsk in alpe Kärpile.

Gramen vix spithama altius. Culmus fere totus vaginis tectus. Panicula vix plus quam uncialis; ramis inferioribus circiter quinque lineas longis, laevibus. Calyces autem tres lineas longi, sed angustiores quam in praecedente. Aristae sesquilineam extra calyces prominent.

31. B R I Z A.

Linn. gen. ed. Schr. n. 115. *Hoffm. germ.* 1. *t.* 5. *Gærtn fr.* 1. *p.* 4. *t.* 1.

Calyx subæquivalvis colligens flosculos multos in spicu-

lam subcordatam. Corollæ valvula exterior inflata basi cordato-amplectens, obtusa, mutica; interior minima subrotunda. — *Panicula spiculis pendulis.*

106. BRIZA *media:* spiculis demum cordatis subseptemfloris, calyce flosculis minore. *Linn. svec. n.* 86. *syst ed. Roem.* 2. *p.* 520. *Sv. Bot. t.* 300. *Fl. Dan. t.* 258.

Hab. in pratis apricis siccioribus provinciarum omnium Sveciæ usque ad Dalecarliam superiorem ex. gr. Osmundsberget et Jemtlandiam frequenter.

Radix perennis. Culmi plerumque sesquipedales erecti; foliis sublanceolatis vix pollice longioribus. Paniculae ramuli expansi capillares: spiculis valde tremulis (quare svecice *Darrgrås*, *Båfvegrås*, *Skålfgrås*), demum eximie cordatis, ultra duas lineas latis, fusco-violaceis, ad solstitium florentibus.

32. POA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 114. *Hoffm. germ.* 1. *t.* 10.

Calyx subæquivalvis carinatus colligens flosculos plures (3-6) dense imbricatos sæpius villo connexos in spiculam subovatam compressam. Corollæ valvula exterior carinato-naviculæformis, acuta, mutica (sine mucrone ullo vel nervo dorsali incrassato). — *Panicula utplurimum brevior: spiculis minoribus terminalibus. Radix plerumque perennis valde vivax unde Svecis Grô explicatius Groden, Grôda. Subdivisiones:* 1) *glumis latioribus n.* 107-109. 2) *culmo compresso vel saltem vaginis ancipitibus n.* 110-113. 3) *glumis angustioribus n.* 114-116.

107. POA *alpina:* glumis navicularibus ovatis subliberis, spiculis subrotundis quadrifloris, panicula divergente, radice cæspitosa. *Linn. svec. n.* 79. *syst. ed. Roem.* 2. *p.* 540. *Wahlenb. lapp. n.* 62. *Mertens germ. p.* 606. *Host. gram.* 2. *t.* 67. *Flor. Dan. t.* 807. (vivip.)

β. lapponum: radice et panicula laxiore. *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1822. *p.* 332. *Hartm. ib.* 1818. *p.* 126.

γ. collina: foliis brevibus rigidulis latis. *Wahlenb.*

carp. p. 21. *Nov. Act. Upsal. VIII. p.* 211. 255. *Host. gram.* 2 *t.* 66.
P. brevifolia *Wallroth sched. p.* 30.
* vivipara, radice bulbosa. P. bulbosa *Linn. faun. svec. p.* 557. *syst. ed. Roem* 2. *p.* 536. *Fischerstr. mel. p.* 292.

Hab. ad rupes et colles per alpes et infra alpes omnes altiores frequenter; β locis pingvioribus subalpinis et subsylvaticis passim; γ in petra calcarea Gothlandiæ et Oelandiæ supra Alfvaren copiose, unde in loca maritima granitoidea vel arenosa dispergitur vivipara et bulbosa Ostrogothiæ, Sudermanniæ, Stockholmiæ.

Gramen polymorphum ut pleraque hujus generis. In alpibus spiculae latiores quam in sequentibus, circiter sesquilineam latae. Sic etiam in Gothlandia, sed Oelandiae multo minores P. bulbosam non viviparam sistunt, quae ibi radice bulbosa caret; nec radicem bulbosam sine panicula vivipara unquam vidi.

108. POA *flexuosa:* glumis oblongis, spiculis quadrifloris oblongatis, panicula laxa pyramidata: ramis flexuosis lævissimis, radice repente. *Smith brit.* 1. *p.* 101. *Engl. Bot.* 16. *t.* 1123. *Wahlenb. carp. n.* 70. *Host. gram.* 4. *p.* 15. *t.* 26. *Mertens germ.* 1. *p.* 604. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 133. *Hornem. plant.* 3. *p.* 104.
P. laxa *Wahlenb. lapp. n.* 65. *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1822. *p.* 333.

Hab in collibus siccis apricis betulinis Lapponiæ Lulensis subalpinæ ex. gr. ad Kierkivare copiose, Jemtlandiæ ad Åreskutan.

Sequenti proxime affinis stolonibus repentibus etc. sed facile dignoscenda colore praecipue paniculae fusco-violaceo, culmo vix pedali, foliis binis: altero prope paniculam conduplicato angustissimo.

109. POA *pratensis:* glumis oblongis, spiculis subquinquefloris ovato-oblongis, panicula diffusa; ramis teretibus lævibus, foliis culmeis subternis brevibus vaginisque lævissimis, radice repente. *Linn. svec.*

n. 82. *syst. ed. Roem.* 2 *p.* 532. *Flor. Dan. t.* 1444. *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1822. *p.* 327.

β. minor: panicula subovata, culmo palmari, foliis angustatis. *Flor. ups.* — *Mert germ.*

γ rigens: panicula pauciflora: ramis patentibus, culmo rigido. *Læstadius l c. p.* 328.

δ. iantha: panicula oblonga: ramis flexuosis, spiculis minutis. *l. c. p* 329

ε. hydrophila: panicula contracta: ramis flexuosis, stolonibus setaceis. *l. c. p.* 330.

ζ. macrorrhiza: panicula elongata: ramis asperulis, foliis culmeis pluribus elongatis, radice longissime repente. *l c. p.* 331.

Hab. in pratis, pascuis et graminosis totius Sveciæ usque ad alpes altiores frequentissime; γ et ζ præcipue in alpibus.

Est quasi species centralis, e qua omnes reliquae degrediuntur. Itaque numerosissimis varietatibus obnoxia. Inprimis accedunt ultimae ad sequentem speciem.

110. POA *trivialis:* glumis lanceolatis nervosis subliberis spiculis subtrifloris, panicula effusa: ramis subquinatis asperis, foliis culmeis elongatis vaginisque subancipitibus scabris, radice fibrosa. *Linn. svec. n.* 80. *syst. ed. Roem.* 2. *p.* 534. *Mertens germ.* 1. *p.* 611. *Fl. Dan. t.* 1685. *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1822. *p.* 331.

P. scabra *Ehrh. gram. n.* 72.

Hab. in graminosis humidis præcipue ad rivulos umbrosos Sveciæ meridionalis copiosius, septentrionalis rarius ex. gr. Jemtlandiæ.

Gramen in genere gracile, circiter bipedale. Vaginae foliorum laxae pennam gallinaceam saepius crassae, culmi partem maximam obtegentes, foliis ultra digitum longis terminatae. Panicula tenuiter divisa in ramos numerosos capillares, ob spiculas minutas vix linea longiores rectiusculos. Color paniculae pallidus.

111. POA *sudetica β.* glumis lanceolatis nervosis liberis, spiculis subtrifloris, panicula elongato-effusa: ramis subquinatis asperis, culmo ancipiti, vaginis compressis laxis, radice repente. *Hænk. sudet. p.*

120. *Syst. veg ed. Roem.* 2. *p.* 555. *n.* 52. β viridis. *Mertens germ.* 1. *p.* 610. *Sv Bot t.* 614 *Fries nov. p.* 26. 100. *Hising. norr. p.* 39. *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1822. *p* 340. *Hartm. ib.* 1814. *p.* 96. P. remota *Forselles Act. Soc. Linn. Ups.*

Hab. in convallibus rivulorum nemorosis humidis Scaniæ ad Gudmuntorp, Vermlandiæ prope Carlstad, Jemtlandiæ subsylvaticæ, Lapponiæ Lulensis in Valleramlet prope Qvickjock, sed parce.

Gramen nostrum est varietas suae speciei maxime virens et gracilis non parum discrepans a forma alpina Europae meridionalioris latifolia stricta et colorata. Habitus gentilis fere liliaceus in hoc genere inconsvetus. Culmus plerumque quadripedalis; foliis quatuor lineas latis. Panicula dodrantalis. Spiculae angustae, sed sesquitertiam lineam longae.

112. POA *annua:* glumis lanceolato-ellipticis subliberis, spiculis subsexfloris oblongis, paniculæ ramis subbinatis demum divaricatis, culmo vaginisque compressis laxis, radice fibrosa. *Linn. spec. n.* 83. *syst. ed Roem* 2. *p.* 555 *Mertens germ.* 1. *p.* 598. *Sv. Bot. t.* 126. *Fl. Dan. t.* 1686.

Hab. in terra culta, ad domos, vias totius Sveciæ ubique.

Radix annua vel biennis. Gramen totum laxum, parvum, plerumque semipedale. Folia evidenter disticha, sed undulata et mollia.

113. POA *compressa:* glumis lanceolatis (villo connexis), spiculis subsexfloris oblongis. panicula secunda coarctata; ramis patentibus rigidis asperis, culmo compresso adscendente rigido, radice repente. *Linn spec. n.* 84. *syst. ed. Roem.* 2. *p* 558. *it. gothl. p* 178. *Vet. Ac. Handl.* 1741. *p.* 184 *Flor. Dan. t.* 742. *Wahlenb. ups. n.* 69.

Hab in petris et arvis præcipue calcareis campestribus Sveciæ temperatioris a Scania ad Upsaliam passim

Gramen totum glaucescens, rigidius quam ceterae Poae. Culmus usque ad paniculam vix digitum medium latam valde compressus, vix pedalis. Floret ad foenisecium antheris albidis.

114. POA *angustifolia:* glumis lanceolatis subquinquenervibus villo connexis, spiculis ovato-lanceolatis subquinquefloris, panicula æquali pyramidata; ramis asperis subquinatis, culmo inferne repente geniculato gemmifero. *Linn. svec. n.* 81. ex mente *Friesii halland. p.* 26. *Wahlenb. ups. n.* 66.
P. serotina *Gaudin agr.* 1. *p.* 208. *Sv. Bot. t.* 502. *Læstadius l. c. p.* 340.
P. fertilis *Host. gram.* 3. *t.* 14. *Mertens germ.* 1. *p.* 614.
Hab. in pratis paullo declivibus Sveciæ temperatioris usque ad Upsaliam passim copiose; dein etiam Lapponiæ rarius.

Culmus ad basin e geniculis tumidis et radicantibus gemmiparus, ceterum circiter tripedalis et strictus. Folia lineam tantum lata, sed etiam prope paniculam ultra spithamam longa. Panicula ob ramos stricte patentes triangulo-pyramidata. Glumae apicibus eximie luteo nitentibus.

115. POA *cæsia:* glumis lanceolatis subliberis, spiculis oblongis trifloris, panicula subovata; ramis asperis subbinatis, culmo aspero, radice cæspitosa. *Smith brit. comp.* 3. *p.* 16. *Engl. Bot.* 24. *t.* 1719. *Wahlenb. lapp. n.* 66. *β.* (*Mertens germ.* 1. *p.* 620).
P. aspera *Gaudin agr.* 1. *p.* 198. *Roem. syst.* 2. *p.* 548.
Hab. in rupibus montium subalpinorum præcipue Norvegiæ maritimæ passim; optime autem in Hyckjeberget Dalecarliæ.

Caespitose crescit fere ut insequens et culmi articuli fusci sunt, sed folia brevia plana patentia in vaginis longioribus, fere omnia genicula occultantibus. Altitudo graminis vix pedalis. Culmi e vaginis inde asperi, valde caesii fere ut in P. compressa. Panicula vix biuncialis; ramis patentibus et varie flexuosis, pauperibus. Spiculae laxae fere ut in P. triviali. Ob hanc inflorescentiam valde diversam certe differt ab insequente.

116. POA *nemoralis:* glumis lanceolatis mucronatis imbricatis, spiculis oblongis subtrifloris, panicula subsecunda attenuata; ramis asperis subternis, culmo lævi, radice cæspitosa. *Linn. svec. n.* 85. *syst. ed.*

Roem. 2. p 545. n. 28. α-δ. *Mertens germ.* 1. p. 615. *Fl. Dan. t.* 749. *Knapp gram. brit. t.* 58.

β. glauca: asperior latior. *Mertens germ. p.* 619. P. glauca α *Wahlenb. lapp. n.* 66. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. p. 134. 1814 p. 104.

Hab. in nemoribus præcipue rupestribus totius Sveciæ usque ad radices alpium, ubi in β sæpe mutatur.

Caespites eximios constituit foliis angustis erectis culmisque copiosis saepe bipedalibus. Articuli culmorum nigricantes. Gramen totum quoque duriusculum. Glumarum apices rigidiores, magis mucronati quam in ulla alia.

33. GLYCERIA.

Rob. Brown prodr. 1. p. 179. *Mertens germ.* 1. p. 585.

Calyx inæquivalvis exserens spiculam teretiusculam multifloram. Corollæ valvula exterior dorso teretiuscula, apice obtusa, mutica; interior impresso-concava. — *Paniculae rami subracemosi; spiculis subsessilibus. Radix perennis.*

117. GLYCERIA *aquatica:* panicula ramosissima diffusa, spiculis linearibus sexfloris, foliis lineari-lanceolatis basi maculatis. *Wahlb. gothob. p.* 18. *Hisinger verml. p.* 11.

Poa aquatica *Linn. svec. n* 78. *syst. ed. Roem.* 2. p. 559. *it. vestgoth. p.* 44. 46. 48 160. *scan. p.* 180. 246. 333. 398. *gothl. p.* 521. *Vet. Ac. Handl.* 1741. p. 185. *Fries halland. p.* 25 *Sv. Bot. t.* 50. *Flor. Dan. t.* 920. *Aspegren bleking. p.* 8. *Videgren österg. p.* 27.

Hab in ripis fluviorum præcipue ad lacum Venern tum Vestergothiæ cum Vermlandiæ et Daliæ frequenter, unde descendit ad mare et provenit ad oras Hallandiæ rarius, Scaniæ copiosius et Blekingiæ passim. In Smolandia ad Huseby parcius observata; etiam ad Söderköping Ostergothiæ, Vestmanniæ ad Alquttersbruk.

Gramen ex maximis nostrorum habitus arundinacei, ideoque Vestrogothis *Kassevja* vel potius *Kasse-hvina* (i. e. *Vass-hven*); alias Svecis *Jättegrö*; Scanis ob folia ensiformia *Flåjegrås* (Danis *Flåb*). Culmus quinquepedalis et

ultra. Folia semiunciam lata, laete viridia. Panicula saepe pedalis, copiosissima; ramis spithamalibus. Spiculae tamen vix plus quam tres lineas longae.

118. GLYCERIA *fluitans:* panicula secunda divaricata, spiculis suboctofloris: flosculis septemnervibus, foliis linearibus, radice repente. *Roem. syst.* 2. *p.* 695.
Festuca fluitans *Linn. svec. n.* 95. *Flor. Dan t.* 237. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 33.
Poa fluitans *Sv. Bot. t.* 102.
β. adscendens: *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 24. *Vet. Ac. Handl.* 1769. *p.* 245 (nec F. elongata Ehrh).
Hab. in aquis totius Sveciæ usque ad Dalecarliam superiorem et Angermanniam frequenter; *β* Scaniæ locis siccioribus ex. gr. in Stenbyhällar paroeciæ Benestad (*Fries*).

Folia primum supra aquam fluitantia mollissima, dein sese erigentia saepe tres lineas lata. Culmi oblique adscendentes, compressiusculi, interdum tripedales. Panicula inferne simpliciter ramosa: spiculis saepe ultra novem lineas longis, post foenisecium florentibus. Semina svecice *Mannagryn*, unde gramen *Manna-svingel*, rusticis *Svin-svingel*, item *Gåsgräs*.

119. GLYCERIA *distans:* panicula æquali divaricata: pedunculis maturescentibus rigide deflexis, spiculis subquadrifloris læviusculis, glumis obtusissimis, radice fibrosa. *Wahlenb. ups. n.* 70. *Mertens germ.* 1. *p.* 588.
Poa distans *Linn. mant. p.* 32. *syst. ed. Roem.* 2. *p.* 544. *Engl. Bot. t.* 986. *Knapp. gram. t.* 47.
Poa salina *Ehrh. gram n* 13. *beitr.* 6. *p* 81.
* pedunculis capillaribus. G. capillaris *Wahlb. gothob. p.* 17.
β. arenaria: pedunculis maturescentibus erectiusculis, foliis strictioribus. *Retz. fl. scand. supl.* 1. *p.* 4. *prodr. scand. ed.* 2. *p.* 23. *Fl. Dan. t.* 251. *Wahlenb. lapp. n.* 60. (P. maritima). *Aspegren bleking. p.* 9.
Festuca capillaris *Liljebl. sv. fl. ed.* 2. 48.! (form. minima).
Hab. locis subhumidis calcatis per regiones campestres præcipue littorales a Scania ad Gestriciam, etiam prope Ofvansjö passim; *β* in arena et glarea litto-

rali maris orientalis australioriori infra Gothlandiam et Sudermanniam, sed maris occidentalis usque ad Nordlandiam Norvegiæ.

Forma a mari longius distans instruitur floribus minoribus, sed pedunculis libenter reflexis, foliis laxioribus; in litore limoso (ex. gr. in Ottenby schäfferi äng Oelandiae, ubi G. capillaris Wahlb. nec Liljebl.) spiculae tantum majores fiunt, verum in arenoso duro folia stricta et rigida pedunculique etiam magis erecti.

120. GLYCERIA *maritima:* panicula æquali erecta: pedunculis maturescentibus adpressis, spiculis subsexfloris lævibus, glumis obtusiusculis, culmo inferne radicante. *Wahlb. gothob. p.* 17. *Mertens germ.* 1. *p.* 588. *Aspegren bleking. p.* 9.
Poa maritima *Huds. angl. p.* 42. *Fl. Dan. t.* 1626. *Fries halland. p.* 25.
Hab. in litoribus marinis extimis vento maxime expositis rarius: ut Blekingiæ in Torhamns udde, Hallandiæ extra Halmstad, Bahusiæ in Domsö, Styrsö alibique.

Ut in aliis graminibus maritimis culmi stolonumque genicula inferiora intumescunt et radiculas agunt; folia vero eo angustiora et rigidiora fiunt. Culmus vix pedem altus. Panicula pauper; ramis tantum binatis, vix unquam patentibus. Spiculae duplo majores quam in P. distante vulgari, circiter quatuor lineas longae, plerumque coloratiores.

34. FESTUCA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 119. *Hoffm. germ.* 2. *t.* 8. *Mertens germ.* 1. *p.* 635.

Calyx inæquivalvis exserens spiculam multifloram oblongatam. Flosculi demum dissitiusculi, teretiusculi. Corollæ valvula exterior sub apicem carinata attenuata in aristam n. 121-123; rarius tantum acutiuscula parum setigera n. 124-126. — *Panicula elongata; ramis superne compressis. Folia subsetacea in prima serie, in secunda latiora. Radix perennis.*

121. FESTUCA *ovina:* foliis omnibus subsetaceis: ligula biaurita, culmo tetragono, panicula patente, spiculis sublinearibus aristatis. *Linn. svec. n.* 91. *lapp. n.* 55. *syst. ed. Roem.* 2. *p.* 714. *n.* 5. *α. it.*

gothl. p. 256. 284. *oel.* p. 92. *vestgoth.* p. 60. 62. 115 249. *scan.* p. 4. *Schrad. germ.* 1. p. 319. *Sv. Bot.* t. 78. *Wahlenb. lapp.* n. 68.
(F. duriuscula *Mertens germ.* 1. p. 649. male).
β. vivipara: lævior, magis mutica. *Linn. svec. ed.* 1. p. 94. etc.
γ. curvula: foliis glaucis crassioribus curvulis. *Mertens l. c.* p. 649.
δ. cæsia: foliis canaliculatis glaucis. F. cæsia *Smith fl. brit. comp.* 3 p. 17. *Engl. Bot.* 29. t. 1917. F. duriuscula *Fries nov.* p. 27.
Hab. in collibus, campis, pascuis siccis totius Sveciæ etiam alpinæ ubique; β in alpibus succosioribus passim; γ in Oelandiæ campo Alfvaren dicto copiose; δ etiam Oelandiæ et in aliis calcareis similibus ex. gr. Vestergothiæ in Kinnekulle, nec non in petris arenariis ad Cimbrishamn Scaniæ.

Gramen primarium fere totum etiam culmis subsetaceum vix pedale. Paniculae rami vix unciales. Spiculae sesquitertiam lineam longae; glumis subulatis sesquilineam longis (exceptis aristis dimidium brevioribus). — β plerumque muticum ut alia gramina alpina vivipara. — γ tantum differt foliis, sed δ non solum folia latiora verum etiam spiculae paullo majores, adeo ut diversam speciem forsan non immerito constitueret. — Nostris dicitur haec species *Fårgräs* vel *Fårsvingel*, unde nomen Linnæanum.

122. FESTUCA *glauca:* foliis omnibus filiformibus culmisque angulatis rigidis glaucescentibus, ligula biaurita, panicula patente, spiculis aristatis lanceolatis. *Schrad. germ.* 1. p. 322. *Mertens germ.* 1. p. 649. *Fries nov.* p. 5. *halland.* p. 28. *Aspegren bleking.* p. 9. *Wahlenb. ups.* n. 75. *Flor. Dan.* t. 1628. — F. pallens *Host. gram.* 2. t. 88.
Hab. in petris calcareis ex. gr. montis Kinnekulle Vestergothiæ optime; alias in scopulis maritimis passim ut Blekingiæ ad Torhamn, Scaniæ in Kullen, Hallandiæ extra Varberg; ut etiam in muris calcareis raro usque ad Upsala.

Radix magis caespitosa quam in sequente, cujus magnitudinis est totum gramen. Culmus saepius bipedalis, crassitie

fili validioris. Spiculae quatuor lineas, fere longae; glumis sesquitertiae lineae longitudinis (exceptis aristis).

123. FESTUCA *rubra:* foliis radicalibus filiformibus; culmeis planis, ligula biaurita, panicula patente, spiculis lanceolatis: arista flosculis duplo brevioribus, radice repente. *Linn. svec. n.* 92. *syst. ed. Roem.* 2. *p.* 724. *Mertens germ.* 1 *p.* 653. *Leers herb. t.* 8 *f.* 1. *Wahlenb. lapp. n.* 69. *Retz. oec. p.* 258.

β. arenaria: foliis culmeis convolutis, spiculis villosis. *Wahlenb. l. c. Fries halland.*

γ. glaucescens: foliis omnibus planioribus, glumis submuticis.

Hab in marginibus agrorum, pascuis siccioribus per omnem Sveciam præter alpes ubique frequenter; γ in calcareis montis Osmundsberg Dalekarliæ.

Radix stolonibus magis repit quam in praecedentibus. Gramen totum magis quoque rubet, quare svecice *Röd-svingel*, saepe bipedale et ultra. Spiculae interdum lineas quinque longae; glumis fere ut in praecedente. Post solstitium floret.

124. FESTUCA *elatior:* foliis linearibus, panicula secunda patente ramosa, spiculis linearibus multifloris muticis, radice fibrosa. *Linn. svec. n.* 94. *it. vestgoth. p* 39. *Retz. oec. p.* 258 *Sv. Bot. t.* 54. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 40. *Bieberst. cauc.* 3. *p.* 75.

F. pratensis *Smith brit.* 1. *p.* 123. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1323.

Schedonorus pratensis *Roem. syst.* 2. *p.* 698.

Hab. in pratis humosis et ad margines agrorum totius Sveciæ, Lapponia tantum excepta, ubique frequenter.

Folia omnia fere duas lineas lata. Culmi plerumque tripedales. Spiculae circiter septemflorae, fere dimidiam unciam longae; flosculis singulis sesquitertiam lineam longis; valvula exteriore simplici, sed nervis tribus fere ad oram excurrentibus. — Variat tamen humile et simplex.

125. FESTUCA *littorea:* foliis lineari-lanceolatis, panicula subdiffusa ramosissima, spiculis ovato-lan-

ceolatis multifloris asperis, glumis attenuatis apice scariosis laciniatis subaristatisque, radice repente. *Nov. Act. Ups. VIII* p. 211. *et* 235.

F. arundinacea *Schreb. spicil.* p. *Mertens germ.* 1. p. 665.

F. elatior *Smith brit.* 1. p. 124. *Engl. Bot.* 23. t. 1593. *Fries hall.* p. 29. *Aspegren bleking.* p. 10.

Bromus littoreus *Retz. prodr. scand. ed.* 2. p. 25. *oec.* p. 128.

Schedonorus elatior *Roem. syst.* 2. p 699.

Hab. in littoribus glareosis lapidosisque extimis maris Balthici a Gevalia usque ad fretum danicum, præcipue copiose in Oelandiæ utroque angulo, Gothlandiæ, Blekingiæ; sed ad oram occidentalem regni non nisi rarius per Hallandiam proximam.

Gramen a praecedente vix diversum nisi magnitudine a solo marino forsan orta. Culmus quadripedalis et ultra, pennam anserinam crassus. Folia interdum quatuor lineas lata. Panicula pedalis, ramis saepe spithamalibus. Spiculae plerumque fuscescentes, vix plusquam semiunciam longae, sed flosculi singuli quatuor lineas emetientes.

126. FESTUCA *donacina:* foliis lineari-lanceolatis, panicula effusa, spiculis lanceolatis lævibus subquadrifloris; glumis basi ciliatis apice scariosis trimucronatis, radice repente.

F. arundinacea *Liljeblad sv. fl* 2. p. 47. *Sv. Bot.* t. 570. *Videgren österg.* p 27.

F. borealis *Mertens germ.* 1. p. 664.

Arundo festucacea *Willden. en. hort. ber.* p. 126.

Donax festucaceus *Roem. syst.* 2. p. 602.

Hab. in ostiis limosis fluviorum ad lacum Roxen Ostergothiæ campestris passim ex. gr. ad Norsholm et Näsby; dein ad fluvios exinde tendentes usque ad Norrköping prope Himmelstadslund, Johannisborg etc.

F. elatiori quoque tam affinis, ut certe in Flora Svecica eam huic postponi longe magis conveniat quam Arundinibus nostris alienis misceri. Radix longa descendens. Gramen ceterum omnino Arundinaceae magnitudinis saltem quinquepedale. Folia vix quatuor lineas lata. Panicula tota lon-

gitudine fere praecedentis, sed rami singuli breviores vix digitales. Spiculae quoque breviores circiter quatuor lineas longae; flosculo infimo sesquiquartam lineam longo; reliquis cito brevioribus. Pili internodio brevi rachidis non longiores, fere ut in genere sequente cui non dissimilis. Pauperies fructificationis forsan a luxuria radicis provenit.

35. TRIODIA.

R. Brown prodr. 1. p. 182. Beauv. agr. t. 15. f. 9. Trinii agr. n. 98.

Calycis valvula exterior major, flosculis spiculæ multifloræ plerumque longior. Corolla coriacea basi pilosiuscula: valvula exteriore apice tridentata. — *Inflorescentia subracemosa.*

127. TRIODIA *decumbens*: culmo compresso, vaginis ciliatis, panicula contracta pauciflora, spiculis subovatis mucrone calycis extimo brevioribus. *Roem. syst.* 2. p. 597. *Wahlenb. ups. n.* 76.
Festuca decumbens *Linn. svec. n.* 95. *it. scan. p.* 226. 356. *Flor. Dan. t.* 162.
Poa decumbens *Engl. Bot.* 11. *t.* 792.
Hab in pascuis siccis sterilibus calcatis Sveciæ meridionalioris usque ad Vermlandiam Vestmanniamque ferrimontanam, Dalecarliam prope Bjursås et Uplandiam passim.

Radix perennis, caespitosa. Gramen fere totum decumbens: foliis angustis et brevibus, culmis plerumque pedalibus. Panicula vix plus quam sex spiculis praedita. Calycina valvula exterior lineas quatuor longa (major quam in ceteris graminibus paniculatis); flosculis interioribus plerumque dimidio minoribus, sed interdum conformatione submonstrosa majoribus.

36. BROMUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 120. Hoffm. germ. 1. t. 11.

Calyx subæquivalvis exserens spiculam multifloram sublinearem. Flosculi tereti-ovales demum dissitiusculi. Corollæ valvula exterior emarginata, extra apicem arista coriacea: interior ciliato-pectinata (*in spec. annuis*) vel pubescenter ciliata (*in spec. perennibus*)

Spiculae majores quam in praecedentibus. Paniculae rami sursum aequales. Divisiones 1) *annui* a) *spiculis deorsum crassioribus n.* 128-131. b) *sursum latioribus n.* 132. 133. 2) *perennes n.* 134-136.

128. BROMUS *secalinus:* annuus, vaginis glabriusculis, panicula demum nutante, spiculis ovatis tumidis nitidisque, aristis flexuosis gluma brevioribus. *Linn. svec. n.* 96. *lapp. n.* 28. *syst. ed. Roem.* 2. *p.* 633. *it. scan. p.* 210. 219. 422. *gothl. p.* 237. *Sv. Bot. t.* 204. *Flor. Dan. t.* 293. mut.

β. pratensis: foliis pilosis, spiculis angustioribus, aristis longitudine glumarum.
B. pratensis (*Fl. Dan. t.* 1446?) *Ehrh. gram. n.* 116.
B. racemosus *Mertens germ.* 1. *p.* 681.
B. elongatus *Gaud. agr.* 1. *p.* 305. *Hegetsch. helv.* 1. *p.* 74.
B. commutatus *Fries nov. p.* 44. *halland. p.* 29. *Wahlb. gothob. p.* 19.

Hab. in agris inter Secale ubique; *β* in pratis humidis versus oceanum Scaniæ, Hallandiæ meridionalis et Gothoburgi.

Gramen laete virens, strictum, saepe tripedale. Vaginae raris pilis conspersae ut folia ultra duas lineas lata. Panicula vix plus quam digitum longa. Spiculae semper laete virides, nitidae, obesiores, quare prae ceteris notum Rusticis nomine *Låsta* (*Råglåsta*), *Lóxa*, *Lyxa*; rarius *Fáxe*, *Kaxe*, *Gasse* etc.

129. BROMUS *mollis:* annuus, vaginis culmisque pubescentibus, panicula subcontracta erectiuscula, spiculis tumidulis pubescentibus, aristis rectis glumam æquantibus. *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 112. *syst. ed. Roem.* 2. *p.* 636. *Mertens germ.* 1. *p.* 681. *Sv. Bot. t.* 456. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1324. *Wahlenb. ups. n.* 79. B. secalinus *β Linn. svec.*

β. pumilus; spiculis glabrescentibus. *Mertens l. c.*
B. racemosus *Wahlb. gothob. p.* 19.

Hab. in aggeribus et elevatis agrorum marginibus per regiones magis campestres usque ad Uplandiam et

Dalecarliam frequenter; β in petris siccissimis præcipue Vestrogothiæ parcius.

Pubescentia molli insignis, humilior, plerumque sesquipedalis. Panicula circiter palmaris, lata, sed spiculis ob crassitiem pedicellorum nunquam pendulis. Aristae magis patentes. — β ad sequentem accedere videtur, sed pedunculi semper molliter pubescentes (nec hispiduli); ceterum status pygmaeus tantum esse videtur, nullum transitum in sequentem constituens.

130. BROMUS *hordeaceus:* annuus, vaginis pubescentibus, culmo glaberrimo, panicula contracta erecta, spiculis tumidulis glaberrimis asperulis, aristis rectis glumam æquantibus. *Linn. spec. pl. ed.* 1. *p.* 77. *svec. ed* 1. *n.* 87. *Wahlenb. ups. n.* 78.

B. simplex *Gaudin. agrost. helv.* 1. *p.* 296. *Hegetschweiler fl. helv.* 1. *p.* 74.

B. racemosus *Decand. fl. fr. suppl. p.* 275. *Engl. Bot.* 15. *t.* 1079. *Fries nov. p.* 45.

Hab. in aggeribus et collibus siccissimis regionum maritimarum et lacustrium ab Upsalia ad Scaniam passim; sed frequentius in petris formationum juniorum Oelandiæ, Scaniæ etc.

A praecedente differt non tantum glabritie, verum etiam rigiditate totius graminis maturioris et panicula contracta subspicata: ramis spicula nunquam longioribus (quare nomen Linnæi antiquum aptissimum putamus). Culmi glaberrimi nitidi usque ad inflorescentiam. Panicula asperitie sursum spectante (nec pubescentia hinc inde recurva ut in praecedentis var. β). Praecocius floret ceteris omnibus initio Junii. — Septentrioni nostro et Helvetiæ altiori magis propria species videtur.

131. BROMUS *arvensis:* annuus, vaginis tomentosis, panicula diffusa, spiculis sublanceolatis glabris discoloribus, aristis rectis gluma longioribus. *Linn. svec. n.* 97. *lapp. n.* 27. *syst. ed. Roem.* 2. *p.* 646. *Fl. Dan. t.* 295. var. *Engl. Bot.* 28. *t.* 1984. *Wahlenb. ups. n.* 80.

Hab. in arvis et agris præcipue arenosis Sveciæ frequenter: tamen exceptis provinciis occidentalibus Hallandiæ, Bahusiæ, Smolandiæ adjacentis.

Gramen totum obscurius vel saturatius coloratum quam praecedentia. Culmus plerumque bipedalis, superne laxus. Panicula magis lata: ramis interdum palmam longis pendentibus; spiculis angustióribus vix duas lineas latis, numero flosculorum valde variis, sed latere superiore semper fusco-violaceis.

132. BROMUS *tectorum:* annuus, foliis pubescentibus, panicula nutante: ramulis hirtellis, spiculis compressis: flosculis demum remotiusculis subsubulatis ciliatis, aristis rectis glumam æquantibus. *Linn. svec. n.* 98. *syst. ed. Roem.* 2. *p.* 648. *Hoffm. germ.* 1. *p.* 56. *t.* 11. *f.* 2. *Wahlenb. ups. n* 82.

Hab. in tectis, muris, arvis ad urbes pagosque provinciarum campestrium usque ad Upsaliam frequenter.

Culmi graciles circiter pedales. Panicula tantum palmaris: ramis biuncialibus. Spiculae gracillimae, cum aristis paullo ultra unciam longae.

133. BROMUS *sterilis:* annuus, foliis pubescentibus, panicula patula: ramis subsimplicibus elongatis scabris, spiculis compressis: flosculis demum remotiusculis longe subulatis glabris. aristis rectis gluma longioribus. *Linn. syst. ed. Roem.* 2. *p.* 647. *Retz. obs.* 1 *p.* 11. *diss. obs. bot. p.* 9. *fl. oec. p.* 131. *Sv. Bot. t.* 467. *Fl. Dan. t.* 1325. *Fries halland. p.* 29. (*Videgren österg. p.* 27).

Hab. in vallis et aggeribus sterilissimis urbium Scaniæ occidentalis ex. gr. Lund et Helsingborg parcius, Hallandiæ rarius; (nec nisi adventitius Smolandiæ ad Femsjö, Ostgothiæ ad Linköping et Uttala in Oppeby).

Culmus et folia fere praecedentis, sed paniculae rami infimi extensi fere ad spithamalem longitudinem, et spiculae cum aristis biunciales. Glumae singulae sine arista novem lineas longae.

134. BROMUS *asper:* vaginis foliisque hirtis, panicula nutante, spiculis lineari-lanceolatis compressis asperis: flosculis demum remotiusculis attenuatis, aristis rectis gluma brevioribus. *Linn. suppl. p.* 111. *syst. ed. Roem.* 2. *p.* 643. *Sv. Bot. t.* 461. *Flor. Dan. t.*

1382. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1805. *p.* 116 *Ahlquist ibid.* 1821. *p.* 297. *Retz. oec. p.* 127.

β, panicula suberecta *Roem. l. c. Wahlenb. l. c.* B. erectus *Sv. Bot. t.* 473. ob folia lata etc.

Hab. in pascuis siccis sylvaticis regionum transitionis rarius, ut Gothlandiæ ad Thorsborg et Hultugns in Bunge, Oelandiæ ad Borgholm, Ostrogothiæ in Omberg loco abrupto Mull-Skräerne dicto, Scaniæ paucis locis.

Radix perennis ut in sequentibus. Culmi saepe quinquepedales, pilis reflexis asperi fere per totam longitudinem suam. Folia etiam hirta, tres lineas lata. Paniculae rami infimi saepe spithamam longi, omnino penduli. Spiculae semper multiflorae ultra unciam longae. Glumae sine aristis semiunciam longae, aristis suis fere duplo longiores, eximie asperae. — β habet folia angustiora et paniculam fere erectam sequentis, sed glumae asperae et cetera ut in Br. aspero ipso.

135. BROMUS *erectus:* foliis fasciculorum angustissimis, panicula erecta angustata, spiculis lineari-lanceolatis compressis: flosculis imbricatis attenuatis, aristis rectis gluma brevioribus. *Smith brit.* 1. *p.* 131, *Engl. Bot.* 7. *t* 471. *Fl. Dan. t.* 1383. *Roem. syst.* 2. *p.* 637. *Fries nov. p.* 45.

Hab. in marginibus agrorum arenosis prope mare Scaniæ orientalis ad Rörum infra Stenshúfvud rarius.

Quasi status praecedentis maxime angustatus. Culmus bipedalis. Folia culmea vix linea latiora, plerumque subconvoluta saltem in exsiccato statu, glabra ut vaginae. Panicula spithamam longa; ramis inferioribus vix biuncialibus. Glumae omnino glabrae et laeves.

136. BROMUS *giganteus:* vaginis glabris, panicula secunda nutante, spiculis subquadrifloris lanceolatis lævibus, aristis flexuosis spicula longioribus. *Linn. svec. n.* 99. *syst. ed. Roem.* 2. *p.* 644. *it. scan. p.* 394. *Fl. Dan. t.* 1650. *et* 440. *Wahlenb. ups. n.* 81. *Wahlb. gothob. p.* 19. *Bjerkand. Vet. Ac. Handl.* 1776. *p.* 80. *Ahlquist ib.* 1821. *p.* 302. *Videgren österg. p.* 27. *Fischerstr. mål. p.* 290.

Festuca gigantea *Sv. Bot. t.* 120. *Mertens germ.* 1. *p.* 671.

Hab. in collibus nemorosis provinciarum littoralium a Scania frondoso-sylvestri ad Roslagiam et Bahusiam passim copiose; de cetero vix nisi in regionibus maxime campestribus præcipue formationis transitionis Vestergothiæ in Kinnekulle supra stratum lapidis suilli, Ostergothiæ in Omberg et in Oppeby, Oelandiæ.

Inter maximas hujus generis, interdum quinquepedalis, eximie gracilis. Folia plerumque quatuor lineas lata. Panicula saepe pedalis, sed rami infimi vix plus quam digitales. Spiculae sine aristis tantum quinque lineas longae, sed aristae suis glumis duplo longiores.

37. BRACHYPODIUM.

Beauv. agr. t. 19. *f.* 3. *Mertens germ.* 1. *p.* 691.

Calyx inæquivalvis exserens spiculam multifloram teretiusculam. Corollæ valvula exterior acuminata in aristam coriaceam; interior truncata, ciliato-pectinata. *Inflorescentia subspicata; pedicellis brevibus solitariis.*

157. BRACHYPODIUM *pinnatum:* spica erecta, aristis glumas obtusiusculas subæquantibus, radice subrepente. *Roem. syst.* 2. *p.* 736. *n.* 1. *α. β.*
Bromus pinnatus *Linn. svec. n.* 100. *it. vestgoth. p.* 76. *gothl. p.* 180. 255. *Hoffm. germ.* 1. *p.* 56. *t.* 11. *f.* 4.
β. gracile: aristis gluma acuminata longioribus, radice cæspitosa. *Linn. spec. ed.* 2. *p.* 115. *Fl. Dan. t.* 164. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1805. *p.* 116.
Bromus gracilis. *Willd. spec.* 1. *p.* 458. *Ahlquist runst. p.* 8.
Brach. sylvaticum *Mertens germ.* 1. *p.* 691.

Hab. in pratis et pascuis duris macris Sveciæ temperatioris præcipue orientalis usque ad Vermlandiam ferrimontanam ex. gr. Persberg et Uplandiam passim; sed provincias occidentales maritimas Bahusiæ et Hallandiæ cum insequente evitare videtur.
β in fagetis et quercetis provinciarum meridionalium ut Gothlandiæ, Oelandiæ, Scaniæ passim; Ostrogothiæ rarius ad Omberg.

Radix ambarum perennis caespitosa; sed in α culmi supra radicem dividuntur et passim radiculas agunt. Culmus α circiter bipedalis, β tripedalis. Spica ambarum circiter palmaris; spiculis utplurimum novem pedicello vix semi-lineari impositis, sub florescentia ad foenisecium in α magis patentibus.

38. AVENA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 122. Hoffm. germ. 1. t. 12.

Calyx subæquivalvis continens flosculos subternos pluresve squarrosos. Corollæ basi pilosæ valvula exterior lanceolata apice fissa; dorso exserente aristam geniculatam tortilem validam. Germen superne barbatum (nisi in tenuissimis n. 139. 143. calvescens.) — *Panicula diffusa in primis speciebus, dein angustata. Folia plana saepius pubescentia. Radix annua in prima specie, perennis in reliquis.*

138. AVENA *fatua:* annua, panicula æquali diffusa; calycibus flosculos subternos pilosissimos excedentibus. *Linn. svec. n.* 101. *lapp. n.* 30. *syst. ed. Roem.* 2. *p.* 669. *it. scan. p.* 237. 244. *vestgoth. p.* 93. *oel. p.* 133. *Sv. Bot. t.* 144. *Flor. Dan. t.* 1629.

Hab. inter segetes vernales fere totius Sveciæ præsertim orientalis et mediæ nimium.

Folia saltem radicalia primaria ciliata. Culmus interdum tripedalis. Panicula magna ramis spithamalibus. Calyces demum ultra unciam longi; flosculis ipso brevioribus. Semen barba rigidula flavo-nitente et arista maxima plusquam bipollicari, svecice *Flyghafra* vel *Landthafra*, fatale.

139. AVENA *flavescens:* panicula densa: ramulis multifloris laxis, calycis gluma altera flosculos subternos æquante, foliis pubescentibus, radice subrepente. *Linn. svec. n.* 103. *Fl. Dan. t.* 1507. *Engl. Bot.* 14. *t.* 952. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 212. *Retz. oec. p.* 95.

Trisetum flavescens *Roem. syst.* 2. *p.* 663.

Hab. in pascuis apricis maritimis Gothlandiæ in Snäckegärde ad Wisby, Scaniæ ex. gr. Esperöd rarius; sed in aliis provinciis littoralibus ex. gr. ad Vestervik et maxime campestribus ut ad Falköping Vestergothiæ magis adventitia esse videtur.

Est varietas minor (Schrad. fl. germ. p. 377.) culmis plerumque sesquipedalibus magis gracilibus quam in ceteris nostris. Folia vix sesquilineam lata. Panicula eximie flavescenter splendens, vix spithamalis. Spiculae tantum sesquitertiam lineam longae.

140. AVENA *pubescens*; panicula æquali angustata, spiculis subtrifloris calyce longioribus, foliis pubescentibus, radice subrepente. *Linn. spec. pl. ed.* 2. *append.* p. 1665. *lapp. n.* 31. *Flor Dan.* 7. *t.* 1205. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814 *p* 96.

A. pratensis β *Linn. l. c. p.* 119. *Sv. Bot. t.* 263. Trisetum pubescens *Roem. syst.* 2. *p.* 662.

Hab. in pratis siccioribus omnium provinciarum etiam Jemtlandiæ ubique, Lapponiæ rarius.

Folia etiam stolonum omnia plana plerumque lineas duas lata, obtusa, utrinque molliter pubescentia. Culmi circiter sesquipedales. Panicula erecta; ramis saepius uncialis longitudinis. Calyces semiunciam longi, flosculis non multo breviores, circa solstitium florentes.

141. AVENA *pratensis*: panicula racemosa, spiculis subquinquefloris calyce duplo longioribus, foliis fasciculorum glabris complicatis angustissimis. *Linn. svec. n.* 104. *syst. ed. Roem.* 2. *p.* 675. *it. oel p.* 60. *Flor. Dan. t.* 1083. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 55.

Hab. in collibus, juniperetis, inter agros etc. provinciarum plurimarum usque ad Skulskogen Angermanniæ et Dalecarliam superiorem prope Leksand passim.

Folia praecipue stolonum subfiliformia, rigidula et penetrantia, glaberrima. Culmi circiter bipedales, etiam rigidiores. Spiculae pleraeque subsessiles et tantum infimae pedicellis longitudine fere calycis innixae, plerumque lineas octo longae, circa solstitium florentes.

142. AVENA *elatior*: panicula æquali angustata, calycibus subtrifloris subæquantibus flosculum aristatum masculum alterumque submuticum fertilem, radice subnodosa. *Linn. svec. n.* 102. *it. scan. p.* 251. *Sv. Bot. t.* 48. *Flor. Dan. t.* 165. *Aspegren bleking p.* 7. Arrhenatherum avenaceum *Roem. syst.* 2. *p.* 496.

Hab. in campis præcipue littoralibus regionum maritimarum Gothlandiæ, Oelandiæ, Blekingiæ, Scaniæ, Hallandiæ, Bahusiæ frequenter, sed per prata regionum interiorum magis adventitia videtur.

Ob radicem plerumque nodosam saepius svecice *Knylhafra*, alias ut gramen insigne avenaceum etiam *Hafregrås*. Culmi non raro quadripedales; panicula spithamaea. Flores vero minores quam in prioribus sesquiquartam lineam longi (excepta arista), magis herbaceae consistentiae.

143. AVENA *subspicata:* panicula spicæformi cylindrica densiflora, pedicellis rachideque pubescentibus, calyce æquivalvi flosculis subternis breviore. *Link enum. hort berol.* 1. *p.* 22

A. airoides *Mertens germ.* 1. *p.* 566.

Aira subspicata *Linn. svec. n.* 69. *Fl. Dan. t.* 228. *Wahlenb. lapp. n.* 53. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 103.

Trisetum airoides *Roem. syst.* 2. *p.* 666.

Hab. in campis elatis et rupibus alpium summarum Lapponicarum frequenter et Jemtlandicarum passim.

Gramen totum pubescit, vix sesquialteram spithamam altum. Folia circiter lineam lata. Spica vix uncia longior, pedicellis nullis ultra tres lineas longis. Spiculae fuscescentes, duas lineas longae. Aristae valde tortuosae, interdum etiam recurvae, quales in Airis nunquam.

39. DACTYLIS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 117. *Hoffm. germ.* 2. *t.* 6. *Bieberst. cauc.* 1. *p.* 67.

Calyx bivalvis: valvulæ plerumque obliquæ, altero latere latiores. Spicula multiflora, calycem excedens, imbricata, compressa, altero latere planior. Corollæ valvula exterior herbaceo-carinata, mucronata. Semen triquetrum. — *Paniculae rami digitatim divisi, demum brevissimi. Radix perennis, caespitosa.*

144. DACTYLIS *glomerata:* panicula secunda glomerata; pedunculis solitariis, foliis carinatis. *Linn. svec. n.* 87. *syst. ed. Roem* 2. *p.* 625. *Sv. Bot t.* 32. *Flor. Dan. t.* 743. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 35. *Hagström jemtl. p.* 43.

β glauca. *Fries nov. p.* 5.

Hab. in pratis elevatioribus ad pagos et agros fere omnium provinciarum etiam montosarum usque ad Skulskogen Angermanniæ, Jemtlandiam et Fahlun Dalecarliæ frequenter.

Gramen magnum latumque: culmo plus quam bipedali; foliis fere quatuor lineas latis, asperis; panicula fere triangulari divergente, interdum palmam lata. Spiculae ciliatae, post solstitium florentes.

145. DACTYLIS *cristata:* panicula spicæformi cylindrica, spiculis subtrifloris nitidis; glumis acutis, foliis subpubescentibus. *Bieberst. cauc.* P. 1. *p.* 67. P. 3. *p.* 70.
Aira cristata *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 94. *Trinii agrost. p.* 143.
Poa cristata *Retz. oec. p.* 528.
Koeleria cristata *Roem. syst.* 2. *p.* 619.

β. glauca: foliis glaucis aspero-puberulis subconvolutis, spica angustiore, glumis obtusiusculis. K. glauca *Roem. syst.* 2. *p.* 621. — K. intermedia *Ahlquist runst. p.* 7. *Vet. Ac. Handl.* 1821. *p.* 300. *Fries nov. p.* 26. *halland. p.* 24. *Flor. Dan. t.* 1566. *Aspegren bleking. p.* 9.
K. cristata ? *Mertens germ.* 1. *p.* 581.

Hab. *β* in arena mobili Scaniæ inter Fjelkinge et Stenshufvud frequentissime, ad Ystad parcius, versus Helsingborg et Engelholm rarius, Hallandiæ ad Laholm parce, Oelandiæ exterioris infra Runsten minus frequenter, unde etiam in oras Sveciæ mediæ maxime orientales pervenisse et ibi ex. gr. Sudermanniæ optime in *α* abire videtur.

Radix valde caespitosa; caudicibus crassis, eximie squamosis. Folia pleraque radicalia, digito minore breviora, in *α* explanata, pubescentia, in *β* plerumque subconvoluta, glauca et nonnisi marginibus nervisque tenuissime puberulis. Culmus in *α* saepe sesquipedalis, in *β* vix pedalis, superne semper pubescens, strictus. Spica digitum minorem vix crassa longaque. Spiculae sesquitertiam lineam longae, et iis vix longiores sunt pedicelli vel ramuli spicae. — In hac specie inflorescentia digitata vel dactyloidea (unde Dactylis)

omnino ut in prima, et valvularum dorsum apexque conveniens, sed latitudo utriusque lateris fere aequalis magis Poae, quod in genus quasi reflectitur.

40. SESLERIA.

Syst. veg. ed. Roem. 2. p. 55.

Involucrum rachidis indivisum simplex colligens in pedicellis brevibus calyces bivalves bi-trifloros mucronatos. Corolla obtusa, terminata mucronibus variis. Stigmata setacea extra corollæ apices exserta. — *Inflorescentia subspicata.*

146. SESLERIA *cærulea:* spica subovata, spiculis subtrifloris, gluma corollina exteriore trimucronata, foliis planis. *Roem. syst.* 2. *p.* 603. *Sv. Bot. t.* 210. *Flor. Dan.* 9. *t.* 1506. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 96. *Wahlenb. ups. n.* 88. (*Forsand. veg. scan. p.* 8). Cynosurus cæruleus *Linn. svec. n.* 89. *it. gothl. p.* 235 *oel. p.* 66. (*scan. p.* 68.) *am. ac.* 8. *p.* 94. *Flor. Dan. t.* 1506. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 218. *Samzel. neric. p.* 20.

Hab. in pratis et pascuis omnibus etiam sicccioribus formatione transitionis substratis per Gothlandiam et Oelandiam frequentissime, Ostergothiam rarius, Vestergothiam, Nericiam et Jemtlandiam frequenter; sed de cetero nonnisi in pratis humidis regionum magis campestrium et litoralium Sveciæ orientalis ut Sudermanniæ et Uplandiæ copiose, Medelpadiæ ad Sundsvall passim Desideratur omnino in provinciis occidentalibus et meridionalibus extra Smolandiam.

Radix perennis, constituens caespites saepe depressos rusticis *Ålfdansar*, unde gramen *Ålfåxing*. Folia stolonum angusta subrecurva; culmea superiora brevissima, sed vaginis longitudine dimidii culmi plerumque semipedalis. Spica caerulea piso duplo major, mense frondescentiae florens; stigmatibus exsertis fere ut in Caricibus.

41. CYNOSURUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 118. (excl. Sesl.) Hoffm. germ. 2. t. 7.

Involucrum rachidis pinnatum (quasi a spicula vacua fa-

-ctum) amplectens spiculam unam alteramve subsessilem. Calyx bivalvis, multiflorus. Corollæ valvula exterior lineari-lanceolata mucronata. — *Panicula spicata secunda.*

147. CYNOSURUS *cristatus*; spica lineari unilaterali, spiculis submuticis, foliis linearibus. *Linn. svec. n.* 88. *syst. ed. Roem.* 2. *p.* 517 *it. vestgoth. p.* 33. *Sv. Bot. t.* 66. *Flor. Dan. t.* 238. *Samsel. neric. p.* 20. *Kalm. bohusl. p.* 63.

Hab. in pratis fertilioribus declivibus provinciarum meridionalium, præcipue littoralium usque ad Gothlandiam, Ostgothiam, Nericiam, Bahusiam frequenter, Uplandiam rarius.

Radix perennis. Culmi saepius sesquipedales, tenues sed stricti ut totum gramen. Spica crassitie pennae anserinae, insigniter pectinata (quare svecice *Kamm-Åxing*), viridis, ante foenisecium florens.

42. LOLIUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 126. *Hoffm. germ.* 2. *t.* 10.

Calyces laterales univalves (sed terminalis bivalvis): valvula a rachide aversa, fulcrans spiculam multifloram, margine rachidi accumbens. Corollæ valvula exterior lanceolata sub apice aristata vel mutica. — *Spica valde plana vel pennaeformis.*

148. LOLIUM *perenne*; spiculis muticis calyce longioribus, radice repente. *Linn. svec. n* 110. (*lapp. n.* 52?) *syst. ed. Roem.* 2. *p.* 747. *Sv. Bot. t* 71. *Fl. Dan. t.* 747

Hab. ad vias et agrorum margines præcipue provinciarum campestrium usque ad flumen Dalecarlicum vulgare, Vesterbottniæ rarius; (ceterum deest saltem in ferrimontanis regionibus ex. gr. Vermlandiæ, Vestmanniæ, Dalecarliæ, Smolandiæ occidentalis, ad Gefle etc).

Culmi saepe sesquipedales, subjuncei laevesque aeque ac folia (quare svecice *Ren-repe*). Spiculae plerumque novemflorae calyce duplo longiores, aestate florentes spicamque fere pollicem latam constituentes. Sed forma tenuior exstat, spiculis trifloris, caute distingvenda ab omni varietate sequentis.

149. LOLIUM *temulentum:* spiculis aristatis calycem subæquantibus, radice fibrosa. *Linn. svec. n.* 109. *syst. ed. Roem.* 2. *p.* 749. *it. scan. p.* 422. *Sv. Bot. t.* 192. *Flor. Dan. t.* 160. *Retz. oec. p.* 423.
β. submuticum tenuius. L. arvense *Sv. Bot. t.* 593. *Aspegren bleking. p.* 11. *Fries nov. p.* 109. *β.*
Hab. inter segetes vernales fere ubique, præter Norrlandiam; *β* in provinciis australioribus campestribus ab Ostrogothia ad Scaniam passim, præcipue inter Linum (ubi plures plantæ graciliores fiunt) Smolandiæ occidentalis frequenter.

Ob radicem annuam non tantum magis seminiferum, verum etiam aristatum; glumis magis usque ad apicem herbaceis (nec sursum scariosis), rachide dura aspera, culmoque rigidiore duriore solidiore. His notis *β* optime convenit cum *α.* — Svecice *Dår-repe* vel *Vill-pesa*, rarius *Låsme* et *Skåde.*

43. TRITICUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 130. *Hoffm. germ.* 2. *t.* 11. *Mertens germ.* 1. *p.* 695.

Calyx bivalvis solitarius spiculam multifloram latere plano rachidi obvertens. Corollæ valvula exterior lanceolata, apice aristata vel mutica; interior tenuiter ciliata. — *Spica teretiuscula. Radix nostris perennis.*

150. TRITICUM *repens:* glumis calycinis subquinquenervibus flosculisque muticis mucronatisve, foliis supra asperis, radice repente. *Linn. svec. n.* 114. *Fl. Dan. t.* 748. *Sv. Bot. t.* 38. *Wahlenb. lapp. n.* 76. Agropyrum repens *Roem. syst.* 2. *p.* 754. *Trinii agr. p.* 152.
β. floribus longius aristatis. T. caninum *Flor. Dan. t.* 1447. *lapp. n.* 75. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 110.
γ. foliis pungentibus. *Fries nov. p.* 83. *Aspegren bleking. p.* 11.
δ. intermedium: glumis obtusioribus. *Fries nov. p.* 84.
Hab. in quacunque fere terra totius Sveciæ usque ad alpes Lapponicas frequenter; *γ* in maritimis Scaniæ ex. gr. ad Kalthus, Blekingiæ; *δ* ad Falsterbo.

Radix valde repens svecice *Qvickrot*, *Hvitrot* vel *Röte*, etiam Nericiis *Ilrot*, gramen prae ceteris *Axing*. Culmus

utplurimum bipedalis, strictior. Spiculae valde variae; saltem in varietate aristata radicem minus expandente majores fere dimidiam unciam longae.

151. TRITICUM *caninum:* glumis calycinis trinervibus mucronatis, flosculis subquinis longius aristatis, foliis utrinque asperis, radice cæspitosa. *Linn. spec. pl. ed.* 1. *p.* 86. *Wahlenb. ups. n.* 93. *Knapp. gram. brit. t.* 112. *Wahlb. gothob. p.* 19.
Elymus caninus *Linn. svec. n.* 112. *am. ac. ed. Schr.* 8 *p.* 33. *Bjerkand. Vet. Ac. Handl.* 1776. *p.* 80.
Agropyrum caninum *Roem. syst.* 2. *p.* 756.
Hab. in lucis lætioribus provinciarum præcipue meridionalium et exteriorum passim usque in Bahusiam. Vestgothiam (præcipue in strato lapidis suilli montis Kinnekulle) et Uplandiam rarius.

Radix eximie caespitosa et fere nodosa. Gramen totum quam praecedentis gracilius, saepe tripedale; spica nutante et spiculis sursum spectantibus minoribus vix lineas quatuor longis. Aristae flexuosae glumis suis duplo longiores, brunneae.

152. TRITICUM *junceum:* glumis calycinis subnovemnervibus obtusis subemarginatis, flosculis subquinis (muticis), radice repente, foliis convoluto-mucronatis. *Linn. spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 480. *Sv. Bot. t.* 269. *Flor. Dan. t.* 916 *Lidbeck Vet. Ac. Handl.* 1795. *p.* 197. *Fries nov. p.* 46. *halland. p.* 51. *Wahlb. gothob. p.* 20. *Bieberst. cauc.* 3. *p.* 96. 646.
Agropyrum junceum *Roem. syst,* 2. *p.* 750.
β. rigidum: glumis calycinis subseptemnervibus, rachide scabra, radice subrepente, foliis planiusculis. *Roth. n. beitr.* 1. *p.* 135.
T. rigidum *Schrad. germ.* 1. *p.* 392. *Fries nov. p.* 43. 104. *Roem. syst.* 2 *p.* 752. (Agropyrum).
Hab. in arena mobili littorali ad Scaniam meridionaliorem fere ubique, Hallandiam prope Eldsberg, Bahusiam in insula Vrångö; *β* in dumetis arenosis Scaniæ inter Cimbrishamn et Wik, nec non ad Calmar.

Radix omnium maxime repens, straminei coloris. Caudices ad basin subviolacei. Gramen reliquum dilute glauce-

scens, junceum. Folia convoluta filo parum crassiora. Culmi humiles, vix pedales, plerumque decumbentes. Spica circiter spithamalis; spiculis plerumque septem, obesis. Glumae calycinae coriaceae, sesquilineam latae.

44. ELYMUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 128. Mertens germ. 1. p. 717.

Calyx bivalvis ternatus circa spiculas ternas bi-multifloras positus in formam involucri sublanceolati s. subulati. *Spica densiflora. Radix perennis.*

153. ELYMUS *arenarius:* spica erecta, calycibus lanceolatis longitudine spiculæ muticæ pubescentis, foliis convolutis rigidis. *Linn. svec. n.* 111. *syst. ed. Roem.* 2. *p.* 773. *it. gothl. p.* 311. *Sv. Bot. t.* 60. *Flor. Dan. t.* 847. *Wahlenb. lapp. n.* 77.

* geniculatus ob ustilaginem corrumpentem. E geniculatus *Smith?*

Hab. in arena littorali ad mare tum orientale usque ad Torneå tum occidentale ac septentrionale ubique frequenter; ut etiam ad lacus majores rarius ex. gr. Vettern prope Jönköping, ad Sorsele Lapponiæ Umensis.

Radix repens. Gramen inter spicata nostra facile maximum, saepe quadripedale, rigidum et glaucum. Culmus inferne crassitie pennae cygneae. Spica utplurimum spithamalis, crassitie digiti. Calyces plerumque vix unciam longi. Ob spicam insignem dicitur Svecis *Strand-råg*; interdum quia semina minus valent *Strandhafra*; Nautis *Elm* et *Sand-elm* (forsan potius *Helm* ut Arundo arenaria).

154. ELYMUS *europæus:* spica erecta, calycibus uninervibus subulatis flosculorum subbinorum arista duplo brevioribus, foliis planis flaccidis; vaginis retrorsum pilosis. *Linn. mant. p.* 35. *syst. ed. Roem.* 2. *p.* 777. *Mertens germ.* 1. *p.* 719. *Scheuchz. prodr. p.* 14. *t.* 1. *Fl. Dan. t.* 1631. *Engl. Bot.* 19. *t.* 1317. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 212 *et* 233.

Hab. in fruticeto elevato prati Michelsängen ad Wängemyr paroeciæ Wänge Gothlandiæ meridionalioris copiose.

Radix caespitosa. Gramen saepe tripedale, laetius viride; vaginis inferioribus retrorsum pilosis; foliis laxis, lineas tres latis. Spica habitu Hordeorum nostrorum, digitalis longitudinis, sed parcius aristata ob calyces tantum subulatos.

45. HORDEUM.

Linn. gen. ed. Schr n. 129. Mertens germ. 1. p. 720.

Calyx bivalvis ternatus circa flores ternos positus in formam involucri setacei. Flores laterales abortientes (masculi) aristati. — *Spica aristis setaceis crinita.*

155. HORDEUM *murinum:* glumis calycinis intermediis lineari-lanceolatis ciliatis; exterioribus pedicellatis setaceis scabris, vaginis superioribus ventricosis. *Linn. svec. n* 113. *it. scan. p.* 197 *syst. ed. Roem.* 2. *p.* 793. *Flor. Dan. t.* 629. *Retz. oec. p.* 301. *Fries halland. p.* 31.

Hab. in aggeribus urbium et pagorum præcipue littoralium Scaniæ occidentalis a Hvällinge frequentissime, usque ad Helsingborg rarius, Hallandiæ parcius ad Laholm.

Radix annua, valde multiculmis. Culmi geniculati plerumque pedales. Folia inferiora ciliata; supremorum vaginae saepe penna anserina ampliores. Spica ipsa circiter biuncialis, sed aristae sesquiunciam longae. — A pecudibus nullis comeditur, sed quasi relinquitur muribus, unde svetice *Mus-korn.*

156. HORDEUM *pratense:* glumis calycinis omnibus setaceis scabris; exteriorum flosculis brevius aristatis, vaginis constrictis. *Roem. syst.* 2. *p* 794.

H. secalinum *Retz. oec. p.* 301. H. maritimum *Fl. Dan. t.* 630.

H. murinum *β Linn. svec. n.* 113. *it. scan. p.* 214.

Hab. in pratis humidis arena substratis non procul a mare in Scania meridionali-occidentali passim: a Kyrkeköpinge prope Trelleborg, trans Stora Hammar versus Skanör, Hvällinge, Klagstorp, Malmö usque ad St. Upåkra prope Lund satis copiose.

Radix perennis, caespitosa. Folia tantum radicalia pubescentia. Culmi erecti, sesquipedales, graciles (sine vaginis inflatis). Spica circiter biuncialis, sed aristae vix quatuor lineas longæ.

ORD. 3. TRIGYNIA.

46. MONTIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 133. Juss. gen. p. 347. Gærtn. fr. 2. p. 226. t. 129.

Calyx diphyllus, persistens. Corolla monopetala quinquepartita: laciniis duabus calyci oppositis majoribus, intermediis minoribus staminiferis. Styli ad basin juncti. Capsula unilocularis, trivalvis, trisperma. — *Herbula dichotoma; foliis oppositis. Ord. nat.* 31. *Succulentæ, sectio Portulaceæ.*

157. MONTIA *fontana* α minor: foliis oblongis, pedunculis unifloris. *Schrad. germ.* 1. *p.* 415. *Linn. svec. n.* 115. *Sv. Bot. t.* 540. *Flor. Dan. t.* 131. *Wahlenb. lapp. n.* 78.
M. minor *Roem. syst.* 2. *p.* 870.
β. major: foliis obovatis, pedunculis multifloris. *Schrad. l. c. Mertens germ.* 1. *p.* 402. *Fries hall. p.* 32.
Hab ad fontes et scaturigines totius Sveciæ usque in Lapponiam passim; β in rivulis ad litora maris Hallandiæ meridionalis ex. gr. ad Halmstad.

Radix α locis minus humidis annua, sed β in fontibus perennis. Herbula quoque pro loci diversitate varians: α vix digitalis altitudinis inferne rubicunda, superne pallida, divaricato-dichotoma; β vero in rivulis fontanis temperatis luxuriat, tota saturatius viridis, interdum pedem longa. Fructificatio in utraque eadem: calyce insigni fere involvente corollam albam. Capsula calyce tecta vix semine sinapis major.

47. HOLOSTEUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 136. Juss. gen. p. 332. Gærtn. fr. 2. p. 231. t. 130.

Calyx pentaphyllus, persistens. Petala quinque apice subtridentata. Styli tres. Capsula ovata tri-sexfariam dehiscens: receptaculo centrali libero seminibus numerosis. — *Herba foliis oppositis, Cerastio nimium affinis, staminibus quinque varians.*

158. HOLOSTEUM *umbellatum*: foliis ellipticis glaucis, caule superne glanduloso-pubescente, floribus umbellatis. *Linn. syst. ed. Roem.* 2. *p.* 858. *Flor.*

Dan. t. 1204. *Ahlquist runst. p.* 8. *Vet. Ac. Handl.* 1821. *p.* 300 294. 287. *Fries nov. p.* 6. 28. 97. 118. *Aspegren bleking. p.* 11.

Hab. in campis siccissimis provinciarum meridionalium exteriorum, ut Scaniæ ad Kåseberga et prope Löddeström multis locis, Blekingiæ ad Skillinge, Oelandiæ passim ad Runsten.

Radix annua. Planta maxime vernalis quasi ob praecipitantem vegetationem in angustiam redacta. Caules nonnulli, plerumque digitales, superne omnino nudi (sine foliis). Folia ovato-lanceolata, saepius glabra; sed in caule sub umbella pubescentia glandulosa adest. Umbella squamulis distichis; tantum involucrata, plerumque quinqueflora. Flores albi parum aperti, post florescentiam deflexi.

48. KOENIGIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 137. *Juss. gen. p.* 93. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 212. *t.* 128.

Calyx corollinus (intus margineque coloratus), triphyllus, obtusus, staminibus alternans. Stigmata sessilia, poriformia. Semen calyce inclusum ovatum, compresso-subtriquetrum: cotyledonibus orbiculatis. —*Herbula tenella foliis vaginula insertis, quasi Polygonum in minimum redactum.*

159. KOENIGIA *islandica: Linn. mant. p.* 35. *syst. ed. Roem.* 2. *p.* 873. *Sv. Bot. t.* 513. *Fl. Dan. t.* 418. *Wahlenb. lapp. n.* 79. *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1822. *p.* 340.

Hab. in locis aqua alpina subinundatis vel saltem humectatis ad mare septentrionale Varangriæ Finmarkiæ ex. gr. Ekeröe, Vardöe; etiam in alpibus Lulensibus 1) in Mourataskopp ad Vasjajok non procul Tarraloubbal. et 2) ad Kåbrinojvi, Kappasvare, Iegnaapo-jolle, Stockejock versus Virihjaur

Radix annua, filiformis. Caulis vix digiti minimi longitudine, crassitudine vix fili, interdum dichotomus. Folia alterna vaginulis laxis glaberrimis integerrimis diaphanis cauli continuationem foventia, vix tres lineas longa, semper obtusa, sed interdum oblonga interdum obovata fere ut in Peplide, nervo vel costa tantum ad basin conspicua. Flores inter folia summa aggregati, omnino sessiles, albescentes, semine papaveris vix majores. Æstivalis est.

CLASSIS IV.

TETRANDRIA.

CONSPECTUS.

1. ORD. MONOGYNIA.

a. Flos aggregatus calyce communi. Semina solitaria nuda

Calyx proprius bilabiatus tubulosus infra semen insertus 49. GLOBULARIA
Calyx proprius æqualis coronans semen - - - - - - 50. SCABIOSA
Calycis proprii loco bractea receptaculi - - - - 56. SANGUISORBA

b. Corolla monopetala. Semina duo infera. Stellatæ.

Semina tridentata. Corolla tubulosa - - - - - - 51. SHERARDIA
Semina globosa. Corolla tubulosa - - - - - - - 52. ASPERULA
Corolla plana s. rotata - - - - - 53. GALIUM

c. Corolla monopetala. Capsula

Filamenta longissima. Capsula subunilocularis - - 54. PLANTAGO
Filamenta conniventia. Capsula unilocularis - - 55. CENTUNCULUS

d. Corolla tetrapetala supra fructum

Drupa nucleo biloculari - - - - - - - - - - - - 57. CORNUS
Nux unilocularis spinis oppositis armata - - - - - 58. TRAPA

e. Corolla nulla. Semen nudum - - - - - - 59. ALCHEMILLA

2. ORD. DIGYNIA.

Corolla nulla. Semina nuda - - - - - - - - - - 60. APHANES
Corolla demum globosa et supra capsulam tetrasperm. coarctata 61. CUSCUTA

4. ORD. TETRAGYNIA.

Calyx nullus. Petala quatuor. Semina totidem sessilia 62. POTAMOGETON
Calyx nullus. Petala nulla. Semina pedicellata - - - 63. RUPPIA
Calyx tetraphyllus. Capsula unilocularis quadrivalvis - 64. SAGINA
Calyx subtetraphyllus. Capsulæ quatuor introrsum seminiferæ 65. TILLÆA

ORD. 1. MONOGYNIA.

49. GLOBULARIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 146. Juss. gen. p. 109. Gærtn. fr. 1. p. 211. t. 44.

Calycis communis foliola et paleæ receptaculi lanceolatæ. Calyx proprius urceolatus, villis clausus, bilabiatus, 4-5 fidus. Corolla tubulosa: limbi laciniis superioribus minimis. Semen unicum in fundo calycis superum. — *Herbæ rigidæ, caule unifloro subnudo. Ord. nat. 44. Aggregatæ* δ.

160. GLOBULARIA *vulgaris:* caule herbaceo, foliis radicalibus subtridentatis petiolo brevioribus; caulinis lanceolatis. *Linn. svec. n.* 116. *syst. ed. Roem.* 3. *p.* 39. *it. gothl. p.* 193 228. *oel. p.* 65. 72. *Sv. Bot. t.* 364. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1805. *p.* 117. *Ahlquist ibid.* 1821. *p.* 297.

Hab. in petris maxime apricis calcareis insularum formationis transitionis scil. Gothlandiæ præcipue occidentali-septentrionalis passim copiose ut ad Wisby, Hau, Fleringe, Thorsborg etc. Oelandiæ in Vestra Landtborgen prope Södra-alfvaren præcipue ad Resmo copiose.

Radix valde perennis, duras caespites constituens (unde *Berg Skrabba*), nigra. Folia radicalia non nisi extima evidenter tridentata, raro digitum minorem lata; caulina bracteas magis referunt caule vix latiora, et in foliola calycis abeunt. Flos omnino globosus magnitudine nucis avellanae, eleganter cyaneus, initio aestatis optimus.

50. SCABIOSA.

Linn. gen. ed Schr. n. 149. *Mertens germ. t. p.* 759. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 38. *t* 86.

Calyx communis polyphyllus; proprius superus, duplex, demum semen coronans. Corolla infundibuliformis. *Herbae foliis oppositis, radice perenni. — Subdivisiones* 1) *receptaculo villoso, calyce prop. interiore obsoleto* (*Trichera Schrad. - n.* 161). 2) *receptaculo paleaceo, calyce prop. interiore quinqueradiato; exteriore* a) *quinquedentato* (*Succisa*) b) *indiviso scarioso n.* 163. 164. *— Ord. nat.* 44. *Aggregatæ.*

161. SCABIOSA *arvensis:* corollis quadrifidis radiantibus, receptaculo villoso, foliis subpinnatifidis, caule hispido. *Linn. svec. n.* 117. *spec. pl. ed. Willd.* 1. *p.* 550. *Link. enum. hort. ber.* 1. *p* 130. *Sv. Bot. t.* 322. *Flor. Dan. t.* 447. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 96. *Wahlenb. ib.* 1811. *p.* 33.

Hab. ad agros et in pratis siccioribus omnis Sveciæ usque in Jemtlandiam et Angermanniam passim.

Herba tota pilis rigidulis superne divergentibus hispida, pedalis et ultra, saepe triflora. Folia infima indivisa. Flores sub foenisecio ornatissimi dilute violacei, ultra pollicem lati dicuntur Svecis *Åkervädd, Blåmunkar, Båtsmän* o. s. p.

162. SCABIOSA *succisa*: corollis quadrifidis æqualibus, receptaculo globoso, seminibus villosis, foliis ovato-lanceolatis subintegerrimis pilosiusculis. *Linn. svec. n.* 119. *syst. ed. Roem.* 3. *p.* 60. *Sv. Bot. t.* 422. *Flor. Dan. t.* 279. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 96. *Wahlenb. ib.* 1811. *p.* 31. *Hising. herjed. p.* 51.
Hab. in pratis subhumidis totius Sveciæ usque in Jemtlandiam et Vestrobottniam frequenter.

Radix præ ceteris succisa vel subtus praemorsa. Herba tantum pilis rarioribus adspersa, pedalis et ultra. Flores globosi, plerumque saturate caerulei, versus autumnum explicati, svecice *Ångyådd*, *Blåhattar* etc.

163. SCABIOSA *columbaria*: corollis quinquefidis radiantibus, receptaculi paleis hyalinis, foliis radicalibus ovalibus crenatis glabriusculis; caulinis pinnatis subfiliformibus, setis seminalibus calyce communi longioribus. *Linn. svec. n.* 118 *syst. ed. Roem.* 3. *p.* 64. *it. gothl. p.* 216. 228 283. *scan. p.* 164. 208. *Sv. Bot. t.* 393. *Fl. Dan. t.* 314 *Ahlquist runst. p.* 9 *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1805. *p.* 117. *Bjerkand. ib.* 1776. *p.* 80. *Næzén in Fant diss de Ulricehamn p.* 30. *Videgren østerg. p.* 27.
Hab. in collibus campisque siccissimis super formatione transitionis provinciarum meridionalium, ut Gothlandiæ ad Klasen, Carlsö, Thorsborg, Fåröen, Träkumla etc. Oelandiæ in Holmref, ad Runsten alibique, Scaniæ exterioris ad Weberöd, Högstebackar, Limhamn, Skabersjö, Fogelsång, Dybeck, Nöbbelöf, Degeberga, Höör etc. Vestgothiæ circa Falbygden præcipue ad Billingen, Ottrafva, Kälfvene, Gökhem, Bolum, Varnhemskloster, Ulricehamn etc. Ostgothiæ in Omberg ad Rödgafvel et Mullskräerne, nec non ad St. Ullevi prope Linköping.

Folia radicalia infima omnino indivisa, sed cetera basi pinnatifida; caulinorum laciniae omnes caule angustiores. Caulis pedalis et paullo ultra, geniculis rubicundis. Flores dilute violacei, plus quam unciam lati, aestivales. Fructus sctae longitudine seminis, brunneae.

164. SCABIOSA *svaveolens*: corollis quinquefidis radiantibus, receptaculi paleis apice incrassatis, foliis radicalibus lanceolatis integerrimis subglaucescentibus; caulinis pinnatis subfiliformibus, setis seminalibus calyce communi brevioribus. *Decand. fl. franc. n.* 3307. *Mert. germ.* 1. *p.* 716. *Fries nov. p* 110. S. canescens *Kitaib. hung.* 1. *t.* 35. *Roem et Schult. syst.* 3. *p.* 66.

Hab. in campis maxime arenosis Scaniæ orientalis ad Vidtsköfle, Efveröd, Gualöf etc. frequenter; nec non in planitie media ad Weberöd (*Fries*).

Herba tota pallidioris coloris, sine geniculis coloratis, superne puberulo-canescens. Caulis humilior vix plus quam pedalis, simplex, superne tantum pauciflorus. Flores intensius caerulei, magis serotini, svaveolentes. Paleae receptaculi apice herbaceae et incrassatae, extra semina apice prominentes et praecipuam svaveolentiam gerentes; sed seminum radii contra macri decolorati. — Itaque potius in monstrositatem quam varietatem tendit.

51. SHERARDIA.

Linn. gen. ed. Schreb. n. 156. Gärtn. fruct. 1. p. 110. t. 24.

Involucrum suboctofidum. Calyx quadridentatus, persistens. Corolla infundibuliformis elongata. Semina duo, intus sulco longitudinali exarata, calycis rupti denticulis coronata. — *Flores conglomerati intra involucrum. Radix annua.* — *Ord. nat.* 16. *Stellatæ.*

165. SHERARDIA *arvensis*: foliis subsenis subæqualibus, floribus terminalibus involucro octofido nudo inclusis. *Linn. svec. n.* 120. *syst. ed. Roem.* 3. *p.* 273. *Sv. Bot. t.* 609. *Flor. Dan. t.* 459. *Wahlenb. Nov. Act. Ups. VIII.* p. 212. *Ahlqu. runst. p.* 9. *Leche scan. p.* 2. *Aspegren bleking. p.* 12. *Fries halland. p.* 32. *Wahlb. gothob. p.* 22. *Videgren österg. p.* 27.

Hab. in arvis et agris arenosis provinciarum meridionalium præcipue maritimarum, ut Gothlandiæ in Sanda, Klinta et Hörsne, Oelandiæ ad Runsten etc., Blekingiæ passim, Scaniæ ad Ramlösa, Öfvedskloster etc. fere ubique, Hallandiæ usque ad

fluvium Viskam Smolandiæque adjacentis frequenter; etiam ad Vettern prope Holkaberg, Vadstena et Ödeshög Ostgothiæ, ad Venern in Kinnekulle alibique Vestgothiæ raro.

Caules decumbentes, laxi, ramosi. Folia subsena, lanceolata, asperula. Involucra suboctofida: laciniis folio fere majoribus, laeviusculis. Flores intra involucrum aggregati, saepe octoni. Corolla dilute violacea, unde svecice *Blåmadra*. Calyx 4-dentatus; dentibus tribus singulum semen coronantibus. Semen magnitudine fere seminis cannabini, fuscescens.

52. ASPERULA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 157. Juss. gen. p. 219.

Involucrum nullum. Calyx quadridentatus, evanescens. Corolla infundibuliformis, elongata. Semina duo, intus fovea rotunda notata; superne calva. — *Flores sparsi. Radix perennis.* — *Ord. nat.* 16. *Stellatæ.*

166. ASPERULA *odorata:* foliis octonis lanceolatis, florum fasciculis pedunculatis, fructu hispido. *Linn. svec. n.* 121. *syst. ed. Roem.* 3. *p.* 265. *it. vetgoth. p.* 53. *scan. p.* 101. 251 *gothl. p.* 60. 239. 151. *Sv. Bot. t.* 218. *Flor. Dan. t.* 562. *Fries halland. p.* 32. *Samz. neric. p.* 22. *Næzén in Fant diss. de Ulricehamn p.* 30.

Hab. in fagetis umbrosis provinciarum meridionalium exteriorum frequenter; etiam in quercetis provinciarum littoralium orientalium et formationum transitionis usque ad Roslagiam et Upsaliam, Nericiam meridionalem ad Askersund et Vestgothiam in Kinnekulle etc. passim.

Herba prae ceteris exsiccando svaveolens, svecice *Myskmadra* vel *Amour*, etiam *Myska*, corrupte *Mössika*. Folia plus quam unciam longa, eximie ciliato-serrata. Caules plerumque pedales. Flores albissimi, vernales.

167. ASPERULA *tinctoria:* foliis linearibus: inferioribus senis; summis bracteantibus oppositis, corollis aveniis, fructu glabro, caule flaccido. *Linn. svec. n.* 122. *syst. ed. Roem.* 3. *p.* 268. *it. gothl. p.* 168. 187. *etc. oel. p.* 47. 72. 115. *Sv. Bot. t.* 244. *Retz. oec. p.* 84. *Wahlenb. ups. n.* 98. (*Forsand. scan. p.* 8).

Hab. in campis siccissimis Gothlandiæ et Oelandiæ frequentissime, unde parcius quasi dispersa est per regiones magis littorales et campestres orientales, ut Upsaliæ copiose, Scaniæ tantum ad Uddarp prope Christianstad; sed longius occidentem versus omnino desideratur nisi in formatione transitionis Vestgothiæ inter Källvene et Näs, et in præruptis montis Omberg frequenter.

Radix pulchre rubro-colorata et tinctoria, Svecis *Färgmadra.* Herba laevissima, gracilis, saepe plus quam pedalis. Flores nivei post solstitium explicati.

53. GALIUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 162. Juss. gen. p. 219. Gærtn. fr. 1. p. 109. t. 24.

Calyx quadridentatus, minimus, evanescens. Corolla explanata, subrotata, quadri-(rarius tri-)fida, supera. Semina duo, superne calva, globosa. — *Ord. nat.* 16. *Stellatae.* — *Herbae* 1) *seminibus solidis corolla vix majoribus* (*radice perenni*) A) *glabris* a) *caule retrorsum hispido n.* 168-170. b) *laevi* α) *pedunculis subumbellatis rectis n.* 171. 172. β) *divaricatis n.* 173. 174. B) *seminibus hispidis n.* 175-177. 2) *seminibus inflatis, corolla multiplo majoribus, radice annua n.* 178. 179.

168. GALIUM *palustre:* foliis quaternis obovato-lanceolatis obtusis inæqualibus, caulibus diffusis læviusculis, seminibus lævibus corollas æquantibus. *Linn. svec. n.* 126 *syst. ed. Roem.* 3. *p.* 215. *it. vestgoth. p.* 59 *gothl. p.* 127. *Flor. Dan. t.* 423. *Wahlenb. lapp. n.* 82. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 130.

Hab. in aquosis locisque limosis totius Sveciæ usque in Lapponiam frequenter.

Herba paullo succosior nitidior obtusior, foliis magis inaequalibus vel paucioribus quam in proximis. Caulis vix nisi infra genicula retrorsum asper. Corollae albae ut in sequentibus.

169 GALIUM *trifidum:* foliis quaternis sublinearibus obtusis, caule procumbente retrorsum hispido, seminibus lævibus recurvatis corolla trifida majoribus. *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 153. *Flor. Dan. t.*

48. *Roem. syst.* 3. *p.* 220. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1789. *p.* 40. *Wahlenb. lapp. n.* 83. *ups. n.* 100. *Fries halland. p.* 33. obs.

Hab. in paludibus præcipue ad oras lacuum sylvestrium per provincias plerasque superiores a Lapponia ad Vermlandiam, Uplandiam, Smolandiam prope Jönköping.

Multo minus proximis plerumque spithamale, inter muscos serpens, ideoque valde flexuosum, praecipue pedunculis; etiam asperrimum usque in pedunculos.

170. GALIUM *uliginosum:* foliis senis lanceolatis retrorsum aculeatis mucronatis rigidis, caule retrorsum hispido, seminibus scabriusculis corolla minoribus. *Linn. svec. n.* 127. *syst. ed. Roem.* 3. *p.* 247. *it. gothl. p.* 39. 131. *Engl. Bot.* 28. *t.* 1972. *Fl. Dan. t.* 1509. *Wahlenb. lapp. n.* 84.

Hab. locis uliginosis et inundatis universæ Sveciæ, alpibus tantum exceptis, ubique frequenter.

Rigidius ceteris mucronatis foliis senis, sed pedunculi laeves. Caulis quoque in locis siccioribus internodia medio laevia habet, quo in statu cum sequente perperam confunditur.

171. GALIUM *pusillum:* foliis suboctonis lineari-lanceolatis mucronatis caulibusque lævibus diffusis, pedunculis bis dichotomis patentibus, seminibus lævibus. *Linn. spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 589. var. *Smith Engl. Bot. t.* 74. *Wallroth ann. bot. p.* 22. *n.* 32. *α. Regensb. bot. Zeit.* 1821. *p.* 216.

G. sylvestre *β* austriacum *Forsand. veg. scan. p.* 11. *Fries nov. p.* 66 *Ahlqu. Vet. Ac. Handl.* 1821. *p.* 299. Rubeola saxatilis *Burseri herb. XIX.* 17.

β. sylvestre: pedunculis axillaribus elongatis trichotomis. *Fries nov. p.* 6. 97. *halland. p.* 35. *Aspegren bleking. p.* 13.

Hab. locis uliginosis in campis elevatis Oelandiæ passim ex. gr. in Södra Alfvaren, in districtu Slättbo ad Hallforp etc. copiosissime; Blekingiæ magis adventitium; *β* in collibus sylvestribus Scaniæ littoralis etc. passim.

Praecedenti tam affine, ut β omnino transitum efficere videatur. Ipsa planta vix plus quam digitalis longitudinis, tenuissima et laevissima, subnitida, aliquantum nigrescens.

172. GALIUM *saxatile*: foliis subsenis obovatis acutiusculis; superioribus lineari-lanceolatis mucronatis caulibusque lævibus procumbentibus, pedunculis erectis multifloris, seminibus scabriusculis. *Linn. svec. n.* 1294. *p.* 463. *spec. pl. ed.* 2. *p.* 154. *syst. ed. Roem.* 3. *p.* 252. *Flor. Dan. t.* 1633. *Engl. Bot.* 12. *t.* 815. *Regensb. bot. Zeit.* 1821. *p.* 539. *Retz. oec. p.* 279. *Aspegren bleking. p.* 12.
G. harcynicum *Fries nov. p.* 6. 98. *halland. p.* 33. *Mertens germ.* 1. *p.* 792.
Hab. in saxetis Hallandiæ præcipue interioris et mediæ ad fluvium Nissam in paroeciis Drängsered et Thorup nec non Femsjö adjacentis Smolandiæ occidentalis frequenter; etiam in finitima Scania ex. gr. supra Margretetorp rarius, Blekingia ad Gredby rarissime.

Etiam G. uliginoso affine et forsan ejus forma maxime occidentalis et saxatilis (granitoidea, cum praecedens maxime orientalis et petraea vel calcarea). Omnium maxime nigrescit et stolones numerosiores emittit, omni respectu se supra saxa expandens. Folia circiter lineam lata. Semina ob rugositatem quodammodo scabra.

173. GALIUM *Mollugo*: foliis octonis elliptico-lanceolatis mucronatis margine scabris divergentibus, caule flaccido ramisque patentibus, floribus paniculatis divaricatis, seminibus lævibus. *Linn. svec. n.* 125. *syst. ed. Roem.* 3. *p.* 234. *am. ac. ed. Schreb.* 8. *p.* 33. *Sv. Bot. t.* 357. *Flor. Dan. t.* 455. *Fries nov. p.* 66. *Samz. ner. p.* 23.
β. ochroleucum: foliis angustioribus longioribus. *Fries hall p* 54.
G. verum var. *Linn. it. scan. p.* 306.
γ. foliis lineari-lanceolatis. *Wahlb. gothob. p.* 22. (excl. synon.)
G. Mollugo β angustifolium *Retz. scand.* 2. *p.* 35.
Hab. in arvis et ad vias regionum exteriorum lacustrium, ut in insula fruticosa lacus Mälaren ad ar-

cem Stäket nec non in Åkerö Sudermanniæ, ad Lekeberga Nericiæ, in Lumsheden aliisque locis Gestriciæ, ubi dein plerumque *β* in litoralibus, per Roslagiam frequenter, per Scaniam ex. gr. prope Helsingborg et per Hallandiam ut ad Fröböke paroeciæ Breared, nec non *γ* in insulis extra Götheborg frequenter.

Praecedentibus omnibus multo majus, saepe bipedale, valde geniculatum et divergentur ramosum: pedunculis demum omnino divaricatis paniculam quasi dense reticulatam reddentibus. Flores in *α* majores albi, in *β* quo magis lutescentes eo minores ad sequentis speciei accedentes.

174. GALIUM *verum*: foliis octonis linearibus mucronatis margine revolutis scabriusculis, floribus divaricato-paniculatis congestis, seminibus glabris. *Linn. svec. n.* 123. *syst. ed. Roem.* 3. *p.* 253. *Sv. Bot. t.* 165. *Flor. Dan. t.* 1146. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 218. — 1811. *p.* 33.

Hab. in pratis, ad viarum agrorumque margines locis siccissimis vulgatissime per totam Sveciam usque ad Medelpadiam; Dalecarliæ superioris rarius ad Rättvik.

Caules plerumque pedales, teretiusculi, superne pubescentes. Folia filo parum latiora, supra nitida. Corollae sub foenisecio apertae, flavae unde plerisque Svecis *Gulmåra*, odoris mellei quare Gothis *Håningsgrås*, forsan etiam *Jungfru M. sånggrås*, Scanis *Slågfrid* (Sliefred Linn. skånsk. res. p. 272. alibi male *Slig-frö*), quod in *Frillo-grås* nonnulli vertunt. Alias *Tråtogrås*.

175. GALIUM *boreale*: foliis quaternis lanceolatis obtusis trinervibus glabris, caule erecto tetragono scabro, panicula congesta, seminibus hispidis. *Linn. svec. n.* 124 *syst. ed. Roem.* 3. *p* 253. *Sv. Bot. t.* 122. *Flor. Dan.* 6. *t.* 1024. *Wahlenb. lapp. n.* 81. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 130.

Hab. in pratis et pascuis sterilioribus universæ Sveciæ, alpibus et alpinis locis tantum exceptis, vulgatissimum.

Radix crassitie chordae, rubicunda, ad tingendum bo-

realibus (ut Asperula tinctoria australioribus) usitata, quare Jemtlandis *Låttgrås* (i. e. *Färggrås*). Herba circiter pedalis ad angulos marginesque scabriuscula, ceterum glabra. Folia saepissime duas lineas lata. Corollae ante foeniseoium optime explicatae, albae, non nihil svaveolentes, unde nomen *Hvitt-frillogrås*, *Hvit-måra*; etiam ob vim lactem coagulandi *Mjölkysta*.

176. GALIUM *rotundifolium*: foliis quaternis ovali-ellipticis obtusiusculis trinervibus ciliatis, caule decumbente, seminibus uncinato-pilosis magnitudine corollæ. *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 156 *syst. ed. Roem.* 3. *p.* 254 (*Jacqu. austr. t.* 94.) *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 213. *et* 234. *Mertens germ.* 1. *p.* 778. *n.* 451. *α. Barrel. ic. t.* 324.

Hab. in pinetis elevatioribus insularum Gothlandiæ paroecia Sjonhem inter vias ad Viklou et Vänge ferentes (*Rosén*) et Oelandiæ septentrionalis paroecia Högby inter Vedbornsträsk et Hornsviken copiose (*Mr. J. H. Wallman*).

Radix eximie repens. Caules filiformes, vix spithamalis longitudinis. Folia sesquitertiam lineam lata, insigniter virentia, setulis rigidulis parcius ciliata, ceterum glabriuscula. Inflorescentia patenter dichotoma. Flores albi ut in sequente. — Est itaque varietas illa subalpina minor rigidior glabrior (nec G. ellipticum Willden., quod latius, mollius et copiosius pilosum).

177. GALIUM *svaveolens*: foliis senis oblongo-lanceolatis mucronatis subciliatis, caule prostrato pilosiusculo, pedunculis folio longioribus subtrifloris, seminibus uncinato-pilosis magnitudine corollæ. *Wahlenb. lapp. n.* 85. *Roem. syst.* 3. *p.* 256.

G. triflorum *Willden. hort. berol.* 1. *t.* 66. *Michaux amer.* 1. *p.* 80. *Roem. syst. l. c.*

G. pensylvanicum *Mühlenb.*

Hab. ad rupes umbrosas in Nordlandia Norvegiæ inferalpina ejusque præfectura Salten prope pagum Dale copiose.

Herba laete virens, exsiccatione svaveolens. Caules tum radicem versus tum prope pedunculos plerumque glabri, in medio autem pilosis: pilis prope genicula retrorsum versis.

Folia quoque subciliata: ciliis prope basin folii retrorsum versis. Pedunculi semper glaberrimi. In specimine americano (G. pensylvanici) praesente etiam pili in caule observantur quamquam rariores.

178. GALIUM *Aparine*: foliis octonis lanceolatis mucronatis carina margineque retrorsum aculeatis, caule tetragono aculeato, geniculis villosis, seminibus uncinato-pilosis corolla triplo majoribus. *Linn. svec. n.* 128. *syst. ed. Roem.* 3 *p.* 257 *Sv. Bot. t.* 419. *Fl. Dan. t.* 495. *Wahlenb. lapp. n.* 86.

β. seminibus glabrescentibus.

Hab. in cultis totius Sveciæ frequenter.

Radix annua ut sequentis. Herba ceteris succosior, fragilior, Roslagis non male *Vattenbinda*. Caulis plerumque pennam gallinaceam crassus, saltem ad genicula tumida pellucida. Pedunculi florentes foliis breviores. Flores pallide lutescentes, aestate obvii. Fructus magnitudine seminis canabini.

179. GALIUM *spurium*: foliis suboctonis linearibus mucronatis carina marginibusque retrorsum aculeatis, caule tetragono aculeato; geniculis glabrescentibus, seminibus nitidis oblongatis corolla duplo majoribus. *Linn. syst. ed. Roem.* 3. *p.* 251. *Engl. Bot.* 26. *t.* 1871. *Fries nov. p.* 46. *halland. p.* 34. G. agreste *β Mertens germ.* 1. *p.* 775.

Hab. inter linum aliaque corpora macriora præcipue per regiones campestres a Scania ad Upsaliam et Bahusiam rarius.

Praecedenti valde affine, sed duplo tenuius et rigidius, minusque adhaerens. Caulis filo non multo crassior. Folia linea vix latiora. Pedunculi fructus foliis vel triplo longiores. Semina minora.

54. PLANTAGO.

Linn gen. ed. Schr. n. 186. *Juss. gen. p.* 100. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 236. *t.* 51.

Calyx minutus, subquadripartitus. Corolla persistens tubo cylindraceo-globoso; limbo quadripartito. Filamenta longissima. Capsula supera sed tubo corollæ superne constricto quasi calyptrata, circumscissa submonolocularis; receptaculo medio polyspermo in n. 180.

183. PLANTAGO *media*: spica densiflora oblonga, scapo tereti pubescente, foliis ovato-oblongis integerrimis subquinquenervibus subsessilibus pubescentibus. *Linn. svec. n.* 130. *syst. ed. Roem.* 3. *p.* 115. *Fl. Dan.* 581. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 35. *Hartm. ib.* 1814. *p.* 96.

Hab. in pratis apricis durioribus fere omnis Sveciæ (excepta Smolandia occidentali: *Fries*) usque ad Dalecarliam superiorem, Medelpadiam et Jemtlandiam frequenter.

Radix valde perennis, praemorsa. Folia depressa. Scapus foliis multiplo longior: spica paullo plus quam unciam longa, digitum minorem crassa, post solstitium florens tota dilute rosea, valde svaveolens, saepius Svecice *Slåsskämpar.*

184. PLANTAGO *lanceolata*: spica densiflora ovata, scapo angulato pubescente, foliis lanceolatis denticulatis subseptemnervibus petiolatis pubescentibus. *Linn. svec. n.* 131. *syst. ed. Roem.* 3. *p.* 115. *Fl. Dan. t.* 437. *Hartm. Vet. Ac. Handl* 1818. *p.* 128.

β. dubia: foliis basi maxime lanatis. *Linn. svec. n.* 132. *it. gothl. p.* 216. 219. *Afzel. Vet. Ac. Handl.* 1788. *p.* 139.

Hab. in pratis et marginibus agrorum siccis Sveciæ usque ad Fahlun et Helsingiam ubique; β in elatis siccissimis Gothlandiæ et Oelandiæ passim, Roslagiæ, Sudermanniæ et Vestgothiæ rarius.

Radix perennis, eximie praemorsa. Spica omnium brevissima, circa solstitium florens; corollis in medio magis fuscescentibus et staminibus albidioribus quam in praecedente.

55. CENTUNCULUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 189. *Juss. gen. p.* 107. *Gærtn. fruct.* 1. *p.* 228. *t.* 50.

Calyx quadripartitus, persistens, corolla longior. Corolla breviter tubulosa: limbo quadrifido. Stamina conniventia. Capsula tubo corollæ calyptrata, unilocularis, circumscissa; receptaculo libero. Semina plurima. — *Herbula foliis alternis. Ord. nat.* 27. *Rotaceæ.*

185. CENTUNCULUS *minimus*: foliis ovatis, floribus sessilibus. *Linn. svec. n.* 136. *syst. ed. Roem.* 3.

p. 110. *Sv. Bot. t.* 610. *Flor. Dan. t.* 177. *Leche scan. p.* 2. *n.* 9. *Vet. Ac. Handl.* 1744. *p.* 264. *Fries hall. p.* 35. *Wahlb. gothob. p.* 21. *Aspegren bleking. p.* 12.

β. simplex: caule simplicissimo subunifloro, foliis angustioribus. *Fries nov. p.* 100.

C. simplex *Fries halland. p.* 35. *Fl. Dan. t.* 1567.

Hab. in agris arenosis præcipue maritimis provinciarum meridionalium, ut Scaniæ ad Ramlösa, Sandby, Vegeholm etc. Blekingiæ ad Jämjö, Hallandiæ ad Eldsberg, Trönninge, diversorium Åse etc. Bahusiæ in insula Domsö; ut etiam ad lacum Venern prope Leckö Vestgothiæ; β in limosis Hallandiæ cum priore.

Radix annua. Caules nonnulli oblique adscendentes, circiter bis unciam longi. Folia sesquitertiam lineam longa. Corolla minima dilute rosea. Capsula semine Sinapis vix major. Herbula nonnullis svecice *Duvagrås*.

56. SANGVISORBA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 190. *Juss. gen. p.* 372. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 161. *t.* 32.

Flos aggregatus. Calyx proprius ex squamis binis receptaculi communis. Corolla tubo semen vestiens et apici ejus duobus punctis adhærens; limbo quadripartito. Filamenta superne latiora. Semen corollæ tubo utriculatum, quadrangulare, calvum. — *Herba foliis pinnatis (sine stipulis veris) inter* 44. *Aggregatas et* 37. *Senticosas quodammodo ambigua.*

186. SANGVISORBA *officinalis:* floribus subglobosis, staminibus corollam æquantibus, calycibus foliolisque glabris ovato-cordatis. *Linn. svec. n.* 137. *syst. ed. Roem.* 3. *p.* 206 *Sv. Bot. t.* 305. *Flor. Dan. t.* 97. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1805. *p.* 119.

Hab. in pratis depressis apricis ad angulum orientalem Gothlandiæ in paroeciis Östergarn, Kräklingbo, Ardre, Alskog, Norrlanda, Halla etc. satis frequenter.

Radix perennis, caudice fere digitum minimum crasso ex fusco, Svecis multis nota nomine *Trågårds-Pimpinell*

corrupte *Bibernell.* Folia pleraque radicalia, spithamam longa, vix quinquejuga cum impari; foliola etiam petiolata, vix uncia longiora, supra rubicunda, infra pallidiora. Caulis subnudus, sesquipedalis vel paullo ultra. Flores aggregati vel si mavis capitula vix semiunciam longa lataque, seriore aestate florentia colore intensissimo sangvineo, unde etiam nonnullis Svecis *Blodtoppar.*

57. CORNUS.

Linn gen. ed. Schr. n. 194. Juss gen. p. 238. Gærtn. fr. 1. p. 126. t. 26.

(Involucrum interdum tetraphyllum coloratum). Calyx minimus, quadridentatus, superus, deciduus. Petala quatuor staminibus alterna. Stylus stigmaque simplex. Drupa succosa; putamine biloculari; loculamentis monospermis per foramen sæpe continuis. — *Frutices aut in summo septentrione herbae foliis oppositis integerrimis subnervosis.* — *Ord. nat. inter* 16. *Stellatas et* 18 *Dumosas fere media.*

187. CORNUS *sangvinea:* arborea, cymis ebracteatis depressis supra planis, foliis ovatis subconcoloribus, ramis rectis ramulisque glabris. *Linn. svec. n.* 138. *syst. ed. Roem.* 3. *p.* 320. *it. gothl. p.* 126 235. 291. *oel. p.* 56. 72. 106. *scan. p.* 88. 134. 139. 248. 269. 392. *vestgoth. p.* 32. 39. 40 84. *Sv. Bot t.* 233. *Fl. Dan. t.* 481. *Bjerkand. Vet. Ac. Handl.* 1776. p. 80. *Forsand. veg. scan. p.* 15. *Næzén in Fant diss. de Ulricehamn. p.* 30. *Videgren österg. p.* 27.

Hab. in pratis nemorosis subhumidis per Gothiæ provincias formatione transitionis fundatas, ut Gothlandiæ ubique, Oelandiæ passim in Landborgen ad Köping, Resmo, Runsten etc. Scaniæ frondoso-sylvestris præcipue orientalis copiose ad Balsberg, Ignaberga, Cimbrishamn etc. Vestgothiæ in Kinnekulle et Ålleberg inprimis ad stratum lapidis suilli; Ostgothiæ in Omberg prope Vettern, in Vallersta ad Hassla etc.

Frutex fere orgyalis, ligno durissimo, unde plerumque Svecis *Benved*, Vestrogothis *Eknas* vel *Ekenas*, Scanis *Struss* vel *Strut* (quasi a *Struck* germanorum). Rami virgati, praesertim hieme eximie rubentes. Folia saepe bis un-

ciam lata. Cyma albissima, initio aestatis florens. **Drupae** indumentum caeruleo-atrum; putamen sesquitertia linea nec latius neque longius, osseum, unde Scanis *Gallenbåra.*

188. CORNUS *svecica:* **herbacea, umbella involucro inclusa pedunculata, foliis sessilibus: nervis omnibus subdistinctis.** *Linn. svec. n* 139. *syst. ed. Roem.* 3. *p.* 318 *it. vestgoth. p.* 57. 85. 115. *scan. p.* 417. *Rogberg smol. p.* 22. *Sv. Bot. t.* 201. *Flor. Dan. t.* 5. *Wahlenb. lapp. n.* 89. *Hartm. Vet. Ac. H.* 1818. *p.* 126. *Wahlenb. ib.* 1811. *p.* 26. *Hisinger dal. p.* 23 *Kalm. bohusl. p.* 75. 110. 123. 129. 140. *Wahlb. gothob. p.* 23. *Bjerkand. Vet. Ac. Handl.* 1776. *p.* 80. *Næzén in Fant diss. de Ulricehamn* p. 30. *Fries halland. p.* 56. *Retz. oec. p.* 187. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 215.

Hab. in pascuis umbrosis subhumidis Lapponiæ totius etiam alpinæ, Vestrobottniæ, Jemtlandiæ vulgatissime; in reliqua Norrlandia et Dalecarlia summa usque ad Ore descendens passim parcius; — increscit vero iterum Bahusiæ et Vestrogothiæ adjacentis nec non Hallandiæ proximæque Smolandiæ occidentalis usque ad Stenbrohult frequenter et ad latus septemtrionale montis Kullen Scaniæ; — dein autem ad latus Seciæ orientale non reperitur nisi in oris maritimis Roslagiæ rarius, Ostrogothiæ in Lögskär extra Norrköping et in Tomsarfveskog paroeciæ Eista Gothlandiæ.

Radix perennis repens, quasi fruticulus subterraneus minimus (Gestriciis *Alroth?*). Caules circiter spithamales simplicissimi (nisi demum ramuli duo infra umbellam fructiferam egrediantur). Folia quo superiora eo majora, nunquam tamen unciam lata, laete viridia. Umbella tota florem compositum eximie refert, involucris albissimis semiunciam fere longis conspicua, nota Gothis nomine *Holteblommor* (ob locum). Flosculi ipsi atro-purpurei, vernales; antheris albentibus. Fructus etiam quasi compositus, insigniter ruber, Bahusiis *Skrubber* vel potius *Skrubbår* (Norvegis *Skrupbær*, herba *Skrup*), Norrlandis (ob fatuum saporem) *Smörbår*, Vestrobottniensibus *Svinbår*, aliis *Hönsbår*, *Hönson* etc.

58. TRAPA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 208. Juss. gen. p. 76. Gærtn. fr. 1. p. 127. t. 26.

Calyx quadripartitus, semisuperus. Petala quatuor, obovata Stylus simplex stigmate emarginato Germen biloculare, sed maturescens in nucem unilocularem compressam circumcirca armatam laciniis calycis spinescentibus. — *Herba natans foliis indivisis petiolatis.* — *Ord. nat.* 8. *Tripetaloideae* α *Hydrocharides.*

189. TRAPA *natans* β glaberrima: nucibus sessilibus: cornubus quatuor patentibus, foliis rhombeis antrorsum dentatis. *Linn. svec. n.* 140. *syst. ed. Roem.* 3. *p.* 306. *Sturm Deutschl. Flor. h.* 50. *Mertens germ.* 1. *p.* 822.
Sjönötter: *Crælius tunaläns etc. beskrifn. p.* 134.

Hab. in lacubus pacificis limosis Smolandiæ orientalis rarius, ut: in lacu Sulegångssjö paroeciæ Misterhult (*Herbar. Liljeblad.*) et in lacu Ålmten sub Baggetorp ejusdem paroeciæ (*Crælius*), [in lacu Hökesjö paroeciæ Lemnhult olim secundum *Linné*].

Radix annua, fibrosa; fibris superioribus nonnullis pectinatis forsan foliis submersis dicendis. Caulis vel potius caudex e fundo ad superficiem aquae tendens, chordæformis, paullo plus quam pedem longus. Herba ipsa natans apud nos multo minor et glabrior quam apud exteros, supra superficiem aquae in formam orbis parum palma latioris expansa. Petioli circiter unciæ longitudinis, in medio non nihil dilatati sed linea vix latiores, glaberrimi. Folia vix unciam longa sed plus quam unciam lata, subrhomboidea; antice sinuato-dentata. Flores breviter pedunculati, vix quatuor lineas longi; petalis albis calyce duplo longioribus. Nux vero unciam lata, fere totum pedunculum absorbens.

59. ALCHEMILLA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 222. Juss. gen. p. 373. Gærtn. fr. 1. p. 346. t. 73.

Calyx tubulosus: limbo patente octofido; laciniis alternis minoribus. Corolla nulla. Stylus basi germinis adfixus. Semen unicum superum; sed tubo calycis inclusum margineque ejus interiore fere tectum. — *Herbae foliis alternis radiatis, stipulis vaginantibus*

indivisis, floribus sparsis. Radix valde perennis. — *Ord. nat.* 37. *Senticosae.*

190. ALCHEMILLA *vulgaris:* foliis reniformibus plicato-concavis novemlobis; serraturis apicis (tribus) æqualibus. *Linn. svec. n.* 141. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 698. *Sv. Bot. t.* 261. *Flor. Dan. t.* 693. *Wahlenb. lapp. n.* 90.

β. montana: foliis planioribus, pubescentia magis adpressa ad costas folii sericea. *Linn. svec.* — *Wahlenb. lapp.* — *Wahlb. gothob p.* 23. *Fries hall. p.* 36. A. Montana *Willden. en. hort. berol. p.* 170. *Wallroth ann. p.* 26.

Hab. in pratis et pascuis universæ Sveciæ alpibus summis tantum exceptis vulgatissime.

Folia insigniter cucullata Svecis *Daggskålar, Dagg-kåpa, Skåcka,* divisione et pubescentia varia. Caules vix pedales. Flores minuti circiter lineam lati, intus lutescentes, initio aestatis aperti.

191. ALCHEMILLA *alpina:* foliis quinatis obtusis apice serratis subtus sericeis. *Linn. svec. n.* 142. *syst. ed. Roem.* 3. *p.* 470. *Flor. Dan. t.* 49. *Wahlenb. lapp. n.* 91. *Hisinger dal. p.* 23. *Kalm bohusl. p.* 83.

Hab. locis suboccultis in alpibus omnibus altioribus earumque radicibus a Nordcap usque ad Dalecarliam septentrionalem vel orientalem frequenter; etiam in insula Södra Kosterön ad Langgärde Bahusiæ septentrionalis.

Radix longior, saepe admodum extensa. Folia minora eximie sericeo-nitentia. Caulis magis nudus saepe omnino aphyllus, vix spithama longior. Flores magis conglomerati, extus tomentosi.

ORD. 2. DIGYNIA.

60. APHANES.

Linn. gen. ed. Schr. n. 223. *Juss. gen. p.* 373. *Gærtn. fruct.* 1. *p.* 346. *t.* 73.

Calyx ventricosus pervius ore quadrifido. Corolla nulla. Stamina nonnulla castrata. Semina duo (nisi unum abortiens) basi stylifera calycique affixa. — *Herba stipulis multipartitis fructificationem includens. Ra-*

dix annua. — *Ceterum Alchemillae forsan nimium affinis.*

192. APHANES *arvensis:* pubescens, foliis tripartitis; laciniis trifidis incisisque, floribus axillaribus conglomeratis submonandris. *Linn. svec. n.* 143. *it. gothl. p.* 316. *Vet. Ac. Handl.* 1741. *p.* 187. *Flor. Dan. t.* 973. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 213. *Rogberg smol. p.* 22.
Alchemilla Aphanes *Roem. syst.* 3. *p.* 470. *Ahlquist runst. p.* 9. *Fries halland. p.* 36. *Aspegren bleking p.* 13. *Videgren österg. p.* 27.
Hab in arvis campisque elatis arenosis præcipue formatione transitionis fundatis per Gothiam non raro, ut Gothlandiæ ad Dalhem, Eskelhem, Heide etc. Oelandiæ ad Runsten etc. Scaniæ inprimis orientalis ad Cimbrishamn etc. ad Lund, Söfde multaque alia loca; Vestgothiæ ad Varnhem, Timmerdala, Lugnås etc. Ostgothiæ australioris montanæ Kinda härad, Omberg etc.; — nec non in nonnullis aliis locis Hallandiæ meridionalis, Blekingiæ, Smolandiæ meridionalis ad Stenbrohult etc.

Herba tota ex cano glaucescens, pilis tenuissimis obsita. Caules plures plerumque decumbentes, circiter digitum longi. Folia stipulis vix duplo majora, utplurimum quatuor tantum lineas lata, ob concinnam fere pectinatam divisionem nonnullis svecice *Jungfrukamm.* Flores in sinu stipularum valde inconspicui, parum aperti, virentes, initio aestatis obvii. Calix seminiferus vix semine papaveris major.

61. CUSCUTA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 227. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 297. *t.* 62.

Calyx quadri-(raro 5-)fidus. Corolla demum globosa et supra capsulam constricta: ore quadri(rarius 5-)fido. Capsula basi circumscissa et decidua, bilocularis: loculamentis dispermis. Seminis embryo spiralis, subacotyledoneus. — *Herbae filiformes parasiticae aphyllae Convolvulis quodammodo affines.*

193. CUSCUTA *europæa:* floribus sessilibus subnudis, corolla intus nuda, stigmatibus divergentibus acutis,

caulibus filiformibus. *Linn. svec. n.* 144. *syst. ed. Roem.* 6. *v.* 199. *Sv. Bot. t.* 352. *Flor. Dan. t.* 199. *Hisinger verml. p.* 11.

β tenuior: floribus lutescentibus. *Wahlenb. ups. p.* 55.

Hab. in Lupulo, Urtica, Cannabi etc. β in Lino per Sveciam fere totam usque in Angermanniam ex. gr. Åska passim.

Constituit tegmen invisum saepe Svecis *Skorf* vel *Bindsleskorf*, in Humulo *Humlebinda*, in Urticis *Nässlesilke*, in Lino *Hörsilke*; alias *Snarrefva*, *Tåbengrås* e. s. p. Tota fere rosei coloris est. Flores ipsi sub anthesi semine Carvi non majores, sed demum grandescunt in capsulam viridem magnitudine seminis Piperis.

ORD. TETRAGYNIA.

62. POTAMOGETON.

Linn. gen. ed. Schr. n. 234. *Juss. gen. p.* 23. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 23. *t.* 84.

Calyx nullus. Petala quatuor (sæpe viridia calyciformia) obovata incurva ungviculata. Stamina sessilia: antheris geminis. Semina quatuor nucularia obliqua stylo brevissimo uncinata. — *Herbae aquaticae: foliis caulinis vacuis alternis, fulcrantibus oppositis; stipulis intra folium unitis* (except. ult.) — *Ord. nat.* 8 *Tripetaloideæ: Potamophilæ.* — *Divisiones:* 1) *foliis latioribus, elliptico-lanceolatis* a) *superioribus emersis subcoriaceis* *) *caule simplici n.* 194. 195. **) *caule ramoso n.* 196. 197. b) *omnibus immersis pellucidis lucidisque n.* 198-201. 2) *foliis linearibus* [*semper immersis*] a) *stipulis a folio distinctis n.* 202-204. b) *stipulis folio connatis n.* 205. 206.

194. POTAMOGETON *natans*: foliis omnibus petiolatis: natantibus ellipticis obtusis; floralibus basi subcordatis; inferioribus submersis evanescentibus, caule simplici. *Linn. svec. n.* 145. *syst. ed. Roem.* 3. *p.* 503. *Flor. Dan* 6. *t.* 1025. *Wahlenb. lapp. n.* 92. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 137.

β. fluitans: foliis omnibus angustatis. *Mertens germ.* 1. *p.* 838. *Fries nov. p.* 111.

Hab. in aquis magis pacatis totius Sveciæ usque in Lapponiam ubique; β Scaniæ in fluviis ex. gr. Rönneå.

Radix hujus ut fere omnium sequentium perennis. F... natantia insigniora quam in sequentibus, saepe sesquiunc... lata, Svecis *Blåcken*, *Gåddnate* etc. Spicae semper ... signiter rufescunt. Semina magnitudine fere lentis.

195. POTAMOGETON *rufescens:* foliis summis su... natantibus oblongis basi attenuatis subpetiolatis; in... ferioribus immersis duplo longioribus sublinearib... sessilibus discoloribus, caule simplici. *Roem.* sys... 3. *p.* 510. *Mertens germ.* 1. *p.* 841. *Hartm.* Ve... *Ac. Handl.* 1818. *p.* 157. 158. *Wahlenb. ups.* ... 113. *Fries nov. p.* 67. 104.
P. coloratus *Flor. Dan. t.* 1449.
P. fluitans *Engl. Bot. t.* 1286. *Liljebl. sv. fl.* ed...
Hab. in lacubus sylvaticis et fluviis frigidioribus ... primis Sveciæ septentrionalioris et montanæ fre... quenter a Jemtlandia ad Smolandiam.

Caulis simplex ut in praecedente, sed tenuior quamqu... duplo crassior quam sequentium. Folia inferiora longe ma... jora saepe semipedalis longitudinis et latitudine digiti maj... ris, quasi mollioris substantiae, itaque saepius lacerata, ... signiter rufescentia. Semina duplo minora quam in praec... dente, acutiora.

196. POTAMOGETON *heterophyllum:* foliis natanti... bus ellipticis utrinque obtusis longe petiolatis; im... mersis sessilibus sublanceolatis duplo minoribu... caule ramoso. *Schreb. spicil. p.* 21. *Roem.* sys... 3. *p.* 506. *Flor. Dan.* 8 *t.* 1265. *Wahlenb. ups. n.* 11...
Hab. in aquis minoribus passim fluentibus Sveci... magis campestris usque ad Uplandiam passim.

Totum laetius virens quam proxima. Caulis infra aqua... eximie ramosus, fere tenuitate fili et foliis tantum minuti... praeditus.

197. POTAMOGETON *gramineum:* foliis omnibu... subæqualibus, sublanceolatis; inferioribus subample... ctentibus; natantibus subsessilibus, pedunculis in... crassatis, caule ramoso. *Linn. svec. n.* 151. *lap... pon. n.* 70. *Flor. Dan. t.* 222. *Ehrh. beitr.* 2. p... 167. *n.* 4. *Götting. anzeig.* 1821. *n.* 177. *p.* 176... *Wahlenb. upsal. n.* 112. (excl. syn. P. lanceolati...

lapp. n. 94. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 185. *Liljebl. sv. fl. ed.* 1 *et* 2. *Osbeck halt. n.* 122. *Fries hall. p.* 37.
Hab. in aquis frigidioribus fluentibus præcipue Sveciæ septentrionalioris usque in Lapponiam frequenter.

Caulibus plures pedes longis instar graminis copiosi flui-t. Folia pleraque submersa circiter sesquiunciam longa et ıeas quatuor lata, subcomplicata et extrorsum curvata; nantia pauca et non semper praesentia, fere ejusdem magnidinis, sed sursum latiora. Pedunculi breves et sursum inassati adesse videntur, ut elevetur planta; quae difficilius ıam omnia praecedentia natat et ad sequentia valde accedit.

8. POTAMOGETON *perfoliatum:* foliis amplexicaulibus cordatis obtusiusculis integerrimis, stipulis minutis. *Linn. svec. n.* 146. *syst. ed. Roem.* 3. *p.* 507. *Sv. Bot. t.* 580. *Flor. Dan. t.* 196. *Wahlenb. lapp. n.* 93.
Hab. in lacubus et fluviis totius Sveciæ etiam Lapponiæ frequenter.

Plerumque profundius sub aqua latens et nitidioris habis dicitur Medelpadis *Ålnate.* Semina lunata, sed dorso tusiuscula. Flores eximie virides.

9. POTAMOGETON *flexicaule:* foliis basi ovata subamplectentibus sursum lanceolatis; infimis obtusis apice concavis, stipulis acuminatis demum scariosis, seminibus lunatis argute carinatis. *Dethard. in Strelitz. anzeig.* 1809. *n.* 50.
P. prælongum *Wulfen. in Roem. arch.* 3. *p.* 331. *Roem. syst.* 3. *p.* 510. *Flor. Dan. t.* 1687. *Fries nov. p.* 110. — P. acuminatum *Fl. Ups. n.* 116.
Hab. in lacubus maxime tranquillis sæpe limosis Sveciæ magis campestris a Scania ad Uplandiam passim.

Utpote in aqua pacifica crescens minus extenditur quam equens pleraque alia et caulis eximie flexuosus. Ceterum gnitudine sequenti vix cedit. Caulis pennam gallinaım crassus. Folia spithamam longa et ultra, unciam lata. pulae valde singulares, cito albescentes et demum evanentes quasi non essent substantia foliorum. Folia tantum lonum autumnalium cuculliformia. Semina majora quam ullo alio sesquilineam lata. Flores valde virescunt.

200. POTAMOGETON *lucens:* foliis basi attenuatis subpetiolatis lanceolatis, stipulis lingvæformibus obtusis foliaceis. *Linn. svec. n.* 147. *syst. ed. Roem.* 3. *p.* 509. *Flor. Dan. t.* 195. *Wahlenb. ups. n.* 117. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 123.
β. acuminatum *Fl. Dan. t.* 1384. *Fries nov. p.* 46
Hab. in fluviis majoribus et lacubus regionum magis campestrium Sveciæ usque ad Uplandiam copiose.

Maximum totius generis bene audit svecice *Gross-nate.* Caulis saepe orgyam longus et pennam anserinam crassus. Folia interdum pedem longa et uncias duas lata, laete virentia et reticulata. Stipulae maximae substantia foliorum. Spicae magnitudine digiti minimi, ut in tota subdivisione eximie virides; sed semina minora dorso parum acuta.

201. POTAMOGETON *crispum:* foliis adnatis lineari-lanceolatis acutis undulatis serratis, seminibus rostratis, caule alato. *Linn. svec. n.* 148 *syst. ed Roem.* 3. *p.* 511. *it. scan. p.* 95. *Fl. Dan.* 6. *t.* 927. *Wahlenb. ups. n.* 114. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 123.
Hab. in fontibus et aquis magis fluctuantibus Sveciæ campestris meridionalioris frequenter, Ostgothiæ et Uplandiæ passim.

Praecedentibus suae sectionis augustius, omnium maxime fluctuans et undulatum, solumque sui generis serratum. Ceterum folia marginibus suis viridibus in caulem decurrunt eumque alatum reddunt; semina rostrata ut in nullo alio. Stipulae vix ullae. Color etiam florum valde viridis.

202. POTAMOGETON *pusillum:* caule subsetaceo, foliis linearibus acutis, spicis demum globosis, seminibus ovato-oblongis ecarinatis. *Linn. svec. n.* 153. *syst. ed. Roem.* 3. *p.* 516. *Flor. Dan.* 9. *t.* 1451. *Vaill. paris. t.* 32. *f.* 4. *Wahlenb. lapp. n.* 95.
Hab. in fossis et aquis minoribus ubique, nec non ad fundum lacuum Sveciæ septentrionalis usque in Lapponiam infimam passim.

Totum annuum magis quam ulla alia species. Tenuissimum quoque omnium: caule digitalis plerumque longitudinis omnino setaceo, foliis tantum semilineam latis. Spicae interdum biflorae, seminibus octo, teretiusculis (nec ullo modo carinatis saltem in forma septentrionaliori tota submersa)

203. POTAMOGETON *compressum:* foliis linearibus obtusis basi biglandulosis caule compressiusculo triplo latioribus, seminibus oblongatis subcarinatis. *Linn. svec. n.* 149. *syst. ed. Roem.* 3. *p.* 512. *Ehrh. beitr.* 4. *p.* 48. *n.* 8. *Flor. Dan. t.* 203. *Wahlenb. ups. n.* 119. *Hartm. Vet. Ac. Handl* 1818. *p.* 123. P. obtusifolius *Mertens germ.* 1. *p.* 855. (pedunculis abbreviatis).

β. elongatum: pedunculis extensis. P. compressus *Mertens l. c. p.* 856.

Hab. in lacubus et piscinis Sveciæ magis campestris infra flumen Dalecarlicum passim.

Praecedente paullo tantum majus et latius. Folia vix linea latiora. Semina etiam duplo latiora quam in praecedente evidenter carinata quidem, sed longe minus quam in sequente. Ceterum varietas α brevior, ramosior, magis fuscescentis coloris et succosioris substantiae quasi nervos laterales foliorum occultantis; β longior, tenuior, nervis lateralibus foliorum evidentioribus.

204. POTAMOGETON *laticaule:* caule compresso foliaceo latitudine foliorum linearium multinervium basi eglandulosorum, seminibus lunatis acute carinatis. P. complanatum. *Fries nov. p.* 28. 111. *Wahlenb. ups. n.* 118.

Hab in lacubus purioribus Scaniæ saltem, Hallandiæ, Ostrogothiæ et Uplandiæ passim.

Omni parte majus proxime praecedente. Caulis praecipue in brevioribus et flexuosis speciminibus magis fragilis vel facilius discedens quam in ullo alio; quo brevior eo etiam latior, sed in maxime elongatis plantis folio paullo angustior praecipue inferne. Folia semper sesquilineam lata, nervis multis transparentibus. Pedunculi in brevioribus plantis etiam compressis fere latitudine caulis, sed in elongatis subfiliformes. Semina ob latera impressa reniformia, sesquilineam lata. Flores magis virides quam in proximis.

205. POTAMOGETON *marinum:* stipulis folio lineari adnatis a caule discedentibus hyalinis. *Linn. svec. n.* 152.

Hab. in aqua maris orientalis ad insulas exteriores ex. gr. inter Utön et Ornön Sudermanniæ.

Sequenti proxime affine, sed foliis sesquilineam latis et caule

præsertim exsiccato compresso non potest, non bene distingvi Caulis in hoc non comprimitur ut in praecedentibus, adeo u latus planum folii in caulis planum decurrat, sed folium canaliculatum inferne caulem comprimit, quare latus exterius folii superioris margini vel angulo caulis correspondet. Semina non vidi

206. POTAMOGETON *pectinatum:* stipulis folio filiformi adnatis caulem vaginantibus, spicis interruptis, seminibus subrotundis. *Linn. svec. n.* 150. *syst. ed. Roem.* 3. *p* 513. *Vaill. paris. t.* 32. *f.* 5. *Wahlenb. ups. n.* 121.

β. setaceum. *Fries hall. p.* 37. *Fl. Dan. t.* 186.

Hab. in aqua marina magis pacifica et lacubus amnibusque provinciarum campestrium præcipue littoralium infra flumen Dalecarlicum passim.

Species omnium angustissima, tota usque ad spicas filiformis, longitudine valde varians, interdum multipedalis. Semina ecarinata fere ut in P. pusillo.

63. RUPPIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 235. *Juss. gen. p.* 23. *Gærtn. fruct.* 2. *p.* 23 *t.* 84.

Calyx nullus (nisi velis denticulus spadicis antheras gerens). Corolla nulla. Antheræ simplices obliquæ. Semina quatuor e receptaculo pedicellata, lagenæformia, obliqua: rostro rectiusculo. — *Inflorescentia subspicata biflora. Herba marina, foliis alternis vaginantibus (sine stipulis separatis), praecedenti generi proxima.*

207. RUPPIA *maritima: Linn. svec. n.* 154. *syst. ed. Roem.* 3. *p.* 518. *it. vestgoth. p.* 186. *Fl. Dan. t.* 364. *Engl. Bot. t.* 136. *Wahlb. gothob. p.* 25. *Fries halland. p.* 37. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 213. *Ahlquist Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 296. *Aspegren bleking. p.* 14.

β. pedunculis spiralibus folio multiplo longioribus. R. m. rostrata *Agardh phys. sällsk. årsber.* 1823. *p.* 31.

Hab. in aqua marina stagnante præcipue supra fundum limosum maris occidentalis Bahusiæ frequentissime, Hallandiæ borealis passim usque ad Halmstad; dein vero vix nisi rarius ad mare orientale latissimum, ut Gothlandiæ in promontorio Näs

Oelandiæ orientalis et Ostgothiæ in Mörjevik prope Stegeborg, Blekingiæ; β in fretis fluenti mari oppositis Scaniæ inter Landskrona et Grâen, Hallandiæ ad Onsala.

Radix propagulis perennat. Caulis filiformis, geniculatus. Folia setiformia inferne caulem vaginantia; vaginis versus apicem caulis inflatis ob fructificationem. Quo longior est caulis, eo breviores pedunculi et eo minor fructificatio. β Caulis vix digitalis, sed pedunculi plus quam spithamales totaque fructificatio major.

64. SAGINA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 236. *Juss. gen. p.* 333. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 225. *t.* 129.

Calyx quadripartitus, patens, persistens. Petala quatuor obsoleta. Capsula supera unilocularis quadrivalvis: receptaculo centrali polyspermo. — *Herbulae floribus pedunculatis solitariis, radice annua* — *Ord. nat.* 26. *Caryophylleæ, sectio Alsinaceæ.*

208. SAGINA *procumbens:* caulibus procumbentibus radicantibus glabris, pedunculis erectis: fructificantibus apice incurvis. *Linn. svec n.* 155. *syst. ed. Roem.* 3. *p.* 497. *Engl. Bot. t.* 880. *Wahlenb. lapp. n.* 96.

Hab. in arvis, viis, areis per totam Sveciam, vix quidem alpibus exceptis, ubique frequenter.

Ob caules radicantes saepe ultra annum perdurans. Folia linearia, caule parum latiora, saepe mucronulata. Pedunculus e fasciculo foliorum erectus, circiter semiuncialis, apice incurvato fructum increscentem gerens. Flos fere totus virescens, aestivalis.

209. SAGINA *apetala:* caule suberecto dichotomo, foliis subulatis acuminatis basi ciliatis, pedunculis totis rectis. *Linn. mant. p.* 559. *syst. ed. Roem* 3. *p.* 498. *Mertens germ.* 1. *p.* 865. *Engl. Bot. t.* 881.
S. ciliata: calyce angustiore acutiore *Fries nov. p.* 47. *Wahlb. gothob. p.* 24. *Sv. Bot. t* 562. *f.* 1.

β. maritima: caule strictiore, foliis calyceque latioribus obtusioribus.
S. maritima *Engl. Bot. t.* 2195. *Mert. germ.* 1. *p.* 866.
S. stricta *Fries nov. p.* 47. 104. *hall. t.* 38. *Sv. Bot.*

t. 562. *f.* 2. *Flor. Dan. t.* 845. *Forsand veg. scan. p.* 16. *Aspegr blek. p.* 14. *Wahlb. goth. p.* 24.
Hab. in arvis et campis maritimis Scaniæ meridionalis ex. gr. ad Snåresta prope Ystad, versus Skanör; β in ipso litore etiam, scopuloso Scaniæ passim ex. gr ad Cimbrishamn et Skanör, Hallandiæ, extra Götheborg in Styrsö et Varö, Blekingiæ raro.

Radix simplex brevioris durationis, sed multicaulis in α. Caules adscendentes, circiter bis unciam longi, praecipue superne ramosissimi. Pedunculi fere capillares. Flores quoque angustiores quam in praecedente, valde inconspicui. Capsula magis oblongata, calyce vix longior.

β minus multicaulis et minus ramosa, sed eo strictior et latior omnibus partibus. Reperiuntur tamen exemplaria ramosiora acutiora nexum inter utramque ostendentia.

65. TILLÆA.

Linn. gen ed. Schr. n 237. *Juss. gen p.* 340. Bulliarda *Decand.*

Calyx quadripartitus, persistens. Petala quatuor. Stamina petalis alternantia: squama interjecta lineari. Capsulæ quatuor uniloculares introrsum dehiscentes et semina plura adnectentes. — *Herbula foliis oppositis, floribus axillaribus sessilibus.* — *Ord. nat.* 31. *Succulentæ*

219. TILLÆA *aquatica:* floribus sessilibus, foliis lineari-subulatis, caule erecto. *Linn. svec. n.* 156. *syst. ed. Roem.* 3. *p.* 499. *am. ac.* 8. *p.* 34. *Wahlb. gothob. p.* 24. *Aspegr. blek. p.* 14. *Fries nov. p.* 28.
β. prostrata: caule decumbente, foliis latioribus.
T. prostrata *Roem. syst.* 3. *p.* 500. *Fries halland. p.* 58 *et* 98. *novit. p.* 6. 28. 98. *Fl. Dan. t.* 1510.
Hab. α in foveis aquaticis nunquam exsiccandis et β ad ripas rivulorum per regiones maritimas et lacuum majorum, ut Scaniæ, Hallandiæ, Smolandiæ, Blekingiæ, Gothlandiæ, Sudermanniæ, Roslagiæ, Upsaliæ, Daliæ ad Venern, Vestrobottniæ passim.

Radix annua. Planta minima in aqua crescens ultra unciam longa, angustior, erectior et viridior; extra aquam saepius prostrata brevior, latior et magis rutilans. Flores apud nos versus autumnum explicati, minimi, albi.

CLASSIS V.

PENTANDRIA.

CONSPECTUS.

1. ORD. MONOGYNIA.

A. Corolla monopetala infera. Semina nuda quatuor distincta. *Asperifoliæ.*

α. Corollæ faux nuda.

Corolla irregularis, supra longior - - - - - - - 66. ECHIUM
Corolla infundibuliformis: tubo gracili. Semina lapidea. 67. LITHOSPERMUM
Calyx prismatico-pentagonus 68. PULMONARIA

β. Corollæ faux clausa.

Semina basi perforata. Corollæ limbus campanulatus - 69. SYMPHYTUM
Corollæ tubus curvatus - - - 70. LYCOPSIS
Corollæ limbus planus tubusque rectus 71. ANCHUSA
Semina imperforata depressa demum e stylo filipendula 72. CYNOGLOSSUM
erecta prope basin penetrata - - 73. MYOSOTIS
prope styli apicem marginibus adhærentia 74. ASPERUGO

B. Corolla monopetala infera. Semina tecta pericarpio.

α. Capsula unilocularis.

* *Receptaculo centrali libero*

Corolla infundibuliformis Capsula dehiscens dentibus - 76. PRIMULA
Corolla hypocrateriformis. Capsula dehiscens dentibus - 77. ANDROSACE
Capsula non dehiscens - - 78. HOTTONIA
Capsula calyci inferne adnata 85. SAMOLUS
rotata. Capsula quinquevalvis - - - - - 79. LYSIMACHIA
Capsula circumscissa - - - - - 80. ANAGALLIS

** *Receptacula parietibus valvularum 2. adnata*

Corolla dehiscens intus tota barbata - - - - - - 96 MENYANTHES
imbricata. Antheræ spirales - - - - - 97. ERYTHRÆA
rectæ - - - - - - - 98. GENTIANA

β. Fructus bilocularis.

* *seminibus paucis. Corolla indivisa* 82. CONVOLVULUS
** *seminibus plurimis: Luridæ*

Corolla rotata. Capsula bipartibilis - - - - - 87. VERBASCUM
Bacca - - - - - - - - - - - 89. SOLANUM
Corolla infundibuliformis. Capsula circumscissa - 88. HYOSCYAMUS

γ. Capsula trilocularis:

dissepimentis e medio valvularum. Stamina in fauce - 75. DIAPENSIA
dissepimentis e marginibus valvularum. Stamina in fundo 81 CHAMAELEDON
dissepim. ad axin seminif. Stamina valvis tubum claudentia 83. POLEMONIUM

C. Corolla monopetala supera

Corolla campanulata. Capsula poris dehiscens - - 84. CAMPANULA
Corolla infundibuliformis. Bacca polysperma - - - 86. LONICERA

D. Corolla pentapetala

Capsulae quinque margine superiore dehiscentes - - 90. EVONYMUS
Bacca supera 3-4 locularis - - - - - - - - - 91. RHAMNUS
infera unilocularis polysperma - - - - - - - 92. RIBES
calyci innata quinquelocularis - - - - - - - 93. HEDERA

E. Flores incompleti

Capsula supera quinquevalvis - - - - - - - - - - - 94. GLAUX
Semen uculare tubo calycis corticatum - - - - - - 95. THESIUM

2. ORD. DIGYNIA.

A. Corolla monopetala infera. Fructus polysp.

Corolla basi nectario repleta. Folliculi duo - - - 99. ASCLEPIAS

B. Flores incompleti. Semen unicum.

Filamenta quinque sterilia. Semen capsula evalvi tectum 100. HERNIARIA
Semen orbiculare depressum intra calycis lacinias - 101. CHENOPODIUM
Semen obconicum embryone spirali repletum, calyce coronatum 102. SALSOLA
Calyx urceolatus. Semen inclusum capsula alata - - 103. ULMUS

C. Corolla pentapetala supera. Semina duo nuda: *Umbellatae.*

α. Umbella simplex vel incompleta.

Petala apice integra rectiuscula. Commissura seminibus planis contraria 104. HYDROCOTYLE
Umbella capitata. Petala inflexo duplicata. Commissura seminibus parall. 105. ERYNGIUM
Petala inflexa. Semina ovata: aculeolis hamatis - - 106. SANICULA
Petala incurva integra. Commissura seminibus subteretibus contraria 107. BUPLEVRUM

β. Umbella duplex.

* *Involucro universali partialique*

† *Semina ovata hispida s. asperula.*

Involucrum univ. pinnatifidum. Umbella concava. Seminum alae vittatae 109. DAUCUS
Petala subradiantia: lacinula brevi. Semin. vallecul. univittatae 108. TORILIS
Petal. aequalia: lacinula uncinata. Semin. vallec. univittatae 112. ATHAMANTA

†† *Semina gibba commissurae contraria*

Semina evittata: costis undulatis - - - - - - - - 110. CONIUM
multivittata. Petala incurva - - - - - - 116. LIGUSTICUM
obcordata - - - - - - - 118. SIUM
valleculis univittatis. Petala oblonga integra - - 119. SISON

††† *Semina planiuscula commissura parallela*

Semen quadrialatum: alis univittatis - - - - 114. Laserpitium
Semina marginibus membranaceis: valleculis univittatis - 111. Selinum
Semina dilatato-marginata: vittis commissuralibus abbreviatis clavatis 116. Heracleum
Petala acuminata arcuata - - - - - - - - - - 117. Angelica
incurva lutea. Semina evitt. Umbellulæ inæquales 113. Peucedanum

** *Involucro partiali, sed nullo universali*

Umbellæ partiales demum capitatæ. Semina connata. Petala radiantia 120. Oenanthe
plana. Sem. subconnata. Pet. æqual. 121. Phellandrium
Semen quodris sphæroïdeum. Vittæ commissurales unitæ - 122. Cicuta
hemisphæricum. Vittæ commissurales distantes 123. Æthusa
Semina tereti-elongata vittata - - - - - - - - - 124. Scandix
evittata - - - - - 125. Chærophyllum
plana bisculellæformia - - - - - - 126. Imperatoria

*** *Involucro utroque nullo nisi spurio univers.*

Semina valleculis univittatis, plana suborbicul. Pet. invol. 127. Pastinaca
oblonga. Petala carinata - 128. Carum
Semina multivittata ovata. Petala apiculo acuminato - 129. Pimpinella
oblongata. Petala apiculo obtuso - - 130. Apium
Semina evittata - - - - - - - - - - - - - 131. Ægopodium

3. Ord. Trigynia.

Corolla supera monopetala. Bacca monosperma - 132. Viburnum
trisperma - - 133. Sambucus
Corolla infera pentapetala. Capsula unilocular. Sem. papposa. 134. Tamarix

4. Ord. Tetragynia.

Nectaria radiata. Stigmata sessilia. Capsula semiquadriloc. 135. Parnassia
nulla. Styli bifidi. Capsula monolocularis - 136. Drosera

5. Ord. Pentagynia.

Calyx indivisus. Semen unicum - - - - - - - 137. Statice
Calyx 5-4phyllus. Capsula - - - - - - - - - - 138. Linum
Calyx decemfidus. Semina nuda - - - - - - - 139. Sibbaldia

Ord. Polygynia.

Calyx pentaphyllus. Petala quinque. Semina numerosissima 140. Myosurus

ORD. 1. MONOGYNIA.

66. ECHIUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 251. Juss. gen. p. 145. Gært. fr. 1. p. 326. t. 67.

Calyx quinquepartitus. Corolla aperta, subcampanulata, obliqua. Stamina patentia. Stigma bipartitum. Semina quatuor, crustacea, scabra, dorso carinata, basi imperforata adfixa. — *Herba asperrima.* — *Ord. nat.* 42. *Asperifoliæ ut generum sequentium* 8.

211. ECHIUM *vulgare:* caule herbaceo tuberculoso-hispido, foliis lineari-lanceolatis hispidis, spicis lateralibus pilosis approximatis, staminibus subexsertis. *Linn. svec. n.* 168. *syst. ed. Roem.* 4. p. 23. *it. scan.* p. 115. 177. 178. 198. *etc. gothl.* p. 164. *am. ac.* 8. p. 95. *Sv. Bot. t.* 274. *Flor. Dan. t.* 445. *Fries halland.* p. 40. *Wahlb. gothob.* p. 24. *Wahlenb. ups. n.* 124. *Videgren österg.* p. 27. *Aspegren bleking.* p. 15.

Hab. in arvis et campis Scaniæ et Gothlandiæ copiosissime; ceterum vix nisi in ruderatis Hallandiæ, Bahusiæ, Oelandiæ ad Thorslunda, Sudermanniæ, Ostrogothiæ, Uplandiæ etc. rarius; rarissime Gestriciæ in Lumsheden.

Radix biennis. Caulis strictus bipedalis et ultra, simplicissimus, angustus ut tota planta. Spicae laterales breves. Corollae circa foenisecium explicantur spectabiles cyaneae, quare planta Blekingis *Blåtistel*, aliis *Blåkunter*, etiam *Snokört*, *Vargtrut* etc.

67. LITHOSPERMUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 241. *Juss. gen.* p. 145. *Gærtn. fr.* 1. p. 327. t. 67.

Calyx quinquepartitus. Corolla infundibuliformis: tubo gracili. Semina quatuor, lapidea, dorso subcarinata, basi imperforata adfixa.

212. LITHOSPERMUM *officinale:* seminibus lævissimis, corollis calycem superantibus, foliis lanceolatis acutis venosis asperis. *Linn. svec. n.* 159. *syst. ed. Roem.* 4. p. 42. *it. gothl.* p. 289. *oel.* p. 70. 156. *vestgoth.* p. 33. *Sv. Bot. t.* 177. *Flor. Dan. t.* 1084. *Leche scan.* p. 22. (*Fries halland.* p. 39). *Wahlb. gothob.* p. 24. *Kalm bohusl.* p. 75. *Wahlenb. ups. n.* 125. *Bjerkand. Vet. Ac. Handl.* 1776. p. 80.

Hab in terra calcarea molliori præcipue ad calcis ustrinas insularum Gothlandiæ et Oelandiæ copiosissime, Scaniæ ad Söfdeborg etc., in ruderatis (Hallandiæ), Bahusiæ aliarumque regionum littoralium parcius, in insulis apricis Mæleri lacus (ubi solito major copia testacearum et ovorum) similibusque locis ad Venern ex. gr. Kinne-

kulle ejusque in strato lapidis suilli, et ad Vettern ex. gr. in Omberg passim.

Radix perennis, rubicunda. Herba pedalis et ultra, stricta. Flores circa solstitium aperti, parvi, albo-lutescentes. Semina ob nitorem et duritiem dicuntur svecice *Glansfrö*, *Stenfrö*, herba *Perlegräs*.

213. LITHOSPERMUM *arvense:* seminibus rugosis, calycibus longitudine corollæ: fructiferis patulis, foliis lanceolato-linearibus obtusiusculis aveniis strigosis. *Linn. svec. n.* 160. *syst. ed. Roem.* 4 *p.* 43. *lapp. n.* 73. *Sv. Bot. t.* 386. *Flor. Dan. t.* 456.

Hab. in agris secalinis arvisque provinciarum magis campestrium ubique frequenter, unde passim in regiones sylvestres pervenit usque in Dalecarliam superiorem et Vestrobottniam.

Radix annua, rubro-inquinans unde rusticis *Sminkrot* vel *Horletta*. Herba circiter pedalis. Flores albi vere et initio aestatis obvii. Semina sine nitore, plus minus grisea.

68. PULMONARIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 244. *Juss. gen. p.* 146.

Calyx quinquefidus, prismatico-pentagonus, demum campanulatus, sed in specie ultima quinquepartitus. Corolla infundibuliformis: fauce fasciculis quinque pilorum prædita (vel in spec. ult. glabra). Semina quatuor, dorso carineta, basi imperforata adfixa — vel crustacea in speciebus primis vel membranacea in spec. ult. — *Radix perennis; foliis radicalibus post florescentiam excrescentibus.*

214. PULMONARIA *officinalis:* calyce tubum corollæ æquante, foliis radicalibus petiolatis subcordatis scabris; caulinis ovatis acutis subamplexicaulibus. *Linn. svec. n.* 163. *syst. ed. Roem.* 4. *p.* 54. *it. oel. p.* 81. *scan. p.* 101. 134. *Sv. Bot t.* 135. *Flor. Dan. t.* 482. *Hartm. Vet Ac. Handl.* 1818. *p.* 123. *Bjerkand. ib.* 1776 *p.* 85. *Wahlenb. ib.* 1809. *p.* 217. *Samz. neric. p.* 25. *Aspegren bleking. p.* 15.

Hab. in nemoribus montosis provinciarum meridionalium et campestrium magis orientalium a Scania frondoso-sylvestri et Gothlandia usque ad Gestriciam, Nericiam meridionalem et Vestrogothiam

superiorem passim copiose; (sed haud adest versus mare occidentale supra Hallandsås, ne in Smolandia quidem adjacenti).

Herba vix pedem alta apud nos non maculata ut nomen *Lungört* mereatur. Flores sensim explicantur ineunte vere primum rubri, dein caerulescentes.

215. PULMONARIA *angustifolia*: calyce tubum corollæ æquante, foliis radicalibus sublanceolatis hirsutis; caulinis lanceolatis sessilibus. *Linn. svec. n.* 164. *syst. ed. Roem.* 4. *p.* 53. *Sv. Bot. t.* 544. *Fl. Dan. t.* 483. *Retz. Vet. Ac. Handl.* 1769. *p.* 246. *Zetterstedt res.* 1. *p.* 11.

Hab. in pratis collinis Gothiæ mediæ rarius: ut Scaniæ inter Sularp et Fogelsång, Smolandiæ orientalis ad Braås paroeciæ Sjösås prope Nottebäck, olim ad Vexiö in Solberget, Ostrogothiæ ad Omberg, Vestrogothiæ in latere montis Mösseberg et in Skaræ vivario parcius (itaque ad terminum occidentalem praecedentis speciei).

A praecedente differt tantum foliis angustis: stolonum s. radicis novem circiter lineas latis; caulinis vix plus quam quinque lineas. Altitudo herbae fere eadem ac praecedentis, vix pedalis. Flores quoque simillimi.

216. PULMONARIA *maritima*: seminibus membranaceis, calyce tubum corollæ æquante glabro, caule glaberrimo procumbente paniculato, foliis carnosis oblongis. *Linn. syst. ed. Roem.* 4. *p.* 56. *Flor. Dan. t.* 25. *Retz. diss. obs. bot.* 1. *p.* 10. *oec. p.* 565. *Wahlenb. lapp. n.* 102.

Lithospermum maritimum *Lehman asperif. p.* 291.

Hab. in littoribus glareosis maris occidentalis Bahusiæ septentrionalis rarius, ut in Lindö paroeciæ Tanum (*Forselles*) et Kålön paroeciæ Quille; copiosius vero ad mare septentrionale per Nordlandiam et Finmarkiam utramque usque ad fines Russiæ.

Radix subcarnosa, simplex, sed valde multicaulis. Herba tota carnosiuscula, valde glaucescens, unam alteramve pedem longa. Folia nunquam amplectentia, vix digito medio

latiora. Flores tribus lineis non longiores, dilute caerulei vel cyanei. Semina denique valde increscunt et calyce saltem duplo longiora fiunt. Fructus quoque in pedunculis fere capillaribus dependent.

69. SYMPHYTUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 245. Juss. gen. p. 146. Gaertn. fr. 1. p. 325. t. 67.

Calyx quinquepartitus. Corolla limbo campanulato superne coarctato quinquedentato; fauce radiis lanceolatis stamina aequantibus. Semina quatuor basi perforata.

217. SYMPHYTUM *officinale:* foliis ovato-lanceolatis scabris decurrentibus; omnibus alternis. *Linn. svec. n.* 165. *syst. ed. Roem.* 4. *p.* 64. *Sv. Bot. t.* 418. *Fl. Dan. t.* 664 *et* 1569. *Retz. oec. p.* 707. *Wahlb. gothob. p.* 25. *Wahlenb. ups. n.* 128.

Hab. ad piscinas et fossas prope urbes pagosque Scaniae passim, sed aliarum provinciarum campestrium et littoralium usque ad Bahusiam, Nericiam et Upsaliam rarius, forsan olim satum.

Radix perennis, teres, valde mucilaginosa unde empiricis svecis *Sligerot, Benvälla* (*Vällört, Vallört*), item *Svartrot, Fetrot* etc. Herba ex majoribus saepe bipedalis. Flores aestivales nutantes, violacei vel albi; radiis faucis limbo parum brevioribus.

70. LYCOPSIS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 250. Juss. gen. p. 146.

Calyx quinquepartitus, demum inflatus. Corolla tubo curvato; limbo brevi obliquo: fauce fornicibus obtusis fimbriatis clausa. Semina quatuor basi perforata.

218. LYCOPSIS *arvensis:* foliis lanceolatis denticulatis hispidis, calycibus tubo corollae brevioribus erectis. *Linn. svec. n.* 167. *syst. ed. Roem.* 4. *p.* 72. *Flor. Dan. t.* 455.

Anchusa arvensis *Lehman asperif. p.* 225.

Hab. inter segetes et olera totius fere Sveciae, Lapponia forsan excepta, ubique.

Radix annua. Herba tam hispida, ut Svecis *Åker-rast* dicatur, vix pedalis. Floresae stivales inconspicui, primum dilute violacei, dein magis cyanei. Stamina longe infra faucem posita curvaturam tubi efficere videntur.

71. ANCHUSA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 242. Juss. gen. p. 146. Gærtn. fr. 1. p. 322. t. 67. (Bugl.)

Calyx quinquefidus Corolla tubo subquinquangulo; limbo planiusculo: fauce fornicibus obtusis clausa. Semina quatuor basi perforata.

219. ANCHUSA *officinalis:* caule foliisque strigosis sublanceolatis undulatis, spicis imbricatis, bracteis subovatis, calycibus longitudine tubi corollæ. *Linn. svec. n.* 161 *syst. ed. Roem.* 4. *p* 89. *Sv. Bot t.* 280. *Flor. Dan. t.* 572. *Wahlenb ups. n.* 130. *Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 218. *Bjerkand. ib.* 1776. *p.* 83. *Samz. ner. p.* 24.

β. angustifolia et parviflora. *Web. hols.* — *Wallroth ann. p.* 27

* A. echii foliis et floribus. *Bromel. goth. p.* 6. *Wahlb. gothob. p.* 25.

Hab. ad agros et in ruderatis provinciarum magis campestrium a Scania et Gothlandia usque in Uplandiam, Nericiam et Hallandiam frequenter, ad Bjursås Dalecarliæ rarissime; *β* ad latera siccissima montium Vestrogothicarum ex. gr. ad Brattfors montis Kinnekulle.

Radix perennis tenax Gothlandis *Jernrot.* Herba saepe bipedalis. Folia lingvaeformia dicuntur Roslagis *Fåretungor*, rarius *Oxtunga.* Flores aestivales fere maximi hujus ordinis naturalis utpote fere semiunciam lati, plerumque saturate azurei: fornicibus albis.

72. CYNOGLOSSUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 243. Juss. gen. p. 147. Gærtn. fr. 1 p. 323. t. 67.

Calyx quinquepartitus. Corolla rotata: limbo concavissimo; fauce fornicibus pubescentibus clausa. Semina quatuor, depressa, latere interiore adfixa, demumque a styli apice pendula.

220. CYNOGLOSSUM *officinale:* seminibus glochidato-asperis, racemis ebracteatis, foliis oblongo-lanceolatis basi attenuatis acutis cano-pubescentibus, laciniis calycinis oblongis acutiusculis. *Linn. svec. n.* 162. *syst. ed. Roem.* 4. *p.* 74. *Sv. Bot. t.* 302. *Fl. Dan. t.* 1047. *Hartm. Vet. Ac. H.* 1818. *p.* 123.

β. flore albo. *Linn. it. oel. p.* 61.

Hab. in ruderatis et ad vias prope pagos regionum campestrium infra flumen Dalecarlicum frequenter; (sed abest in regionibus ferrimontanis ut ad Kroppa Vermlandiæ, Skinskatteberg Vestmanniæ, Smolandiæ occidentalis etc.)

Radix biennis. Folia attenuata cum tota planta virosi odoris etiam svecice *Hundtunga*. Caulis plerumque bipedalis, strictus. Corollae æstivales totae cum fornicibus suis primum luride rubrae dein sordide violaceae, calyce vix majores. Semina maxima hujus ordinis naturalis, male nota nomine svecico *Munk-löss*.

73. MYOSOTIS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 240. Juss. gen. p. 146. Gærtn. fr. 1. p. 328. t. 68. (Lapp.)

Calyx quinquefidus(-partitus in *Lappula*). Corolla limbo planiusculo quinquelobo: lobis emarginatis; fauce squamis glabris conniventibus. Semina quatuor, extrorsum planiuscula, marginata, prope basin penetrata, vel crustacea lævissima latere interno ceterum libera n. 221-223. — vel suberosa, glochidato-hispida latere interiore inferne adnata n. 224. 225. (*Lappula*). — *Herbae floribus minimis plerumque ebracteatis et tantum in spec. ult. bracteatis.*

221. MYOSOTIS *scorpioides*: seminibus lævibus, racemis ebracteatis, calycibus glabriusculis tubo brevioribus, caule patenter pilosiusculo. *Linn. syst. ed. Roem.* 4. *p.* 101. *Sv. Bot. t* 72. *Flor. Dan. t.* 583. *f.* 1. *Wahlenb. lapp. n.* 98.

M. scorpioides *β Linn. svec. n.* 157.

β. parviflora: pilis herbæ adpressis inconspicuis, calycibus tubo corollæ longioribus. *Wahlenb. ups. p.* 68.

M. cæspitosa *Schultz starg. suppl. p.* 11. *Link en. hort. ber.* 1. *p.* 165.

M. lingulata *Lehman asper. p.* 110. *Aspegr. bleking. p.* 14.

Hab. ad scaturigines et in pratis locisque graminosis subhumidis totius Sveciæ etiam alpinæ usque ad Nord-Cap ubique frequenter; *β* inter gramina densissima ex. gr. Upsaliæ.

Radix perennis, evidenter caespitosa. Herba plerumque pedalis. Corollae in hoc genere maximae, quamquam vix

lineas tres latae, planae, eximie coloratae: limbo primum subcarneo dein cyaneo, squamis faucis eleganter vitelliuis prominentibus; quare placent Svecis elegantioribus nomine *Förgåtmigej* (corrupte *Aijamej*), non item rusticis Nericiae *Fisködgon*. Scaniae *Fansögon*.

222. MYOSOTIS *arvensis*: seminibus lævibus, racemis ebracteatis, calycibus uncinato-pilosis ovatis pedunculatis, caule divergenter piloso. *Linn. it. oel.* p. 131. *syst. ed. Roem.* 4 p. 103. *Wahlenb. lapp* n. 99.
M. scorpioides *α Linn. svec. n.* 157.
β. grandiflora: radice subperennante *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1811. p. 160.
M. sylvatica *Ehrh. herb. n.* 31. *Regensb. bot. Zeit.* 1821. p. 307.
γ. parviflora: pedunculis brevioribus. M. intermedia *Link en. hort. ber.* 1. p. 164.
Hab. in arvis et ruderatis siccinsculis totius Sveciæ, Lapponia vix quidem excepta, frequenter; β in subalpinis Jemtlandiæ et sylvis fagineis Scaniæ alibique passim; γ in rupibus occultioribus ad sequentem accedens.

Radix annua, sed β subperennans. Herba tota pilis copiosis canescens, qui pili in calycis parte inferiore semina includente uncinati fiunt. Ceterum magnitudo plantae et floris variat; flos tamen semper magis inconspicuus quam in praecedenti specie. Calyx semper basi ovatus et pedicellis brevior differentiam quandam a sequente exhibet.

223. MYOSOTIS *stricta*: seminibus lævibus, racemis ebracteatis, calycibus uncinato-pilosis sublanceolatis subsessilibus pedicello longioribus strictis corollas subæquantibus. *Link enum. hort. berol.* 1. p. 164. *Roem. syst.* 4. p. 104. *Fries nov.* p. 84.
M. versicolor β *Lehman asperif.* p. 93.
β. versicolor: corollis majoribus initio lutescentibus. M. versicolor *Roem. syst.* 4. p. 105 *et* 777. *Rosén scan.* p. 59. n. 52. *Flor. Dan.* t. 583. *fig. dextr. Aspegren bleking.* p. 15.
Hab. in collibus sabulosis regionum campestrium Sveciæ temperatioris usque ad Upsala frequenter; dein rarius Dalecarliæ ad Säter, Lapponiæ Pit. ad Ischak

(*Læstadius*); β in calce formationis junioris Scaniæ raro, ut ad Limhamn infra Malmö, ad calcifodinam Bahlsbergensem supra Christianstad.

Radix annua et herba fere praecedentis, sed strictior. Inflorescentia inprimis omnium strictissima et angustissima, floribus fere sessilibus pedunculo communi demum adpressis.

224. MYOSOTIS *deflexa*: seminum marginibus membranaceis in lacinias glochidatas divisis, pedunculis deflexis subebracteatis (s. inferne bracteolatis), foliis oblongo-lanceolatis obtusiusculis hirsutis. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1810. *p.* 115. *t.* 4. *lappon. n.* 100. *Flor. Dan. t.* 1568. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 138. 140. 159. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 128. 129.
Echinospermum deflexum *Lehman asperif. p.* 120.
Hab. locis umbrosis subhumidis infra rupes ad radices alpium per Nordlandiam Norvegicam ex. gr. juxta Balsfjord paroeciæ Tromsöensis, ad Alten pluribus locis; etiam in convallibus profundioribus alpium Svecicarum ex. gr. in Njammats juxta Quickjock, ad Ischak Pitensium, et ad pagum Quedli et prope Portfjället Jemtlandiæ (semper cum Saxifraga Cotyledone) copiose.

Radix biennis, multicaulis, interdum perennis. Planta in summo septentrione M. scorpioidi tam similis ut sine fructu vix distingvi possit, magnitudine valde varians, sed plerumque major ceteris, bipedalis. Pedicelli quoque apud nos calyce multiplo longiores, ab insertione inde deflexi.

225. MYOSOTIS *Lappula*: fructibus glochidato-hispidis erectis subsessilibus bracteatis, calycinis laciniis tubo corollæ longioribus pilosis. *Linn. svec. n.* 158. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 749. *it. gothl. p.* 274. *Fl. Dan. t.* 692. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 125.
Echinospermum Lappula *Lehman asperif. p.* 121.
Rochelia Lappula *Roem. syst.* 4. *p.* 109. 781.
Lappula Myosotis *Moench meth. p.* 417.
Hab. in ruderatis et ad pagos provinciarum magis campestrium praecipue orientalium a Scania et Gothlandia usque ad Vestrogothiam et flumen Dalecarlicum frequenter.

Radix annua et unicaulis. Herba tota insigniter incano-pilosa, plerumque spithamam alta. Flores magis serotini; corollae dilute caerulescentes, calyce parum majores.

74. ASPERUGO.

Linn. gen. ed. Schr. n. 249. Juss. gen. p. 146.

Calyx quinquefidus compressus demum in fructu maximus: laciniis sinuato-dentatis. Corolla minuta: fauce squamis conniventibus: limbo lobis obtusis. Semina quatuor margine versus apicem styli quadrialati adnexa. — *Flores axillares.*

226. ASPERUGO *procumbens: Linn. svec. n.* 160. *syst. ed Roem.* 4. *p.* 111. *it. oel. p.* 127. *Flor. Dan. t.* 552. *Wahlenb. lapp. n.* 103. *Zetterstedt res.* 1. *p.* 239.
Hab. locis stercoratis, ad vias, domos per totam Sveciam, alpibus tantum et Smolandia occidentali exceptis, passim copiose.

Radix annua. Herba valde aspera, asperitie saltem in caule retrorsum versa adhaerens; alias varie diffusa Svecis nonnullis *Skråp* dicta. Corollae minimae, limbo caeruleo fauceque obscuriore insignes Svecis *Ormögon*. Calyx contra fructiferus maximus semiunciam latus ob figuram Svecis *Paddfot*.

75. DIAPENSIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 255. Juss gen. p. 151. Wahlenb. lapp. p. 58. t. 9.

Calyx quinquepartitus. extus squamis tribus calyculatus. Corolla hypocrateriformis: tubo cylindraceo longitudine calycis; limbo plano quinquefido. Filamenta tubum terminantia. Capsula trivalvis trilocularis: dissepimentis medio valvularum insertis; receptaculis e centro columnæ dependentibus polyspermis. — *Planta foliis sempervirentibus, pedunculis solitariis unifloris. — Ord. nat.* 29. *Bicornes γ. prope Epacrin pl. antarcticam.*

227. DIAPENSIA *lapponica: Linn. svec. n.* 169. *lappon. n.* 88. *t.* 1. *f.* 1. *syst. ed. Roem.* 4. *p.* 356. *Wahlenb. lapp. n.* 105. *t.* 9. *Sv. Bot. t.* 517. *Fl. Dan. t.* 47. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 104. *Hisinger jemtl. p.* 75.

Hab. locis elevatis siccis maxime vento expositis per alpes omnes tum elatas tum minus altas Jemtlandiæ et Lapponiæ usque ad NordCap et fines Russiæ ubique copiose.

Radix perennis ne dicam fruticulosa, apices sempervirentes supra terram elevans et in caespitem durum conjungens; pedunculis tantum annuis. Folia cauliculos totos basibus suis flavescentibus tegentia, lanceolato-lingvaeformia, vix linea una latiora. Pedunculus terminalis uncia una vix longior, bractea una vel altera stipatus. Corolla nivea, circiter quinque lineas lata.

76. PRIMULA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 258. Juss. gen p. 108. Gærtn. fr. 1. p. 233. t. 50.

Calyx tubulosus, quinquedentatus, demum capsulam includens. Corolla infundibuliformis; fauce patente. Capsula unilocularis, receptaculo libero centrali, demum dehiscens dentibus decem vel rarius quinque. — *Herba acaulis, radice perenni, foliis latioribus, scapo umbellifero, floribus insignibus svecice Hvifvor. Ord. nat.* 27. *Rotaceæ β. Preciæ.*

228. PRIMULA *veris:* foliis dentatis rugosis subtus hirsutis, floribus nutantibus, calycibus acutangulis, corollæ limbo concavo brevi. *Linn. svec. n.* 171. *α. syst. ed. Roem.* 4. *v.* 134. *Sv. Bot. t.* 5. *Flor. Dan. t.* 433. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 217. 1811. *p.* 27. 53. *Hartm. ib.* 1818. *p.* 129.

Hab. in pratis collinis provinciarum magis campestrium et littoralium a Scania usque ad Gestriciam superiorem frequenter, postea rarius ex. gr. ad Vattjom Medelpadiæ; sed non occurrit in montosis sylvestribusque regionibus interioribus ex. gr. Vermlandiæ, Smolandiæ occidentalis, nisi quæ formationi transitionis insideant ut Boda Dalecarliæ et Frösö Jemtlandiæ.

Radix svaveolens ut etiam flores. Folia circiter pollicem lata. Scapus spithamalis rarius pedalis. Calyx semiuncia longior. Corollae limbus valde concavus, vix quinque lineas latus. Flores hi mense frondescentiae colore flavo fulgentes notissimi Svecis *Gul-hvifva* (quasi *Gul-hufva*), etiam ob clavatam figuram *Oxlägg* vel potius *Yxlägg*, *St. Pers*

nycklar, *Maj-nycklar*, Gestriciis *Sempertupp* (i. e. Sippatuppor); Gothlandis *Gök-blommor*, Blekingis *Käringtand*.

229. PRIMULA *elatior*: foliis dentatis rugosis utrinque hirsutis, floribus erectiusculis, calycibus acutangulis, corollae limbo plano. *Linn. syst. ed. Roem.* 4. *p.* 136. *Flor. Dan. t.* 434.
P. veris β *Linn. svec. n.* 171. *Leche scan. p.* 3 *n.* 12.
Hab. in Scania maxime campestri ad Öfvedskloster (*Leche*) et Lundinum aliquando parcissime (*Fries*).
Praecedenti simillima, sed svaveolentiae expers, et corollae limbus latior, pallidior.

230. PRIMULA *farinosa*: foliis oblongo-cuneatis crenatis subtus farinosis, umbella multiflora; pedunculis patentibus, corollæ limbo plano longitudine fere tubi. *Linn. svec. n.* 172. *syst. ed. Roem.* 4. *p.* 141. *it. oel. p.* 39. 61. 65. 146. *vestgoth. p.* 76. *scan. p.* 67. 68. *Sv. Bot. t.* 442. *Flor. Dan. t.* 125. *Samz. neric. p.* 25. *Wahlenb. ups. n.* 140. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 129. *Bjerkand. ib.* 1776. *p.* 80.
* exscapa. *Ahlquist runst. p.* 10.
β. stricta: foliis longioribus subtus nudiusculis, umbella pauciflora stricta, limbi laciniis tubo dimidium brevioribus. *Wahlenb. lapp. n.* 107. *Zetterstedt res.* 1. *p.* 176. 259.
P. stricta *Hornem. Flor. Dan.* 8. *t.* 1385. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 129 145.
Hab. in pascuis campestribus uliginosis formatione transitionis fundatis Gothlandiæ, Oelandiæ, Scaniæ, Vestrogothiæ magis orientalis, Ostrogothiæ et Nericiæ frequentissime; etiam in aliis regionibus campestribus margaceis orientalibus ex. gr. Uplandiæ, Dalecarliæ passim; sed in magis occidentali Svecia valde rarescit et in montosis septentrionalibus non reperitur nisi formatione transitionis fundatis ut Frösö Jemtlandiæ; β in graminosis inferalpinis subhumidis Finmarkiarum et Nordlandiæ passim, unde alpes meridionaliores transscendisse videtur in Lapponiam infra Torneåträsk et Jemtlandiam rarius.
Folia parva vix quatuor lineas lata et unciam longa. Sca-

pus spithamalis. Calyx vix duas lineas longus, etiam farinosus. Corollae limbus fere semiunciam latus, primum purpurascens, dein lilacinus. Ob colorem insignem satis noti sunt hi flores nomine svecico *Blå-hvifvor*, etiam *Blå-Majhvifvor*; Rusticis Uplandiae *Lärkeblomster*, Roslagiae *Svalblomster*, Nericiae *Liljor*, Blekingiae *Mjölört*.

β parum differt foliis minus farinosis, floris tubo longiore magnitudinem dimidiam limbi absorbente, quod quidem fieri potest in his locis, ut generatio in tubo praecipue sita eo melius succedat.

251. PRIMULA *finmarkica*: foliis ovatis integerrimis petiolatis glaberrimis, umbella subtriflora stricta, corollæ limbo plano: laciniis tubo longioribus. *Willden. spec. pl.* 1. *p.* 806. *Roem. syst.* 4. *p.* 144. *Sv. Bot. t.* 550.

P. integrifolia *Gunner norv. n.* 154. *Flor. Dan. t.* 188 minus bona. (*et t.* 1511).

Hab. locis uliginosis cæspitosis ad littora maris præcipue insularum humiliorum per Finmarkiam utramque passim ex. gr. ad Hasvig et Talvig Altensium, in Maasö, in Thamsö Porsangriæ, in Vardö, in Rhenö sinus Pasvigensis (*Deinböll*).

Praecedenti quoque affinis, sed abunde diversa. Tota tam tenuis, ut etiam radix potius annua quam perennis esse videatur. Folia etiam hinc petiolis scapo fere angustioribus instructa, ceterum glaberrima, tenuia, rarius semiunciam lata. Scapus plerumque digitum longus. Involucrum diphyllum latere interiore adnatum. Calyx etiam glaberrimus sine omni indicio farinae. Corollae tubus calyce vix longior, sed limbus semiunciam latus ejusdem coloris ac in praecedente. — P. egalliccensis Flor. Dan. t. 1511: differt tantum fere ut P. stricta a P. farinosa, et status magis macer alpinus forsan etiam masculinus esse videtur.

77. ANDROSACE.

Linn. gen. ed. Schr. n. 257 *Juss gen. p.* 108. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 232. *t.* 50.

Calyx quinquefidus, patens. Corolla hypocrateriformis: fauce contracta, tuberculis subclausa. Capsula ovata, unilocularis, dentibus quinque dehiscens; receptaculo centrali libero. — *Herba acaulis*; *foliis radicalibus*;

scapo umbellifero, floribus fructu minoribus albis. Radix nisi in alpibus annua. — Ord. nat. 27. Rotaceæ, sectio Preciæ.

232. ANDROSACE *septentrionalis:* foliis lanceolatis dentatis scabriusculis basi attenuatis, umbella multiflora stricta, calyce glabro corollæ laciniis breviore. *Linn. svec. n.* 170. *syst. ed. Roem.* 4 *p.* 153. (*lapp. n.* 78?) *it. oel. p.* 56. 57. 72. *scan. p.* 95. 109. *Sv. Bot. t.* 483. var. integr. *Flor. Dan. t.* 7. *Wahlenb. ups. n.* 141. *Vet. Ac. Handl.* 1805. *p.* 120. *Fries nov. p.* 118. *Forsand veg. scan. p.* 14. *Aspegren bleking. p.* 15.

* exscapa. *Ahlquist runst. p.* 10.

Hab. locis glareosis elatis in provinciis maxime campestribus orientalibus ut: Oelandiæ in landtborgen et Alfvaren frequenter, Gothlandiæ in Fåröen et ad Burs, Slite, Wisby, Scaniæ orientalis ad Risberga paroeciæ Åsum, Balsberg et ad Vidtsköfle, Kåseberga, proximæque Blekingiæ, Uplandiæ in jugo glareoso Upsaliensi et insulis similibus lacus Mäleri usque ad Strengnäs, Ostrogothiæ et Vestrogothiæ in montibus transitionis calcareis copiose (ubi sicut in Oelandiæ locis similibus sæpe exscapa; sed abest omnino magis occidentem versus).

Foliorum rosula unciam unam alteramve lata. Scapus circiter spithamalis, pedunculis florum uncialibus. Corollae albae vernales mense frondescentiae explicatae, paullo minores calyce fructifero semen cannabinum aequante.

78. HOTTONIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 265. *Juss. gen. p.* 107. *Gærtn. fr.* 3. *p.* 106. *t.* 198.

Calyx quinquepartitus. Corolla hypocrateriformis. Stamina lobis corollæ opposita, extra faucem prominentia. Capsula globosa evalvis unilocularis; receptaculo centrali libero. — *Herbae aquaticae foliis submersis; scapo floribus verticillatis. — Ord. nat. 27. Rotaceae, sectio Preciae.*

233. HOTTONIA *palustris:* floribus verticillatis pedunculatis. *Linn. svec. n.* 174. *syst. ed. Roem.* 4.

p. 176. *it. oel. p.* 14. 32. 36. *Sv. Bot. t.* 603. *Fl. Dan. t.* 487. *Samz. neric. p.* 25. *Wahlenb. ups. n.* 142.

Hab. in rivis humo atra fundatis per Sveciam meridionaliorem frequenter, usque ad Näset Vermlandiæ, Nericiam et Upsaliam passim parcius.

Radix perennis, oblique, repens. Folia pectinatim pinnatifida: laciniis subfiliformibus, integerrimis. Scapus vix pedalis; verticillis saepe quinque. Corollae post solstitium explicantur, albae rosea quadam tinctura insignes (svecice *Vatten violer* vel *Vatten Rölleka*), eodem modo ac Primularum subdioicae: staminibus plantarum mascularum omnino exsertis, contra pistillo feminearum magis prominente. Pedunculi fructiferi recurvati.

79. LYSIMACHIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 267. *Juss. gen. p.* 107. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 229. *t.* 50.

Calyx quinquepartitus. Corolla rotata: limbo concavo quinquepartito; laciniis acutis. Capsula globosa, unilocularis, quinquevalvis; receptaculo centrali libero. *Herbae foliis oppositis, radice perenni. — Ord. nat.* 27. *Rotaceae.*

234. LYSIMACHIA *vulgaris:* racemis paniculatis terminalibus, foliis oblongo-lanceolatis subternis. *Linn. svec. n.* 175. *syst. ed. Roem.* 4. *p.* 120. *Sv. Bot. t.* 345. *Flor. Dan. t.* 689. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 41.

Hab. ad ripas lacuum, fluviorum et paludum præcipue nemorosas totius Sveciæ, Lapponia et consimilibus provinciis tantum exceptis, frequenter.

Herba spectabilis, bipedalis et ultra; foliis quodammodo salicinis unde nonnullis svecice *Videgräs*. Calyx margine croceo glandulari. Corollae ad foenisecium et postea explicatae, ex flavo fulvoque splendentes, Svecis *Gullspiror*.

235. LYSIMACHIA *thyrsiflora:* spicis ovatis pedunculatis in axillis foliorum inferiorum lanceolatorum. *Linn. svec. n.* 176. *syst. ed. Roem.* 4. *p.* 123. *Flor. Dan. t.* 517. *Wahlenb. lapp. n.* 111.

Hab. in rivulis et paludibus, locis limosis, per totam Sveciam præcipue sylvaticam et montanam usque in Lapponiam inferiorem frequenter.

Caulis simplicissimus, strictus, circiter pedalis. Folia lata basi attenuata, exacte sese decussántia. Spicae in medio caule oppositae post solstitium florentes, eleganter flavae et croceo-punctatae. Calycis et corollae laciniae lineares conniventes, staminibus et pistillo breviores.

236. LYSIMACHIA *Nummularia:* pedunculis unifloris axillaribus; foliis petiolatis orbicularibus, caule repente glabro. *Linn svec. n.* 177. *syst. ed. Roem.* 4. *p.* 128. *it scan. p.* 141. 179. 280. *Flor. Dan. t.* 493. *Leche scan. p.* 3. *n.* 13. *Fries halland. p.* 41. *Wahlb. gothob. p.* 26.

Hab. in pratis subhumidis passim inundatis sive ad mare sive ad lacus majores ipso vix elevatiores: ut Scaniæ passim ex. gr. ad Cimbrishamn, Segeflod prope Malmö, Heckeberga, Öfvedskloster, Bjäresjöholm, Ystad; Hallandiæ australis ad Hasslöf etc., Bahusiæ ad Liseberg, Gothlandiæ ad Wisby, Oelandiæ rarius, Nericiæ ad Kräklinge, Upsaliæ in prato regio et versus Flötsund copiose.

Caulis compresso-quadrangulus. Folia ad radicem omnino orbicularia, sed versus apicem caulis subovata. Pedunculi longitudine fere foliorum. Calycis laciniae eximie cordatae. Corollae sub foenisecio explicatae, foliis majores, flavae, serratae. Stamina fere ut in specie prima conniventia.

80. ANAGALLIS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 270. *Juss. gen. p.* 107. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 230. *t.* 50.

Calyx quinquepartitus. Corolla rotata; laciniis limbi suborbiculatis Capsula globosa, circumscissa, unilocularis; receptaculo libero. Semina plurima. — *Herba foliis oppositis; pedunculis axillaribus.* — *Ord. nat.* 27. *Rotaceae.*

237. ANAGALLIS *arvensis:* foliis ovatis subtrinervibus, caule subprocumbente. *Linn. svec. n.* 178. *spec. pl. ed.* 2. *p.* 211. *it. gothl. p.* 174. 272. *scan. p.* 170. 209. *Sv. Bot. t.* 123. *Flor. Dan. t.* 88. *Ahlquist runst. p.* 10. *Leche scan. p.* 22. *n.* 9. *Fries halland. p.* 41. *Wahlb. gothob. p.* 26. *Zetterstedt res.* 1. *p.* 11. *Kalm bohusl. p.* 123. 129. *Bjerkand. Vet. Ac. Handl.* 1776. *p.* 80.

A. phoenicea. *Roem. syst.* 4. *p* 116.
β. cærulea: major, erectior, flore cæruleo. *Trattinn. oest. p.* 129. *Regensb. bot. Zeit.* 1820. *p.* 112. 678. 1821. *p.* 15.
A. cærulea *Roem. syst.* 4. *p.* 117. *Fries nov. p.* 48. *Flor. Dan. t.* 1570.
Hab. in arvis siccioribus regionum formatione transitionis fundatarum Gothlandiæ, Oelandiæ et Scaniæ ubique frequenter, Vestrogothiæ in Kinnekulle rarius et Ostrogothiæ pariter in Gärstad, Alfvastra; ceterum vix nisi in maritimis Hallandiæ, Blekingiæ, Bahusiæ etc. *β*. Scaniæ rarissime ad Flädje.

Radix annua. Herba quodammodo similis Stellariae mediae, sed floribus cinnabarinis, unde Scanis *Röd-aris* (Danis *Röd-arild*, Islandis *Arhi*, Færoensibus *Arvi*) i. e. *Röd-Arve*. Magnitudine valde variat, sed plerumque spithamalis; tota glaberrima. Folia ungue digiti minimi vix majora, subtus nigro-punctata. Pedunculi foliis saltem duplo longiores. Corolla circiter quatuor lineas lata, non nisi sub meridiem aperta, aestivalis. Capsula magnitudine grani piperis. — *β* vix differt nisi colore caeruleo corollae.

81. CHAMÆLEDON.

Link hort. ber. p. 210. Azaleæ spec. *Linn.* - *Gærtn fr* 1. *p* 301. *t*. 63.

Calyx quinquepartitus. Corolla urceolata quinquefida æqualis. Stamina basi corollæ inserta, æqualia, recta; (antheris in longum dehiscentibus). Capsula trivalvis trilocularis: dissepimenta e marginibus valvularum. Semina numerosa. — *Fruticulus sempervirens, floribus fasciculatis. Ord. nat.* 29. *Bicornes* γ *prope Diapensiam*.

258. CHAMÆLEDON *procumbens*: trunco depresso, foliis margine revolutis oblongis subtus albidis. *Link hort. berol.* 1. *p.* 210.
Azalea procumbens *Linn. svec. n.* 179. *lapp. n.* 90. *t* 6. *f.* 2. *Flor. Dan. t.* 9. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 134. *Hising. dal. p.* 23.
Loiseleuria procumbens *Roem. syst.* 4. *p.* 353. *n.* 705.

Hab. locis elatis siccis perflatis in alpibus omnibus nostris præcipue inferioribus et exterioribus a Transtrand Dalecarliæ usque ad fines Russiæ trans Finmarkiam vulgatissime.

Fruticulus noster semper depressus svecice *Krepling*. Folia linea vix latiora, sed sesquitertiam lineam longa (sine petiolo). Pedunculi longitudine foliorum. Calyx intense rubet. Corolla foliis brevior rosea. Stamina semper inclusa, corolla fere duplo breviora. Capsula semine Cannabis minor. — Ab hac planta ut nobis videtur non potest non specie differre Ch. buxifolium ramis erectis, foliis ovalibus planis, floribus albis, staminibus exsertis, capsulis duplo angustioribus: valvulis semper acuminatis, nunquam apice bifidis.

82. CONVOLVULUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 287. Juss. gen. p. 149. Gærtn. fr. 2. p. 247. t. 134.

Calyx quinquefidus. Corolla infundibuliformis, patentissima, ante explicationem spiraliter contorta plicataque, indivisa. Stigmata duo. Capsula bilocularis: loculamentis dispermis: semine tantum uno alterove maturescente magno; embryone contortuplicato. — *Herbae lactescentes volubiles (svecice Vinda vel Vindelört), radice perenni Ord. nat.* 23. *Campanacearum, sed semine Ord. n.* 33. *Columniferarum.*

239. CONVOLVULUS *arvensis:* foliis sagittatis utrinque acutis, pedunculis teretibus subunifloris: bracteis linearibus remotis a calyce obtuso. *Linn. svec. n.* 181. *syst. ed. Roem.* 4. *p.* 256. *it. oel. p.* 56. 253 *Sv. Bot t.* 341. *Flor. Dan. t.* 459.* *Wahlb. gothob. p.* 26 *Samz. neric. p.* 25. *Wahlenb. Vet Ac. Handl.* 1809. *p.* 218. *Bjerkand ib.* 1776. *p.* 85

Hab. in agris et arvis provinciarum magis campestrium et littoralium a Scania ad Bahusiam, Vestrogothiam, Nericiam et Uplandiam frequenter, dein tantum ad littora maris hinc inde usque ad Sundsvall

Herba variae longitudinis, svecice *Åkervinda*, rarius *Drabinda, Löfbinda, Snarbinda* etc. Folia infima saepe ovata. Pedunculi foliis longiores. Flores post solstitium explicati, pollicem lati, non parum svaveolentes, ex roseo albi

cantes, radiis subtus magis rubentibus venuste picti (Svecice *Manschett-blommor* vel rusticis *Jungfru-sårkar*).

240. CONVOLVULUS *sepium:* foliis cordato-hastatis postice truncatis, pedunculis subtetragonis unifloris; bracteis cordatis calycem acutum includentibus. *Linn. svec. n.* 182. *Sv. Bot. t.* 514. *Flor. Dan. t.* 458. *Kalm bohusl. p* 125. 129. 158. 221. *Wahlb. gothob. p.* 26. *Fries halland. p.* 41. *Aspegren bleking. p.* 17. *Wahlenb. ups. n.* 150. *Carlss. strengn. p.* 14.
Hab. ad littora maris Bahusiæ, Hallandiæ borealis, Scaniæ ad Landskrona, Blekingiæ etc. passim, nec non ad ripas lacus Mæleri prope Upsaliam et Strengnesiam copiose.

Herba major præcedenti, caule saepe pennam gallinaceam crasso, svecice *Skogsvinda* Folia infima subcordata. Pedunculi longitudine petiolorum. Flores media aestate explicati, bis pollicem lati, albissimi. Capsulas apud nos non vidi.

83. POLEMONIUM.

Linn. gen. ed Schr. n. 289. *Juss. gen. p.* 152. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 299. *t.* 62.

Calyx urceolatus quinquefidus. Corolla rotata; valvis staminiferis tubum claudentibus. Stigma tripartitum. Capsula supera intra calycem persistentem, trilocularis, apice trifariam dehiscens: valvis medio septiferis. Semina axi adfixa. — *Herbae foliis pinnatis. Ord. nat.* 23. *Campanaceis quodammodo accedens.*

241. POLEMONIUM *cæruleum:* floribus erectis, calycibus corollæ tubo longioribus. *Linn. svec. n.* 183. *syst. ed. Roem.* 4. *p.* 364. *Sv. Bot. t.* 309. *Flor. Dan t.* 255. *Wahlenb. lapp. n.* 113. *Hagström jemtl. p.* 149. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 96. *Hisinger jemtl. p.* 73. *Zetterst. res.* 2. *p.* 208. 110. 68.
Hab. in pratis udis et ad ripas fluviorum prope finem orientalem alpium summarum in districtu Fælles dicto adjacenteque Finmarkia et Laponia Kemensi Tornensique vulgatissime usque ad Kiexisvara descendens et prope Evenäs Nordlandiæ; ad alterum finem alpium celsissimarum in Jemtlandia planiori locis siccioribus minus frequenter occurrit, exindeque in Alnön Medelpadiæ et Hernösand pervenisse videtur.

Radix perennis. Herba bi- vel tripedalis; caule ter
Folia caulina plura; petiolo (v. rachi) circiter digitalis lon
tudinis: foliolis ovato-lanceolatis, vix sesquitertia linea lat
ribus. Paniculae pedunculi et calyces semper pubescent
Corolla plus quam semiunciam longa, aestivalis, elegan
caerulea praecipue intus in fundo ex aureo splendens, u
planta Jemtlandis *Blågull*, aliis etiam *Kosjuss.* Caps
calyce paullo brevior, quatuor lineas longa.

84. CAMPANULA.

Linn. gen. ed. Schr n. 290. *Juss. gen. p.* 183. *Gartn. fr.* 1. *p.* 153. *t.* 31

Calyx quinquepartitus. Corolla campanulata; valvis s
miniferis callum nectarinum germinis obtegentib
Stigma tripartitum. Capsula infera, trilocularis, (
hiscens valvulis dissepimento contrariis foramina t
lateralia efficientibus ad apicem in speciebus stri
angustifoliis n. 242-245. ad basin in speciebus dem
nutantibus n. 246-251. — *Herbae lactescentes fo*
simplicibus indivisis; angustioribus plerumque glab
n. 242-246. *latioribus hirsutis n.* 247-251. *Ra*
plerumque perennis. Ord. nat. 23. *Campanace*

242. CAMPANULA *persicifolia:* foliis radicalibus s
ovalibus; caulinis lanceolato-linearibus subserr
caulibusque glaberrimis simpliciter racemosis,
ciniis calycinis lanceolatis patulis. *Linn. svec.*
187. *syst. ed. Roem.* 5. *p.* 106. *Fl. Dan. t.* 10
Wahlenb. Vet. Ac. Handl. 1811. *p.* 33.
β. fructu hispido. *Wahlenb. carp. p.* 60.

Hab. in collibus nemorosis et lapidosis, dumetis
Sveciam temperatiorem magis campestrem ubi
frequenter; in montosis sylvestribusque regioni
rarius usque ad Uddeholm Vermlandiæ, Skinska
berg Vestmanniæ, Djurmo Dalecarliæ et Sunds
Medelpadiæ; *β* in Gäddersta äng ad Söderköping

Radix fibrosa. Folia ad radicem primum subovata vel
valia, sed caulina vix duabus lineis latiora, marginibus
flexis. Caulis tripedalis et ultra, strictus, inferne angula
Corollae eximie campaniformes, insigniter caeruleae, m
mae, saepe plus quam unciam longae, post solstitium
plicatae. Capsulae semiunciam longae et quatuor lineas la

245 CAMPANULA *patula:* foliis subuniformibus lanceolato-ligulatis emarginatis crenulatis, adnatis cauli angulato patenter paniculato, corollis patentissimis, laciniis calycinis subulatis erectis. *Linn. svec. n.* 186. *syst. ed. Roem.* 5 *p.* 103. *Flor. Dan. t.* 375. *Zetterst. res.* 2. *p.* 221. *Hising. verml. p.* 10.
C. decurrens *Linn. spec. ed.* 1. *p.* 163. *svec. ed.* 1. *n.* 178.
C. patula β decurrens *Decand. fl. franc. n.* 2836.
β pilosa, caule minus angulato.
C. patula *Decand. fl. franc. Videgr. østerg. p.* 28.
Hab. in pratis Sveciæ mediæ sylvaticæ magis orientalis, ut Dalecarliæ inferioris usque ad Bjursås et Sjugare. Gestriciæ totius, Vestmanniæ superioris supra Ramsberg, Gislarbo et Bovallen copiose, Roslagiæ rarius; β in orientali parte sylvæ Hålveden inter Smolandiam et Ostrogothiam frequenter, unde ad Norrköping prope Lötaborg, ad Kettilsta, Björsäter etc. nec non ad Åtvedaberg usque ad Gissebo paroeciæ Hjorthed passim.
Radix biennis, fibrosa. Caulis circiter tripedalis, strictus. Folia basi dilatata. Paniculae rami eximie patentes interdum ad basin fere angulo recto. Corollae basi angustatae, sursum patentissimae, violaceae, aestate posteriore exhibitae. Capsulae vix quinque lineas longae et pennam anserinam crassae.

246 CAMPANULA *Rapunculus:* foliis lanceolatis subintegerrimis sessilibus, caule subsimplici racemoso, corollis patentibus, radice fusiformi. *Linn. syst. ed. Roem.* 5 *p.* 105. *Sv. Bot. t.* 629. *Fl. Dan. t.* 1326. *Fries nov. p.* 85. *Bieberst. cauc.* 3. *p.* 138.
Hab. in pratis clivosis convallis juxta Belteberga Scaniæ occidentalis copiose.
Radix biennis, fusiformis, digitum crassa, alba, carnosa Svecis *Åkta Rapunzel.* Caulis bi- vel tripedalis, parum angulatus, strictus, superne simpliciter racemosus. Folia subtiliter crenulata, basi angustata, circiter biuncialis longitudinis. Flores violacei, serotini. Ceterum tota planta supra terram praecedenti speciei admodum similis.

245. CAMPANULA *uniflora:* caulibus unifloris, foli omnibus sublanceolatis crenatis, fructibus ad apice dehiscentibus corolla majoribus membranaceo-angı latis ciliatis, laciniis calycinis dilatatis corolla dup triplove brevioribus. *Linn. svec. n.* 185. *lapp.* 85. *t.* 9. *f.* 5. 6. *syst. ed. Roem.* 5. *p.* 89. (adjunc C. Gieseckiana non diversa). *Wahlenb. lapp. n.* 11 *Sv. Bot. t.* 526. *Flor. Dan. t.* 1512. *Læstadii Vet. Ac. Handl.* 1822. *p.* 541.

Hab. in lateribus declivis herbosis alpium haud proc a glaciebus maximis jugi centralis. ut in Lappo nia Lulensi ad Virih-jaur pluribus locis copios in Lapponia Tornensi Pitensique proximis rarius

Radix simpliciuscula, eximie multicaulis. Caules flore tes digitales, sed fructiferi fere spithamalis longitudinis. F lia etiam caulina saepe tres lineas lata. Corolla omnium m nima vix tres lineas longa, intense azurea, serotina. Ca sula omnino erecta, semiunciam longa et pennam anserina crassa, unde patet hanc speciem praecedentibus longe af niorem esse quam sequentibus.

246. CAMPANULA *rotundifolia:* foliis radicalibus re niformibus denticulatis; caulinis linearibus integeı rimis caulibusque glabris multifloris, calycinis lac niis subulatis stamina æquantibus. *Linn. svec.* 184. *syst. ed Roem.* 5. *p.* 94. *Sv. Bot. t.* 297. *F Dan. t.* 1086. *Wahlenb. lapp. n.* 115.

β. linifolia. *Linn. lapp. n.* 84. *it. gothl. p.* 22 *Flor. Dan. t.* 189.

γ. parviflora *Fl. Ups. p.* 78. *Fl. Dan. t.* 855.

Hab. in pratis et pascuis siccioribus totius Sveciæ e iam alpinæ ubique copiose; *β* in alpibus et Gotl landia; *γ* in scopulis lacus Mäleri.

Radix valde multicaulis. Folia radicalia ungue digiti m nimi vix majora, caulina suo caule saepius non latiora. Ca lis plerumque pedalis. Flores latitudine digiti minoris circiter octo lineas longi, initio aestatis conspicui et n tissimi Svecis *Ångklåckor*, rusticis saepius *Blåklåcko* Scanis *Öronklåckor*. Capsula omnium brevissima, sesqı tertia linea neque longior neque latior.

247. CAMPANULA *rapunculoides:* foliis cordato-lanceolatis petiolatis scabro-canescentibus; superioribus sessilibus, caule composito racemifero: floribus secundis cernuis ciliatis, calycibus reflexis serrulatis. *Linn. faun. svec. app. p.* 557. *syst. ed. Roem.* 5. p. 120. *Sv. Bot. t.* 369. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1327. *Ahlquist runst. p.* 11. *Wahlenb. ups. n.* 154. *Nov. Act. Ups. VIII. p.* 214. *Wahlb. gothob. p.* 27.

Hab. in arvis præcipue margaceis provinciarum magis campestrium et littoralium ut Scaniæ, Gothlandiæ et Oelandiæ passim, Upsaliæ copiose, Nericiæ, Hallandiæ, Bahusiæ etc. rarius, etiam Dalekarliæ ad Bjursås lecta.

Radix repens fibrosa, unde svecice *Oäkta Rapunzel.* Planta plerumque scabritie brevi canescente adspersa, saepe bis pedem alta. Racemus demum longissimus; floribus saepe ultra triginta, sub foenisecio et postea exsertis, violaceis, magnitudine unciæ.

248. CAMPANULA *Trachelium:* foliis cordatis acuminatis scabris; petiolis caulem angulatum efficientibus, pedunculis axillaribus subtrifloris erectiusculis, laciniis calycinis attenuatis hispidulis, corollis barbatis. *Linn. svec. n.* 189. *syst. ed. Roem.* 5. *p.* 120. *Flor. Dan.* 6. *t.* 1026. *Wahlb. gothob. p.* 27. *Samz. neric. p.* 26. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 123.

Hab. in dumetis et nemoribus Sveciæ magis campestris a Scania ad Bahusiam, Nericiam et Uplandiam septentrionalem frequenter.

Herba ex maximis hujus generis saepe tripedalis, foliis scabris fere Urticae (Svecis Nericiae *Nässelklocka*), caule eximie angulato (*Kantklocka*). Pedunculi pauci, saepe non ultra sex. Corolla ante explicationem pilis nonnullis barbata, ad foenisecium aperta, violacea, unciam longa.

249. CAMPANULA *latifolia:* foliis ovato-lanceolatis in petiolum planum decurrentibus scabriusculis, caule tereti, pedunculis axillaribus unifloris, laciniis calycinis glaberrimis erectis, corollis ciliatis. *Linn. svec. n.* 188. *syst. ed. Roem.* 5. *p.* 119. *it. gothl. p* 304. *vestgoth. p.* 27. 74. 204. *Sv. Bot. t.*

272. *Flor. Dan. t.* 782. *Bjerkand. Vet. Ac. Handl.* 1776. *p.* 80. *Wahlenb. ups. n.* 156.

β. flore albo. *Wahlenb. lapp. n.* 116. *Flor. Dan. t.* 85. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 97.

Hab. in nemoribus ad radices rupium per Gothiæ plerasque provincias passim usque ad Bahusiam, Vestrogothiam (præcipue formationis transitionis copiose), etiam ad Upsaliam prope lacum Mæleri; *β* ad radices alpium Nordlandiæ meridionalioris infra Salten, unde etiam in Jemtlandiam pervenisse videtur.

Herba glabrior et mollior proximis, saepe tripedalis. Folia latitudine praecipue petiolorum insignia. Pedunculi patentes, nudi. Corollae sub foeniseçio apertae, violaceae, ultra unciam longae.

250. CAMPANULA *glomerata:* scabriuscula, foliis petiolatis ovato-lanceolatis serrulatis, floribus lateralibus sessilibus terminalibusque conglomeratis. *Linn. svec. n.* 190. *syst. ed. Roem.* 5. *p.* 124. *it. gothl. p.* 196*. *scan. p.* 306. *am. ac.* 8. *p.* 95. *Flor. Dan. t.* 1328. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1805. *p.* 120. *Fries halland. p.* 42.

Hab. in pratis duris collinis inprimis provinciarum littoralium Gothlandiæ, Scaniæ, Hallandiæ, Sudermanniæ, Roslagiæ, Gestriciæ maritimæ passim copiose; rarius ad Skinskatteberg Vestmanniæ.

Herba proximis minor saepe tantum pedalis. Flores quoque praecipue angustiores, sed in fasciculum terminalem spectabilem collecti (Svecis *Toppklockor*, Roslagis *Mosis rosor*), nitide violacei, ad foenisecium conspicui.

251. CAMPANULA *Cervicaria:* hispida, foliis sessilibus lanceolato-linearibus undulatis dentatis, floribus lateralibus sessilibus terminalibusque conglomeratis, calycis sinubus reflexis, stylo exserto. *Linn. svec. n.* 191. *syst. ed. Roem.* 5. *p.* 127. *it. oel. p.* 115. *vestgoth. p.* 115. *Flor. Dan. t.* 787. *Samz. neric. p.* 26. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 214. *Fries halland. p.* 42. *Ahlquist Vet. Ac. Handl.* 1821 *p.* 295. *Forsand. veg. scan. p.* 12. *Videgren östergr. p.* 28.

Hab. in pratis asperis sylvestribus præcipue regionum interiorum Sveciæ mediæ, ut Vermlandiæ ad Bada et Uddeholm, Vestrogothiæ ad Borås etc., Nericiæ ad Lerbäck, Vestmanniæ ad Skinskatteberg etc., rarescit magis in Gothlandia, Oelandia infra Resmo, Scania septentrionali et Hallandia.

Herba angustior sed altior, bipedalis et ultra, eximie hispida sed succosior; pilis pellucidis fragilibus. Flores quoque saturate caerulei, magis serotini, calyce succoso stipati, stylum crassum longumque exserentes.

85. SAMOLUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 294. Juss. gen. p. 109. Gærtn. fr. 1. p. 146. t. 30.

Calyx quinquefidus, semi-inferus, persistens. Corolla hypocrateriformis; tubo brevissimo; limbo plano quinquepartito: lacinulis quinque filiformibus introflexis e sinubus limbi. Stamina laciniis limbi opposita. Capsula semisupera. monolocularis, apice quinquevalvis; receptaculo libero polyspermo. *Herbae foliis alternis, floribus racemosis. Ord. nat. 27. Rotaceae y Glauci proxima.*

252. SAMOLUS *valerandi:* foliis omnibus subovatis obtusissimis, racemo corymboso; pedicellis medio bracteatis, capsula subglobosa. *Linn. svec. n.* 192. *syst. ed. Roem.* 5. *p.* 1. *Flor. Dan. t* 198. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p* 214 *Ahlquist Vet. Ac. Handl.* 1821. *p.* 296. *Försand. veg. scan. p.* 8. 11. *Aspegren bleking. p.* 16

Hab. in littoribus sabulosis maris orientalis Roslagiæ satis frequenter, Gothlandiæ rarius ad Gothem, Oelandiæ exterioris parcius, Blekingiæ ad Värkö, Ramsö, Norje passim.

Radix annua. Planta circiter spithamalis, glaberrima, non nihil succulenta. Folia inferiora magis ovata, superiora obovata, circiter semiunciam lata. Flores inferiores axillares, sed demum caulis terminatur racemo. Pedicelli binati vel interdum subverticillati. Corolla alba media aestate explicata. Fructus semine cannabis vix major.

86. LONICERA.

Linn. gen. ed. Schr. n 319. Juss. gen. p. 235. Gærtn fr. 1. p. 135. t. 27.

Calyx dentibus quinque germen coronans. Corolla in-

fundibuliformis: limbo subbilabiato: labio inferiore indiviso. Bacca infera, polysperma. — *Frutices foliis oppositis, integerrimis; floribus capitatis in n. 253 vel binatis in ceteris. Ord. nat.* 18. *Dumosæ β.*

253. LONICERA *Periclymenum:* caule volubili, floribus ringentibus capitatis terminalibus, foliis omnibus distinctis deciduis glabris. *Linn. svec. n.* 193. *it. vestgoth. p.* 146. 209. *scan. p.* 305. 319. *Link en. hort. berol. p.* 222. *Sv. Bot. t.* 140. *Fl. Dan. t.* 908. *Kalm bohusl. p.* 96. 123. 129. 131. 138. 145. *Fries halland. p.* 43. *Leche scan. p.* 4. *n.* 15. *Vet. Ac. Handl.* 1744. *p.* 265. *Forsand. veg. scan. p.* 15. *Næzén in Fant diss. de Ulricehamn p.* 30.
Caprifolium Periclymenum *Roem. syst.* 5. *p.* 262.
Hab. in rupibus præcipue maris occidentalis, ut: Bahusiæ usque ad Tanum et Koön prope Marstrand frequenter et exinde ad Trollhättan copiose et Ulricehamn, Hallandiæ superioris adjacentisque Smolandiæ ad Femsjö passim, ad Hallandsås parcius, ut etiam Scaniæ frondoso-sylvestris ad Fogelsång, Simonstorp, Stenshufvud et Roslätt, Blekingiæ sed ibi forsan magis advena.

Frutex volubilis Svecis *Vrivångelitråd*, Hallandis *Virenbom*, (Norvegis *Vivendel*), Bahusiis *Matledsqvista* (confer Dulcamaram). Folia oblonga, saepe evidenter ciliata. Corolla insignis sesquiunciam longa, extus rosea, intus albescens, initio aestatis explicata. Fructus baccam compositam refert, nuce avellana majorem.

254. LONICERA *Xylosteum:* baccis binis subdistinctis pedunculisque bifloris longitudine florum, foliis ovalibus pubescentibus. *Linn. svec. n.* 194. *syst. ed. Roem.* 5. *p.* 236. *am. ac.* 5. *p.* 211. *Sv. Bot. t.* 319. *Flor. Dan. t.* 808. *Wahlb gothob. p* 28. *Samz. neric. p.* 26. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 33. *Bjerkand. ib.* 1776. *p.* 80. *Hagström jemtl. p.* 50. *Hisinger verml. p.* 9.
Hab. in nemoribus et dumetis Sveciæ meridionaliori a Scania ad Bahusiam, Vestrogothiam, Nericiam et Uplandiam ubique; sed in rupibus calidioribus calcareis occurrit etiam Vermlandiæ ad fodinas Pers

bergenses etc., Vestmanniæ ad Skinskatteberg etc. Dalecarliæ transitionis, Medelpadiæ ad Sundsvall et Jemtlandiæ in Frösö (Vestrobottniæ *Linn.*) parcius. Frutex erectus, circiter quadripedalis, ramis cinereis praeditus, ob lignum durum etiam Svecis *Benved*, Scanis *Hårdved*, Norrlandis plerumque *Try* vel *Trygg*. Folia vix sesquiuncíam longa. Corolla post frondescentiam mox explicatur luteo-pallida, vix semiunciam longa. Baccae rubrae, vix tribus lineis longiores.

255. LONICERA *cœrulea:* baccis binis in unam conflatis, foliis ovalibus. *Linn. spec. pl. ed. Willd.* 1. *p.* 988. *syst. ed. Roem.* 5. *p.* 259. *Jacqu. austr. t.* 17. (*Sv. Bot. t.* 555. culta.) *Samz. neric. p.* 26. Hab. in Dalecarlia formationis transitionis ad latus occidentale petrosum montis calcarei Osmundsberg copiose et ad Oresjö inter templum Ore et Wikaby parcius, utroque loco omnino indigena, (sed Nericiæ ad Garphyttan olim adventitia videtur). Frutex major quam praecedentis. Folia praecipue supra saturatius viridia vel subcaerulescentia. Flores fere similes praecedentis sed latiores, minus ringentes. Bacca multo major fere semiunciam longa, caerulea et pruina insigni glaucescente obducta.

87. VERBASCUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 331. *Juss. gen. p.* 139. *Gaertn. fr.* 1. *p.* 252. *t.* 55.

Calyx quinquepartitus. Corolla rotata: lobis subirregularibus. Stamina porrecta; filamentis nonnullis villosis. Capsula bilocularis, bivalvis bipartibilisque: dissepimento duplicato, a marginibus valvularum formato. — *Herbae floribus subspicatis. Ord. nat.* 21. *Luridæ. β.*

256. VERBASCUM *Thapsus:* staminibus duobus glabriusculis elongatis, caule spicato tomentoso, foliis decurrentibus lanceolato-oblongis crenatis. *Linn. svec. n.* 195. *syst. ed. Roem.* 4 *p.* 325. *Sv. Bot. t.* 79. *Flor. Dan. t.* 631. *Hisinger verml. p.* 9. *herjed. p.* 50. *Wahlenb. Vet. Ac. H.* 1809. *p.* 218.

β. thapsiforme: magis grandiflorum. *Schrad. verb. p.* 2. *Fries nov. p.* 67.

γ. condensatum: magis grandiflorum, subramosum, foliis confertissimis ideoque vix decurrentibus grosse dentatis latioribus minus lanatis.
V. condensatum *Schrad. verb. p.* 27. *t.* 3. *Roem. syst.* 4. *p.* 332.
Hab. in glareosis exaridis præcipue ruderatis Sveciæ meridionalioris usque ad Uplandiam frequenter, dein Vermlandiæ ad fodinas Persbergenses, Helsingiæ ad Jerfsö, Medelpadiæ ad Sundsvall rarius, Angermanniæ ad Docksta; β tantum Oelandiæ in Vestra Landtborgsåsen ad Ottenby, Resmo etc.; γ præcipue ad Thorslunda ejusdem regionis.

Radix biennis, simplex. Planta tota circiter tripedalis, stricta firmaque, undique tecta tomento vel potius lana non parum lutescente. Folia plerumque tantum bis terve pollicis latitudine. Spica omnino compacta, pedicellis brevissimis occultatis, ob corollas flavas magnas non parum svaveolentes nota nomine Svecis *Kongsljus* vel *Ljusbrand*, Norrlandis *Trollkäringsslända.* Capsula quatuor lineas longa.

257. VERBASCUM *nigrum:* staminibus omnibus æqualibus medio barba discolori tectis, caule racemoso teretiusculo pubescente, foliis petiolatis oblongo-cordatis crenatis. *Linn. svec. n.* 197. *syst. ed. Roem.* 4. *p.* 345. *Sv. Bot. t.* 590 *Flor. Dan. t.* 1088 *Samz. neric. p.* 26.
β. bracteatum: bracteis subamplectentibus, foliis subsessilibus.
γ. collinum: magis grandiflorum, foliis decurrent.
V. collinum *Schrad. verb. p.* 35. *t.* 5. *f.* 1. *Roem. syst* 4. *p.* 533.
V. seminigrum *Fries nov. p.* 68.
Hab. in pratis collinis asperis Sveciæ magis campestris a Scania ad Vestrogothiam, Nericiam et Uplandiam passim copiose, postea prope mare orientale usque ad Enånger Helsingiæ rarius; β Oelandiæ ad Thorslunda etc. in Vestra Landtborgsåsen; γ Oelandiæ ad Glömminge, Thorslunda etc.

Radix perennis, multiceps. Planta tota fere ejusdem altitudinis ac praecedens, sed longe gracilior, caule plerumque pennam anserinam tantum crasso. Pubescentia tantum tenuior

adeo ut superficies herbae demum exsiccatione nigrescentis transpareat. Folia inferiora longe petiolata plus quam palmam lata; suprema tantum sessilia. Racemus gracilior Rusticis Scaniae nomine *Kattrumpa* insignitus; pedunculis fasciculatis calyce plerumque longioribus. Corolla sub foenisecio optime explicata, flava, sed stamina aurantiaca cum barba violacea in medio filamentorum. Capsula duabus lineis vix longior.

Mirum quantum haec species ludit in Oelandia occidentali altiore. Ob clima vegetationi ejus favens spica non potest non aliquantum crassior evadere, et infra eam bracteae et folia luxuriant decurrendo ut Thapsum fere efficiant. — Praecedens species vero iisdem locis luxuriat magis ab inferioribus partibus forsan ob radicem biennem et folia quasi radicalia in caulem adscendentia tam crebra, ut omnis decursus supprimatur.

88. HYOSCYAMUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 333. Juss. gen. p. 139. Gaert. fr. 1: p. 369. t. 75.

Calyx campanulatus, quinquedentatus. Corolla infundibuliformis; limbo campanulato oblique quinquelobo. Filamenta declinata. Capsula bisulca, bilocularis, calyce arcte inclusa, superne circumscissa, operculata. — *Herba floribus axillaribus secundis. Ord. nat.* 21. *Luridae.*

258. HYOSCYAMUS *niger:* foliis glutinoso-pilosis amplexicaulibus; radicalibus pinnatifidis, calycibus inermibus sessilibus, corollis reticulatis. *Linn. svec.* n 199. *syst. ed. Roem.* 4. p. 308. *Sv. Bot. t.* 21. *Flor. Dan. t.* 1452. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 218. *Hisinger jemtl. p.* 72.

Hab. ad pagos, vias, ruderata per maximam partem Sveciæ fertilioris usque in Vermlandiam ferrimontanam ex. gr. Storfors, Jemtlandiam et Vestrobottniam frequenter (non vero in Smolandia occidentali: *Fries*).

Radix biennis, fusiformis (svecice *Vill-palsternackor*). Herba ex maximis nostris, grossa, tactu glutinosa odoris fatui narcotici virosa, quare Svecis *Bolm-ört*, rarius *Hjernebrylla.* Flores duplici ordine ut capsulae sursum

spectantes, intus fundo violaceo-plumbei, extrorsum magis hepatico-reticulati, post aestatem ineuntem aperti. Capsulae dein per magnam partem anni exstant seminibus repletae australioribus Svecis *Hönsbane* vel perverse *Hönsbale* (quasi a forma), aliis *Fanners-pungar s.-nötter, Sobönor* etc.

89. SOLANUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 337. Juss. gen. p. 141. Gartn. fr. 2. p. 239 t. 131.

Calyx quinquedentatus. Corolla rotata: limbo patente. Antheræ connivente, lineares, apice poris binis dehiscentes. Bacca bilocularis. — *Flores subumbellati extra-axillares. Ord. nat. 21. Luridae.*

259. SOLANUM *nigrum*: caule inermi herbaceo glabro, foliis ovatis dentato-angulatis glabris, floribus subumbellatis, (baccis nigris). *Linn. svec. n.* 200. *syst. ed. Roem.* 4. *p.* 587. *it. gothl. p.* 209. *Sv. Bot. t.* 61. *Flor. Dan. t.* 460. *Wallroth ann. p.* 30. *Aspegren bleking. p.* 18. *not.*

β. melanocerasum: baccis majoribus. *Willd. en. ber. p.* 237. *Fries nov. p.* 111.

γ. villosum: baccis luteis, herba pubescenti-villosa. *Retz. oec. p.* 689.

S. villosum *Roem. syst.* 4. *p.* 591. *Fries nov. p.* 28. 111.

δ. miniatum: baccis miniatis, herba scabriuscula, caule angulato-dentato.

S. miniatum *Roem. syst.* 4. *p.* 590. *Fries nov. p.* 29. 100. 111. *halland. p.* 44.

ε. humile: baccis viridi-stramineis. *Roem. l. c. Fries nov. p.* 111.

Hab. ad urbes, pagos, ruderata, vias Gothiæ et Sveciæ meridionalioris usque ad Vermlandiam inferiorem prope lacum Venern, Nericiam et Gestriciam; varietates vero in maritimis australi-occidentalibus: β Scaniæ ad Båstad, γ et ε circa Lund; δ ad Helsingborg, et Hallandiæ rarius ex. gr. ad Laxviken paroeciæ Eldsberg, ad Gammelköpstad prope Varberg.

Radix annua. Herba tota laete viridis et fere glabra, circiter pedalis. Pedunculi inferiores satis longe extra et infra

folia e caule prodeunt: circiter unciam longi. Flores aestivales albi, multiplo minores baccis nigris pisi majoris magnitudine (Svecis *Ormbär*, *Trollbär* etc.). — Baccae hae in maritimis vario modo mutatae occurrunt. Quo magis rubicundae eo magis etiam subviolacei flores.

260. SOLANUM *Dulcamara:* caule inermi frutescente flexuoso, foliis cordato-ovatis; superioribus hastatis, floribus cymosis oppositifoliis. *Linn. svec. n.* 201. *syst. ed. Roem.* 4. *p.* 581. *it. vestgoth. p.* 56. 71. *Sv. Bot. t.* 20. *Flor. Dan. t.* 607.

Hab. locis humidis ad sepes prope pagos per regni meridionalem partem usque ad Vermlandiam infimam, Nericiam, Dalecarliam inferiorem Hedemoræ et Gestriciam passim.

Frutescens; caulibus scandentibus demum cinereis Svecis *Quesved* (ob usum contra impetigines), australioribus *Matledsqvistar*, Hallandis *Pukaris*, empiricis *Bittersöta*. Planta tota Blekingis *Bosört*. Corolla post solstitium aperta, nutans, colore lilacina, maculis decem nectarinis albo-virentibus. Baccae oblongatae rubrae Svecis *Gallnebär* vel occidentalioribus *Villbär*.

90. EVONYMUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 373. *Juss. gen. p.* 415. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 149. *t.* 113.

Calyx quinquepartitus planus, intus obtectus disco nectarino petala quinque staminaque gerente. Stylus stigmaque simplex. Capsula demum supera quinquelocularis quinquangula: angulis dehiscentibus; seminibus solitariis arillo colorato laxo obtectis — *Frutex ramis quadrangulis foliisque oppositis, quare etiam numerus quaternarius in omni fructificatione frequens. Ord. nat.* 18. *Dumosae.*

261. EVONYMUS *europæus:* pedunculis compressis subtrifloris; floribus plerisque quadrifidis, capsulis obtusangulis glabris, foliis oblongo-lanceolatis serrulatis glabris, ramis lævibus. *Linn. svec. n.* 204. *syst. ed. Roem.* 5. *p.* 464. *it. oel. p.* 47. 126. *scan. p* 392. *Sv. Bot. t.* 247. (culta). *Fl. Dan. t.* 1089. *Rosén Nov. Act. Ups.* VIII. *p.* 214. *Leche scan.*

p. 22. *n.* 6. *Fries halland. p.* 44. (*Fischerström mål. p.* 276). *Aspegren bleking. p.* 18.

β. angustifolius *Ahlquist Vet. Ac. Handl.* 1821. *p.* 294

Hab. in nemoribus provinciarum insularium et littoralium maxime meridionalium præcipue e formatione transitionis, ut: Gothlandiæ interioris magis orientalis ad Sproge, Eke, Kellunge, Heinhem etc., Oelandiæ passim ex. gr. ad Borgholm, Rella Horn, Runsten etc., Scaniæ ad Röinge prope Ignaberga, Fogelsång, Roslätt, Ramlösa etc., nec non adjacentis Hallandiæ prope Hallandsås, Blekingiæ littoralis ad Carlshamn et Mörrum (sed ad Mälaren tantum adventitius).

Frutex vix orgyalis Svecis *Alster* (vel forsan *Halster*, conf. Sal. pentandr.), Rusticis Oelandiae *Kåringtand* vel Nautis *Spelbom* (forsan a Germ. *Spindelbaum*), Scanis et Blekingis minus recte *Benved.* Folia lutescenti-viridia, vix pollicem lata. Flores inconspicui ex viridi lutescentes, solstitiales, olentes. Capsulae eo magis spectabiles, digitum latae, extus roseae, intus arillo croceo fulgentes.

91. RHAMNUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 358. Juss. gen. p. 417 Gærtn. fr. 2. p. 111. t. 106.

Calyx urceolatus, quadri- s. quinquefidus. Petala 4.—5. minima, calycis dentibus interjecta, staminibus opposita. Bacca supera urceolo calycis adnato insidens, quadrilocularis in spec. 1. trilocularis in spec. 2.: seminibus solitariis. — *Arbusculae foliis alternis, indivisis, primum convolutis.* — *Ord. nat.* 18 *Dumosæ.*

262. RHAMNUS *catharticus:* ramis spinescentibus, floribus subdioicis quadrifidis, foliis ovatis serrulatis nervosis glabris. *Linn. svec. n.* 202. *syst. ed. Roem.* 5. *p.* 276. *it. vestgoth. p.* 25. 31. 84. var. 215. *Sv. Bot. t.* 307. *Flor. Dan. t.* 850. *Kalm bohusl. p.* 200. *Samz. neric. p.* 27. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 123. *Wahlenb. ib.* 1809. *p.* 217. *ups. n.* 159. *Forsander veg. scan. p.* 13.

Hab. in senticosis et dumetis rupestribus provinciarum magis campestrium et orientalium a Scania ad Gothlandiam, Gestriciam et Nericiam frequenter, Vestro-

gothiam in Kinnekulle, et Bahusiam rarius, sed desideratur omnino in Smolandia occidentali tota.
Arbuscula tota valde divergens et rigida, Svecis australioribus *Verrentorn*, *Vigeltorn*, etiam *Vågtorn*, Gothis *Vahlbjörk* s. *Valborg*, Uplandis *Getapel*, occidentalioribus *Getbark*, *Lettetråd*, *Kråketorn* e. s. p. Flores mense florescentiae obvii virides inconspicui. Baccae extus nigerrimae, intus virides, tingentes.

263. RHAMNUS *Frangula:* inermis, stigmate simplici; foliis ellipticis utrinque acutis integerrimis venosis glabris. *Linn. svec. n.* 203. *syst. ed. Roem.* 5. *p.* 287. *Sv. Bot.* 109 *Flor. Dan. t.* 278. *Hagström jemtl. p.* 42.
Hab. in sylvis humidis fere totius Sveciæ, usque ad Angermanniam et Jemtlandiam frequenter; in Lapponia infima ex. gr. ad Arfvidsjaur rarius (*Læstadius*).
Arbuscula magis gracilescens et fragilis, Svecis *Brakved* (unde Baccae *Brågon* v. *Brâgon*), rusticis remotioribus *Tröstetråd*, *Tråsketråd*, *Torste* etc. Flores in axillis subumbellati, sub solstitio explicati, basi virescentes, sed sursum albi vel parum rubentes; petalis obcordatis. Baccae primum rubentes, demum nigrescentes.

92. RIBES.

Linn. gen. ed. Schr. n. 390. *Juss. gen p.* 344 *Gærtn. fr.* 1. *p.* 143. *t.* 28. (Gross.)
Calyx campanulatus quinquefidus. Petala quinque calycis laciniis interjecta, staminibus alterna. Stylus bifidus. Bacca infera unilocularis: semina plurima, receptaculis duobus oppositis longitudinalibus adnexa. — *Frutices inermes vel spinis triplicibus armati; foliis lobatis primum complicatis. Ord. nat.* 38. *Pomaceis quodammodo accedens.*

264. RIBES *alpinum:* inerme subdioicum, racemis erectis, bracteis flore longioribus, foliis subtus lucidis. *Linn. svec. n.* 206. *syst. ed. Roem.* 5. *p.* 495. *am. ac.* 8. *p.* 96. 5. *p.* 215. *it. oel. p.* 7. 131. 121. *Sv. Bot. t.* 223. *Flor. Dan. t.* 968. *Samz. neric. p.* 27. *Web. et Mohr reis. p.* 95.

Hab. in collibus pratorum præcipue nemorosis pe Sveciam mediam orientalem et septentrionaliorem a lacu Mæleri usque ad Medelpadiam frequenter in interioribus et magis occidentalibus regni tantum formationes transitionis occupat, ut Nericiæ ad Binninge, Vestrogothiæ in Kinnekulle, Ostrogothiæ in Omberg, Kolmorden, Dalekarliæ in Osmundsberg copiose, Jemtlandiæ ad Storsjön, unde in inferalpinis Nordlandiæ meridionalis Norvegiæ rarius versus austrum vix ulterius quam ad Holmref Oelandiæ maxime septentrionalis angulum.

Frutex gracilis; foliis plerumque trifidis. Racemi inter folia mense frondescentiae prodeuntes: masculi saepius vigintiflori; feminei vix plusquam septemflori: floribus angustioribus, lutescentibus. Baccae rubrae, insipidae valdeque fatua Svecis plerisque *Måbär*, aliis *Degbär*, *Kalfbär*, *Kobär* e. s. [

265. RIBES *rubrum:* inerme, racemis pendulis calycibusque glabris planiusculis, foliis subtus puberul obtuse quinquelobis. *Linn. svec. n.* 205. *syst. et Roem.* 5. *p.* 492. *Sv. Bot. t.* 199. *Flor. Dan.* 967. *Wahlenb. lapp. n.* 118. *Hülphers medelp.* p. 85. *dalec. p.* 243. *Fischerstr. mål. p.* 279.

Hab. in nemorosis prope alpes tum Norvegiæ transalpinæ totius tum provinciarum cisalpinarum Svecicarum usque ad Dalecarliam et Vestmanniam ferimontanam descendens frequenter; ceterum provinciis littoralibus plerumque adstringitur ut Bahusiæ, Hallandiæ, Scaniæ, Gothlandiæ, Vestrobottniæ et Mæleri confiniis Upsaliæ, Strengnesiæ etc.

Frutex laxus. Racemi e propriis gemmis infra folia; floribus mense florescentiae plane explicatis, virescentibus rubro-punctatis. Baccae rubrae, grate acidulae, Svecis *Röd Vinbär*, etiam *Reps* vel *Risp*, Dalecarlis *Obär*.

266. RIBES *nigrum:* inerme, racemis pendulis pilosi floribus oblongo-campanulatis, foliis subtus resinoso-punctatis. *Linn. svec. n.* 207. *lapp n* 99. *syst. ed. Roem.* 5. *p.* 498. *Sv. Bot. t.* 169. *Flor. Dan. t.* 556. *Carls. strengn. p.* 16.

Hab. locis humidis umbrosis præcipue ad fluvios La

poniæ Tornensis et exinde per maritima loca Vestrobottniæ, Helsingiæ, Roslagiæ, etiam Bahusiæ et Hallandiæ, nec non ad ripas rupestres lacus Mæleri ut in Fläsklösan Strengnesiæ.

Frutex fere praecedentis, sed odore proprio fere cimicino praecipue e punctis foliorum orto mox distingvendus. Flores longiores, minus aperti. Baccae nigerrimae Svecis *Svarta Vinbär*, Hallandis *Solbär* (forsan ob nitorem) Norrlandis *Distron* (an a forma papillari ?).

267. RIBES *Uva crispa*: aculeatum, pedunculis unifloris: bractea bipartita, germinibus puberulis. *Linn. svec. n.* 208. *syst. ed. Roem.* 5. *p.* 505. *it. oel. p.* 55. *gothl. p.* 168. *vestgoth. p.* 25. *Engl. Bot. t.* 2057. Hab. in collibus ad pagos, vias imprimis Scaniæ, Oelandiæ, Gothlandiæ, Vestrogothiæ passim.

Frutex humilior, spinis triplicibus bene armatus. Flores inter folia mense florescentiae exeuntes; petalis paullo rubentibus. Baccae fere glabrescunt, Svecis *Krusbär.*

93. HEDERA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 395. Juss. gen. p. 238. Gærtn. fr. 1. p. 130. t. 26.

Calyx minimus: dentibus quinque subsuperis deciduis. Petala quinque ad basin contigua. Stylus stigmaque simplex. Bacca demum exsucca, coriacea, e calyce corticante apice protuberans, quinquelocularis: semina solitaria, non nulla abortientia: nucleo ruminato. — *Frutex volubilis, foliis sempervirentibus, floribus umbellatis. Ord. nat.* 18. *Dumosae.*

268. HEDERA *Helix*: foliis subquinquelobis; floralibus ovatis acuminatis venosis umbellas erectas longitudine subæquantibus. *Linn. svec. n.* 209. *syst. ed. Roem.* 5. *p.* 508. *it. vestgoth. p.* 33. 131. 201. 203. 213. 218. *scan. p.* 99. 101. 105. 248. *oel. p.* 70. 71. 129. 130. *gothl. p.* 221. *Rogberg smol. p.* 21. *Sv. Bot. t.* 397. *Flor. Dan. t.* 1027. *Ludenii diss. de hed. p.* 16-19. *Fries halland. p.* 48. *Leche scan. p.* 31. *n.* 28. *Forsand. veg. scan. p.* 15. *Linder viksb. p.* 18. *Bjerkand. Vet. Ac. Handl.* 1776. *p.* 80. *Videgren österg. p.* 28. *Tiselii vettern p.* 24.

Hab. in rupestribus nemorosis præcipue provinciaru littoralium temperatarum ut: Bahusiæ ad Udd valla in Räfgiljeberget et versus Baggetofta, Götheborg multis locis; Hallandiæ rarius; Sc niæ frondoso-sylvestris meridionalis ad Dybäc Simontorp, Stenshufvud, Ramlösa; (Smolandi adjacentis in Hallaryd ad Helgeå etc. in turfis p ludum); Blekingiæ; Oelandiæ ad Resm Borgholm et omnium copiosissime in insula Jungfru Gothlandiæ ad Wisby, Gothem, Thorsbor Ardre et St. Carlsö; Ostrogothiæ ad Yxnerur Sudermanniæ in Korpeberget (Parnåssen) ad Vik berg prope Södertelje; Gestriciæ ad Harnäs; ut etiam ad lacus majores elevatiores præcipue formatione transitionis, ut Veneri ad Kinnekull Halleberg et Hunneberg in strato lapidis suilli, Ve teri in Omberg ad Vestraväggar, Mæleri pro Sigtunafjärden in Slangviksskogen versus Tranbyg

Frutex arbores circumvolvens Rusticis Sudermanniæ *Tr vefla*, aliis *Gundelref* (quod tamen a Germ. *Gundelreb* Glecomam indicante), Ostrogothis *Vintråd*. Folia nitida se pervirentia Rusticis Vestrogothiae *Olivelöf*, Svecis *Murgrö Hauder* vel *Heder*. Umbellae apud nos rarae nisi in petro Gothlandiae, unciam vix latae, petalis virescentibus incons cuae, primo vere florentes. Baccae quoque inconsiderabil

94. GLAUX.

Linn. gen. ed. Schr. n. 408. Juss. gen. p. 369. Gærtn. fr. 3. p. 37. t. 184

Calyx nullus. Corolla campanulata, quinquefida: la niis obtusis recurvis persistentibus. Capsula sup quinquevalvis unilocularis: receptaculo maximo ce trali libero, semina quinque excipiente. — *Herb foliis oppositis, floribus axillaribus.* — *Ord. nat.* *Rotaceis y proxima.*

269. GLAUX *maritima*: *Linn. svec. n.* 210. *syst. Roem.* 5. *p.* 514. *Sv. Bot. t.* 443. *Fl. Dan. t.* 5 *Wahlenb. lapp. n.* 121. *upsal. n.* 165. *Fischers mål. p.* 285.

Hab. in littoribus maris tum septentrionalis cum oc dentalis et orientalis usque ad Qvarken Vestrobo

niæ ubique; etiam in locis aliis subsalsis ut Upsaliæ in Kungsängen parcius.

Radix perennis. Caules florentes circiter digitalis longitudinis; foliis fere imbricatis, oblongo-lanceolatis, punctatis. Flores plerique circa medium caulem sessiles, toti rosei, ad solstitium explicati.

95. THESIUM.

Lin. gen. ed. Schr. n. 410. Juss. gen. p. 83. Gærtn. fr. 2. p. 40. t. 86.

Calyx tubulosus, infundibuliformis, sæpe quadrifidus: limbo intus colorato. Stamina ad faucem inserta, laciniis calycinis opposita. Semen tubo calycis corticatum ipsoque persistente coronatum. — *Herbae foliis alternis angustis, racemis varie bracteatis.* — *Ord. nat.* 43. *Veprecul i s proximum.*

170. THESIUM *alpinum:* caulibus subprostratis simpliciusculis spicatis, floribus subsessilibus; bracteis subternis, fructibus tubo longitudine ipsorum coronatis, foliis semicylindricis. *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 301. *syst. ed. Roem.* 5. *p.* 580. *Hayne in Schr. diar.* 1800. 1. *p.* 32. *t.* 6. *f. D.* 1800. 2. *p.* 215. *Regensb. bot. Zeit.* 1820. 1. *p.* 125. *Jacqu. aust. t.* 416. *Sv. Bot. t.* 611.

Th. linophyllum *Linn. svec. n.* 211. *it. scan. p.* 22.

Hab. in pascuis montanis arenosis lapidosisque apricis Smolandiæ orientalis inter Fröåsa, Wimmerby et Ekesjö frequenter, ad Åsheda, Nottebäck, Lenhofda adjacentiaque loca passim.

Radix annua, ramosa, terminata tantum squamis et caulibus pluribus circiter digitalibus, in aprico decumbentibus, in culto magis erectis. Folia linearia quidem sed crassiuscula, ideoque fere semicylindrica. Flores ante solstitium erumpentes in bractea primaria sedentes, sed bracteolis lateralibus duabus fulcrati, intus albissimi, sed extus fere toti virides, magnitudine Galii. Semen ipsum magnitudine Sinapis.

96. MENYANTHES.

Lin. gen. ed. Schr. n. 263. Juss. gen. p. 110. Gærtn. fr. 3. p. 112. t. 198.

Calyx quinquepartitus. Corolla infundibuliformis: laciniæ initio connatæ, demum recurvatæ, intus hirsutæ,

staminibus interjectæ. Stigma bifidum. Capsula unilocularis bivalvis: valvulis in latere interiore medio seminiferis. — *Herba scapo thyrsifero.* — *Ord. nat.* 28. *Gentianeæ cum generibus duobus sequentibus.*

271. MENYANTHES *trifolia:* foliis ternatis. *Linn. svec. n.* 173. *syst. ed. Roem.* 4. *p.* 177. *Sv. Bot. t.* 22. *Flor. Dan., t.* 541. *Wahlenb. lapp. n.* 109. *Hagström jemtl. p.* 187.

Hab. in paludibus præcipue graminosis totius Sveciæ, alpibus tantum exceptis, frequenter.

Radix perennis, cauliformis, repens. Folia ternata, quare Svecis *Vattenklöfver*, Blekingis *Trebening*, aliis *Getklöfving*, *Bockeblad*, etiam ob saporem Vestgothis *Saltbläcker.* Scapus teres spithamalis et ultra, terminatus thyrso erecto: floribus terno-verticillatis, post mensem florescentiae explicandis, extus rubicundis, intus villositate albidiore antheris polliniferis fuscescentibus

97. ERYTHRÆA.

Persoon synops. I. p. 283. Gentiana spec. Linn.

Calyx adpressus, subpentagonus, quinquedentatus. Corolla infundibuliformis; tubo longo, demum capsulan calyptrante. Antheræ extra tubum exsertæ, demun spiraliter tortæ. Stigma simplex emarginatum. Capsula linearis bivalvis et ob margines inflexos subbilocularis. Semina marginibus inflexis adfixa, numerosissima. — *Plantae annuæ, foliis oppositis integerrimis, valde affines, Svecis australioribus Arun (Dan Agrun, Aurin, Agerpors), Roslagis Tusendygdefebersgräs, aliis Tusendgyllenkru Flores aestivales, miniati; antheris luteis.*

272. ERYTHRÆA *Centaurium:* floribus conglomerat sessilibus bracteatis, foliis caulinis ovalibus. *Roem syst.* 4. *p.* 166. *Aspegren bleking. p.* 16.

Gentiana Centaurium *Linn. svec. n.* 232. *it. sca p.* 171? 277. *oel. p.* 157. *Sv. Bot. t.* 219. *Fl Dan. t.* 617. *Leche scan. p.* 32. *n.* 36. *Vidgren österg. p.* 17 *et* 393.

Hab. locis humidis imprimis supra formationes juni res Gothiæ præcipue orientalis, ut Scaniæ pass

ex. gr. inter Lund et Fogelsång, Malmö, ad Efveröd etc. Oelandiæ in Holmref et ad Färjestaden, Blekingiæ rarius extra Carlskrona, Calmariensis gubernationis in Urberget seu Frodeshammar ad Södra Vi, et prope Skenninge Ostrogothiæ parce.

Planta vix plus quam pedalis. Folia circiter quatuor lineas lata, trinervia. Flores toti cum calyce fere semiunciam longi, cujus dimidia pars limbi.

273. ERYTHRÆA *angustifolia:* floribus conglomeratis sessilibus bracteatis, foliis caulinis linearibus. *Link manuscr. Wahlb. gothob. p.* 29.

E. littoralis *Roem. syst.* 4. *p.* 168. *Fries nov. p.* 29. 100. *Sv. Bot. t.* 579. *f.* 1. *Engl. Bot.* 33. *t.* 2305.

E. uliginosa *Roem. syst.* 4. *p.* 168.

Gentiana Centaurium *Kalm bohusl. p.* 93.

β. tenuiflora: floribus dispersis per caulem subuniflorum iisque pedicellatis: tubo elongato, foliis ob brevitatem caulis latioribus.

E. pulchella *Roem. syst.* 4. *p.* 169. *Flor. Dan. t.* 1637. *Sv. Bot. t.* 579 *f.* 3. *Fries nov. p.* 30. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1783. *p.* 86. *t.* 3. *f.* 8. 9.

* E. ramosissima *Persoon syn. p.* 283. *Wahlb. gothob. p.* 29. *Sv. Bot. t.* 579. *f.* 2.

Gentiana Centaurium *β Linn. svec. n.* 232. *Vaill. paris. p.* 32. *t.* 6. *f.* 1. *Rosén scan. p.* 10.

Hab. in litoribus subinundatis maris gothici et svecici a Scania usque ad Bahusiam et Gestriciam frequenter.

Planta vix plus quam spithamalis. Folia caulina una linea parum latiora, sine nervis evidentibus. Flores *α* magnitudine et situ ut in ipso Centaurio; sed in *β* tenniflora tantum quarta pars corollae limbum constituit. Inter se invicem ita crescunt, ut forma minima forsan ob radioem subbiennem orta; saltem vix dubitamus, quin sic dicta ramosissima hyeme ita contracta et divisa sit.

98. GENTIANA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 450. *Juss. gen. p.* 158. *Gaertn. fr.* 2. *p.* 159. *t.* 114.

Calyx quinque-(rarius quadri-)partitus. Corolla varia: tubo brevi capsulam demum emittente. Antheræ intra tubum inclusæ, interdum connatæ, rectæ. Stig-

mata duo in stylo bifido. Capsula lanceolata bivalvis monolocularis (sine marginibus inflexis). Semina parietibus valvularum affixa. — *Herbae foliis oppositis, corolla* 1) *imberbi* a) *sinubus plicatis dentatisque n.* 274. 275. b) *sinubus nudis n.* 276. 277. 2) *barbata n.* 278-280. *Radix nostrarum plurimarum annua.*

274. GENTIANA *Pnevmonanthe:* corolla imberbi subcampanulata acuta sinubus plicata; flore terminali subsolitario, foliis linearibus obtusiusculis. *Linn. svec. n.* 228. *syst. ed. Roem.* 6. *p.* 145. *it. scan. p.* 319. (*it. gothl. p.* 317). *Flor. Dan. t.* 269. *Leche scan. p.* 22. *n.* 12. *Fries halland. p.* 50. *Wahlb. gothob. p.* 29. *Næzén in Fant diss. de Ulriceh. p.* 30.

Hab. in pratis humidioribus ericetosis Gothiæ occidentalis passim, ut Scaniæ sylvestris usque ad St. Roslätt frequenter, versus Skanör rarius in Ljungen, Hallandiæ copiose, Smolandiæ usque ad Stenbrohult in Gåsöen, Bahusiæ saltem supra Götheborg frequenter, Vestrogothiæ ad Hunneberg, Kyrkås, Bitterna, Götheved, Ulricehamn etc. etiam Vermlandiæ meridionalis ad Stömne paroeciæ Gilberga.

Radix perennis, repens. Caules plures plerumque spithamam tantum alti. Folia inferiora sesquilineam lata, superiora caule parum latiora. Flores in hoc genere apud nos maximi, plus quam unciam longi et digitum lati, eleganter azurei, autumnales, Svecis nomine *Höstklåckor* noti. Antherae supra germen connatae. Stylus elongatus.

275. GENTIANA *nivalis:* corollis imberbibus infundibuliformibus; sinubus plicatis denticulo terminatis, calycibus carinato-quinquangularibus, ramis sparsis unifloris, foliis subovalibus. *Linn. svec. n.* 231. *syst. ed. Roem.* 6. *p.* 160. *Fl. Dan. t.* 17. *Wahlenb. lapp. n.* 124. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 130. 107. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 134.

Hab. locis humectatis graminosis ad latera et radices alpium altiorum a Jemtlandia usque ad districtum Fælles dictum prope Russiam frequenter.

Radix annua ut in omnibus sequentibus. Planta tota vix

digitum longa. Folia tam parva ut calyce vix latiora. Flores fere octo lineas longi, sed limbus corollae vix sesquilineam, pulcherrime azureus.

276. GENTIANA *serrata:* corolla imberbi hypocrateriformi serrata subquadrifida, pedunculis caule longioribus nudis quadrangulis, foliis sublinearibus. *Gunn. norv. n.* 819 *et* 733. *t.* 2. *f.* 3-5. *Flor. Dan. t.* 317. *Schultes syst.* 6. *p.* 176. *Zetterstedt resa* 2. *p.* 121.

G. detonsa *Rottboell act. hafn.* 10. *p.* 435. *t.* 1. *f.* 3. *Schultes syst.* 6. *p.* 176.

Hab. ad littora maris inferalpina Nordlandiæ raro, ut ad Skjärstad Saltensium et prope Tromsöe inter Storstensnes et Tönsnes, Finmarkiæ ad Talvig, nec non Norvegiæ ultimæ Russiæ adjacentis infra alpem Pasvig (*Deinböll*).

Caulis ipse (sine pedunculis) vix unquam digitalis longitudinis, sed pedunculi saepe plus quam digitales. Folia vix duas lineas lata. Flos ex longioribus hujus generis saepe *plus quam* unciam longus, sed longitudine valde variabilis utpote in ramis minoribus vix semiuncialis, violaceus; laciniis obtusis sine omnibus dentibus interjectis (itaque G. ciliari non affinis). Capsula longitudine corollae.

277. GENTIANA *involucrata:* corollis imberbibus infundibuliformibus acuminatissimis, floribus aggregatis involucro foliaceo ovato inclusis, caule tetragono basi ramoso. *Rottboell Act. Hafn.* 10. *p.* 434. *t.* 1. *f.* 2. *a. b. Wahlenb. lapp. n.* 123.

β. cærulescens: floribus bracteisque cærulescentibus. *Fl. Dan. t.* 344. *Zetterst. res.* 2. *p.* 130. 121. G. umbellata *Bieberst. cauc.* 3. *p.* 188.

Hab. in pratis depressis ad littora maris septentrionalis, Nordlandiæ passim, Finmarkiæ rarius, sed magis orientem versus præcipue *β* in districtu Fælles dicto cærulescens fit valdeque copiosa; etiam ad mare orientale nostrum lecta est extra Umeå (et ut fertur Gothlandiæ ad Siltö et Fröjel).

Planta plerumque spithamalis. Folia radicalia oblongata, sed caulina superiora fulcrantia plerumque quatuor lineas la-

ta, nervosa. Flores ex minoribus nunquam quatuor lineis longiores, albi, exsiccatione parum lutescentes (unde forsan G. aurea Linn. faun.).

278. GENTIANA *glacialis:* corollis fauce barbatis hypocrateriformibus (quadrifidis), calyce quadripartito: foliolis subæqualibus subovatis, pedunculis longissimis nudis. *Villars delph.* 2. *p.* 532. *Wahlenb. lapp. n.* 125. *Roem. syst.* 6. *p.* 170.
G. tenella *Flor. Dan. t.* 318.

Hab. locis humectatis declivibus juxta glacies perennes vel saltem in alpibus non procul ab iis sitis Lapponiæ Lulensis proximeque adjacentium regionum rarius.

Planta tota vix digitum alta, cujus tamen longe maxima pars efficitur pedunculo. Calycis foliola foliis herbae tum magnitudine cum figura subaequalia, patentia, ut tubus corollae omnino nudus sit. Corollae tubus calyce longior, circiter quatuor lineas longus; sed limbus brevissimus, vix plus quam lineam emetiens, saturate caeruleus.

279. GENTIANA *campestris:* corollis fauce barbatis hypocrateriformibus, calyce quadripartito: foliolis duobus oppositis maximis ovatis. *Linn. svec. n.* 230. *syst. ed. Roem.* 6. *p.* 168. *it. gothl. p.* 195. *Sv. Bot. t.* 278. *Flor. Dan. t.* 367. *Wahlenb. ups. n.* 168. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 97.

Hab. in pratis et pascuis elatis apricis provinciarum magis campestrium præcipue occidentalium usque ad Vestrogothiam frequentissime; sed Upsaliæ parcius et Dalecarliæ vix nisi in fodinis calcis transitionis copiose, nec ulterius septentrionem versus procedere videtur nisi in formationem transitionis Jemtlandiæ; optima ad Skinskatteberg Vestmanniæ.

Herba tota latior et brevior quam sequentis; floribus paucioribus, magis fastigiatis citiusque post solstitium deflorentibus. Calyx totus compressus et subalatus. Corollae quoque duplo latiores, violaceae: barba breviore, minus divisa.

280. GENTIANA *Amarella:* corollis fauce barbatis hypocrateriformibus; laciniis limbi lanceolatis acutis, calycibus æqualibus tubum corollæ æquantibus,

foliis lanceolatis. *Linn. svec. n.* 229. *syst. ed. Roem.* 6. *p.* 165. (adjuncta *G. uliginosa p.* 166). *Fl. Dan. t.* 328. *Wahlenb. lapp. n.* 126.

Hab. in pratis et pascuis præcipue subhumidis totius Sveciæ, Lapponia tantum superiore excepta, passim.

Planta haec potius quam praecedens ob saporem svecice *Ångsöta*, ob usum *Hållsgrås*, *Stynggrås*, *Steckgrås*, *Steckelgrås*. Folia radicalia spathulata, sed cetera angusta. Caulis compresso-tetragonus, ramuloso-virgatus; ramulis successive florescentibus usque in autumnum. Calyces interdum quadrifidi, sed teretiusculi: laciniis subæqualibus. Corollae violaceo-fuscescentes.

ORD. 2. DIGYNIA.

99. ASCLEPIAS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 429. Juss. gen. p. 164. Gaertn. fr. 2. p. 170. t. 117.

Calyx minutus quinquefidus. Corolla rotata: laciniis obliquis. Nectarium urceolatum, introrsum subdivisum in processus quinque laciniis corollæ alternantes. Stamina apice capituliformia, infra apicem emittentia corpuscula pollinaria ceracea pendula nectario inclusa. Stigma magnum scutiforme, rima media divisum, stylos binos tegens. Fructus folliculi duo superi: seminibus comosis. — *Herbae foliis oppositis.* — *Ord. nat.* 20. *Contortae.*

281. ASCLEPIAS *Vincetoxicum:* nectario stigma æquante, umbellis proliferis, caule erecto, foliis ovatis acuminatis tenuissime ciliatis. *Linn. svec. n.* 212. *it. gothl. p.* 50-283. *Sv. Bot. t.* 249. *Fl. Dan. t.* 849. *Leche scan. p.* 31. *n.* 31. *Aspegr. bleking. p.* 20. *Carls. strengn. p.* 16. *Wahlenb. ups. n.* 166.

Vincetoxicum officinale *Moench. meth. p.* 317.

Cynanchum Vincetoxicum *Schultes syst.* 6. *p.* 102.

Hab. in petrarum rimis et campis glareosis Gothlandiæ Oelandiæque copiosissime, dein in rupibus magis occultis provinciarum orientalium maritimarum a Scania ad Uplandiam passim, postea autem occidentem versus non reperitur supra Hallandsväderö neque in Hallandia neque Bahusia nec in occidentalibus provinciis ullis.

Radix perennis, contra morsuram serpentum utilis credita, quare Finlandis *Ormstingsrot.* Herba Gothlandis *Tulkegrås*, Oelandis *Horskonung*, aliis raro *Rylgrås*, circiter sesquipedem alta. Pedunculi extra axillam folii egredientes, petiolo brevi sextuplo longiores; umbellis albis circa solstitium explicatis. Folliculi seminales fere bis unciam longi; seminibus brunneis, coma albissima.

100. HERNIARIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 434. Juss. gen. p. 99. Gærtn. fr. 3, p. 179. t. 213.

Calyx quinquepartitus, intus coloratus, persistens. Petala nulla nisi filamenta quinque sterilia calyce alternantia. Capsula supera, calyce tecta, minima, evalvis: semine unico nitido. — *Herbula foliis oppositis: stipulis interfoliaceis. — Ord. nat. 30. Holoraceae, sectio Illecebreae.*

282. HERNIARIA *glabra:* procumbens glabriuscula, foliis ovalibus, glomerulis multifloris: summis aphyllis. *Linn. svec. n.* 213. *syst. ed. Roem.* 6. *p.* 294. *it. oel. p.* 53. 72. *gothl. p.* 240. *Flor. Dan. t.* 529. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 53.
Hab. in campis collibusque arenosis exaridis provinciarum magis campestrium præcipue orientalium a Scania usque ad Vestrogothiam saltem formatione transitionis fundatam, Nericiam, Uplandiam, Dalecarliam planiorem usque ad Tuna et Svärdsjö, et dein per littorales oras Norrlandiæ usque ad Sundsvall Medelpadiæ.

Radix omnino perennis. Caules filiformes tenuissime puberuli, sed folia et calyces fere glaberrima. Stipulae interfoliaceae insignes albentes. Flores minuti, circa solstitium aperti, intus lutescentes. Capsula calyce inclusa vix semine papaveris major.

101. CHENOPODIUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 435. Juss. gen. p. 95. Gærtn. fr. 1. p. 360. t. 75.

Calyx quinquepartitus. Corolla nulla. Semen unicum superum, orbiculare, horizontale vel depressum (disco suo inferiore calycis imæ parti insertum), calyce pentagono æquali subinclusum: embryone peripherico. *Herbae molles (Svecis Målla): foliis ramisque alter-*

nis, radice ut plurimum annua. Ord. nat. 30. Holoraceae. — Subdivisiones: 1) flores ebracteati, semen pellicula sicca tectum a) foliis angulatis n. 283-290. b) foliis integris n. 291. 292. 2) floribus bracteatis, semen pellicula baccata tectum n. 293. 3) fructu obliquo n. 294.

283. CHENOPODIUM *Bonus Henricus:* foliis triangulari-hastatis acutis integerrimis subtus pulverulentis, spica composita aphylla. *Linn. svec. n.* 214. *syst. ed. Roem.* 6. *p.* 252. *Flor. Dan. t.* 579.

Hab. juxta parietes, ruderata, vias, agros per provincias omnes australes usque ad Vermlandiam infimam, Vestmanniam et Helsingiam frequenter.

Radix sola in toto genere perennis, fusiformis, Svecis *Mjölkrot* vel *Lungrot.* Herba quoque insignis, spicam elongatam apice nutantem gerens, svecice *Stolt Henrik* vel *God Henrik.* Flores glomerati sessiles explicantur initio aestatis, inconspicui virescentes ut in omnibus sequentibus.

284. CHENOPODIUM *urbicum:* foliis triangularibus grosse dentatis acutiusculis, spicis confertis strictissimis cauli adpressis subebracteatis. *Linn. svec. n.* 215. *syst. ed. Roem.* 6. *p.* 252. *Sv. Bot. t.* 459. *Fl. Dan. t.* 1148.

Hab. ad urbes pagosque majores præcipue provinciarum magis littoralium a Scania ad Bahusiam et Uplandiam frequenter.

Herba saepius bipedalis, stricta, sursum angustata, pallidius virens; foliis inferne satis magnis patentibus, sed spicis valde erectis parvifloris. Floret ad messem et serius ut pleraque sequentia.

285. CHENOPODIUM *murale:* foliis ovatis acutis grosse dentatis subpulverulentis, racemis cymosis subebracteatis axillaribus terminalibusque, caule ramoso patulo. *Linn. svec. n.* 216. *syst. ed. Roem.* 6, p. 255. *Gærtn. fr. l. c.* (Chen. rubrum). *Engl. Bot.* 24. *t.* 1722. *Fries. halland. p.* 49. *Aspegren bleking. p.* 20. *Leche scan. p.* 4. *n.* 16.

Hab. in ruderatis et ad plateas urbium pagorumque Scaniæ magis occidentalis inde ab Ystad præcipue

inter Lund, Varpinge et Landskrona, immo ad Helsingborg usque frequentissimum, ut etiam Hallandiæ superioris ad Alafors etc., Blekingi rarius.

Folia mense Julii satis nitida fere ut in Ch. rubro, se rubescunt nunquam, verum e contrario versus autumnum opaca immo pulverulenta fiunt. Inflorescentia etiam hinc inde rubicunda propiam efficit speciem, quamquam seminibu lenticularibus obtusis Ch. viridi utique valde affinem (tamen cum prominentia annulari circa stylum).

286. CHENOPODIUM *rubrum:* foliis ovato-rhomboideis laciniato-dentatis nitidis, spicis erectis compositis; spiculis conglomeratis foliolosis, seminibu ovatis acutis. *Linn. svec. n.* 217. *syst. ed. Roem* 6. *p.* 253. *it. scan. p.* 434. *Flor. Dan. t.* 1149 *Wahlb. gothob. p.* 30. *Wahlenb. ups. n.* 171. *Næzén in Fant diss. de Ulricehamn p.* 30.

Hab. ad plateas et sæpes urbium littoralium et maxime campestrium a Scania ad Bahusiam et Upsaliam passim.

Herba tota eximie succosa et crassiuscula, prae ceteri svecice *Svinmålla*; obscure viridis, sed glaberrima subnitida: valde foliosa etiam superne. Flores serius usque in autumnum, spicis demum eximie rubentibus fere Amaranth. Semina in toto genere minima fere ut Papaveris, singular modo angustata speciem valde diversam confirmant.

287. CHENOPODIUM *album:* foliis rhomboideo-ovatis erosis; summis oblongatis integerrimis, racemi pulverulentis conglomeratis. *Linn. svec. n.* 218. *syst ed. Roem.* 6. *p.* 257. *it. scan. p.* 147. *Wahlenl lapp. n.* 122.

β. virescens. Ch. viride *Sv. Bot. t.* 411. *Zettersted res.* 2. *p.* 178.

Hab. locis cultis totius Sveciæ, alpibus tantum exceptis, frequenter.

Valde variabilis species praecipue forma foliorum et statura herbae, interdum ad praecedentem accedens; sed glomeruli semper subrotundi pulvere albicante tecti, unde etiam saepius svecice *Mjölgräs* vel *Mělre.*

288. CHENOPODIUM *viride:* foliis rhomboideis dentato-sinuatis; summis lanceolatis, ramis elongatis excurvis: glomerulis secundis. *Linn. svec. n.* 219. *spec. pl. ed. Willd.* 1. *p.* 1303. *it. scan. p.* 177. *Fl. Dan. t.* 1150. *Wahlenb. ups. n.* 174.

Hab. in hortis saltem Upsaliæ parcius.

Praecedenti forsan nimium affine, sed inflorescentia fere sequentis et semina majora, color obscurius viridis.

289. CHENOPODIUM *hybridum:* foliis cordatis acuminatis angulato-dentatis, racemis cymosis divaricatis nudis. *Linn. svec. n.* 220. *syst. ed. Roem.* 6. *p.* 259. *it. scan. p.* 95. *Engl. Bot.* 27. *t.* 1919. *Wahlenb. ups. n.* 175.

Hab. in hortis nemorosis inter olera a Scania ad Vermlandiam inferiorem et Upsaliam passim copiose.

Herba major et laetius viridis quam reliquorum, tota glaberrima; foliis interdum palmam latis, tenuibus, fere Aceris vel Daturae. Semina quoque in cymis latis majora, eximie lenticularia.

290. CHENOPODIUM *glaucum:* foliis (omnibus) ovato-oblongis repandis subtus pulverulento-glaucis, spicis racemosis glomeratis nudis. *Linn. svec. n.* 221. *syst. ed. Roem.* 6. *p.* 261. *Flor. Dan. t.* 1151. *Næzén in Fant diss. de Ulricæhamn. p.* 30.

Hab. ad plateas, sæpes etc. locis humidioribus præcipue urinosis urbium littoralium et maxime campestrium a Scania ad Bahusiam et Upsaliam passim; ad Ulricæhamn Vestrogothiæ.

Herba non parum decumbens; caule succoso, molli, rubro-lineato, demumque toto rubente una cum venis foliorum in pagina inferiore glauco-albicante valde insignibus.

291. CHENOPODIUM *Vulvaria:* foliis integerrimis rhombeo-ovatis pulverulentis, floribus conglomeratis axillaribus, caule prostrato. *Linn. svec. n.* 222. *it. scan. p.* 264. *Flor. Dan. t.* 1152. *Leche scan. p.* 4. *n.* 17. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 214. *Ch. foetidum Schultes syst.* 6. *p.* 262.

Hab. ad plateas sicciores et in ambulacris hortorum Scaniæ passim ex. gr. Ystad et Lund; Gothlandiæ in Wisby, nec non Upsaliæ.

Herba valde inconspicua tota albescens, foliis ungve dig minimi vix unquam majoribus; sed foetore suo maxime si gularis svecice *Ståggan*.

292. CHENOPODIUM *polyspermum*: foliis integerrin ovato-oblongis obtusis mucronulatis, racemis pan culatis nudis axillaribus, caule decumbente. *Lin svec. n.* 223. *syst. ed. Roem.* 6. *p.* 263. *Fl. Dan. t.* 115

β. foliis acutioribus. Ch. acutifolium. *Smith com* 1818. *p.* 42. *Engl. Bot.* 21. *t.* 1481.

Hab. in hortis præcipue desertis subhumidis et a molendinas provinciarum maxime campestrium Scania ad Upsaliam et Bahusiam passim; *β* in um brosis præcipue ad lacus majores ut Mäleri copios

Herba late decumbens, saepe racemos solos erigens, ob scure virens vel aliquantum rubens, tota mitis et inodora *β* paullo erectior, laetius viridis et mollior.

293. CHENOPODIUM *maritimum*: foliis subulatis se miteretibus, floribus axillaribus glomeratis, cauli bus subdiffusis. *Linn. svec. n.* 224. *syst. ed. Roem* 6. *p.* 272. *Flor. Dan. t.* 489. *Kalm bohusl. p.* 89 *Wahlb. gothob. p.* 32. (Salsola) *Fries halland. p.* 49. *Leche scan. p.* 23 *n.* 13. *Ahlquist Vet. Ac H.* 1821. *p.* 296. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 215.

Hab. in littoribus exterioribus maxime salsis Bahusiæ et Hallandiæ superioris frequenter, Scaniæ occidentalis ab Helsingborg usque ad Skanör copiose, sed dein non nisi in Oelandiæ exterioris angulo meridionali ex. gr. Ottenby schäfferiäng, et Gothlandiæ ora meridionali-occidentali ex. gr. Kandarfve-strand paroeciæ Sproge.

Folia semper glauca, succulenta, filo parum crassiora. Alias binae formae hujus speciei occurrunt: altera annua tota mollis exsiccatione nigrescens; altera biennis basi lignosa, saepe pedem longa. Semina epidermide baccata rubra, magnitudine fere seminis cannabini.

294. CHENOPODIUM *hirsutum*: foliis linearibus semiteretibus obtusiusculis, floribus geminis axillaribus hirsutis; demum fructiferis reflexis obliquis. *Linn. spec. pl. ed.* 1. *p.* 221. *syst. ed. Roem.* 6. *p.* 268. *Bieberst. cauc.* I. *p.* 183. *III. p.* 177.

Salsola hirsuta *Linn. spec. ed.* 2. *p.* 323. *ed. Willd. l. p.* 1313. *Hornem. plant. ed.* 3. *p.* 293. *Fl. Dan. t.* 187.

Hab. in prato illo maxime limoso marino, Ottenby schäfferiäng, ad latus exterius promontorii meridionalis Oelandiæ rarius (*Rosén*).

Radix annua, longe descendens, ipsâ herbâ vix brevior. Planta ipsa circiter spithamea; ramis numerosis, sed fere semper simplicibus spicas referentibus propemodum ut in Salicornia. Folia caulina fere unciam longa; sed bracteantia fere triplo breviora, planiora, eximie carinata. Fructus in rachidis nodis ita inseruntur, ut rachis triquetra fiat simulque spiraliter torta. Calyces fructiferi ad utrumque latus reflexi, pentagoni, sed oblongati vel potius ovati; extremitate angustiore deorsum versa. Semen embryonem circularem non habet ut in praecedentibus, sed conduplicatum: apicibus cotyledonum et radicula parallelis, finem acutiorem seminis, calycis extremitate inferiore correspondentem, constituentibus. Est itaque planta potius proprii generis.

102. SALSOLA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 437. *Juss. p.* 95. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 359. *t.* 75.

Calyx quinquefidus. Corolla nulla. Semen superum obconicum embryone elongate spirali impletum, calycis grandefacti laminâ interiore inclusum, exteriore patente coronatum. — *Herba rigida pungens, foliis ramisque omnibus alternis (nisi radicalibus), floribus axillaribus. Ord. nat.* 30. *Holoraceae.*

295. SALSOLA *kali:* calycibus scariosis explanatis coloratis solitariis, foliis subulatis mucronato-spinosis, caule herbaceo patulo hirto. *Linn. spec. n.* 225. *syst. ed. Roem.* 6. *p.* 223. *it. scan. p.* 126. 199. *etc. oel. p.* 151. *Sv. Bot. t.* 471. *Flor. Dan. t.* 818. *Wahlb. gothob. p.* 32.

Hab. in littoribus maris utriusque a Bahusia ad Scaniam et exinde per Gothlandiam et Oelandiam ad Sudermanniam frequenter.

Radix annua. Caules ramique inferne saepius lignescentes, plerumque decumbentes, longitudine varii, interdum

bipedales. Folia ad basin marginibus membranaceis suba- plectentia; costa dorsali in spinam excurrente. Calyces fr- ctificantes cum membrana marginali dilute rosea duas neas lati.

103. U L M U S.

Linn. gen. ed. Schr. n. 443. Juss. gen. p. 448. Gærtn. fr. 1. p. 224. t. 49.

Calyx urceolatus, dentatus, coloratus. Corolla null Capsula supera, suborbiculata vel ala membranac undique circumdata: utriculo medio monospermo: se mine lenticulari. — *Arbores floribus fasciculatis, gemma propria ante frondescentiam erumpentibus, staminibus numero variis; foliis primum conduplicatis simulque plicatulis. Ord. nat.* 47. *Amentaceæ, ad* 46 *Scabridas tamen revergens.*

296. ULMUS *campestris:* foliis duplicato-serratis ba inæqualibus, floribus subsessilibus glomeratis hexandris, fructibus glabris. *Linn. svec. n.* 226. *sys. ed. Roem.* 6. *p.* 298. *it. vestrog. p.* 23 66. 84. *oe. p.* 61. *gothl. p.* 222. *Sv. Bot. t.* 13. *Samz. neric. p.* 28. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 217 *Hartm. ib.* 1814. *p.* 97. *Ahlquist ib.* 1821. *p.* 302 *Hagstr. jemtl. p.* 50.

β. ramulis suberosis. *Fries nov. p.* 68.

Hab. in pratis et nemoribus per provincias campestres præcipue littorales a Scania ad Bahusiam Vermlandiam tantum infimam et Gestriciam frequenter; ceterum in formatione transitionis Vestrogothia et Nericiæ quoque copiose, etiam in ejusdem indolis terra Dalecarliæ ad Gulleråsen, et Jemtlandia rarissime; β Oelandiæ mediæ ad Brostorp etc.

Arbor mediæ altitudinis Svecis ubique *Alm* dicta; ramulis hirtellis. Folia demum insigniter scabra. Flores rubentes: laciniis subciliatis. Fructus ovales, apice inter stigmata tantum emarginati.

297. ULMUS *effusa:* foliis duplicato-serratis basi inæqualibus, floribus pedunculatis subeffusis suboctandris, fructibus margine ciliatis. *Roem. syst.* 6. *p.* 300. *Ahlquist Vet. Ac. Handl.* 1821. *p.* 302. *Wahlenb. ibid. p.* 518.

U. campestris *Fl. Dan. t.* 632? *Hornem. plant. ed.* 3. *p.* 295.
U. montana *Smith Engl. Bot.* 27. *t.* 1887.
U. octandra *Schkuhr handb. p.* 178. *t.* 67.
Hab. in nemoribus Oelandiæ mediæ magis occidentalis ad Högsrum, Rönneium, Brostorp, Gillsätra etc. passim.

Incolis dicitur *Vresalm* ob lignum magis tortuosum tenax. Folia vix scabra, sed subtus pubescentia, supra glabriuscula. Florum pedunculi vix uneiam longi, sed fructuum paullo longiores. Fructus magis ovati et fere usque ad utriculum ipsum bifidi. Et haec apud nos minus differt a praecedente quam apud exteros.

104. HYDROCOTYLE.

Linn. gen. ed. Schr. n. 457. Juss. gen. p. 251. Gaertn. fr. 1. p. 95. t. 22.

Umbella simplex pedicellata sæpius prolifera. Petala apice integra, rectiuscula. Fructus Biscutellæ-formis: commissura seminibus planis evittatis maxime contraria. — *Herbula foliis subrotundis. Ord. nat.* 15. *Umbellatæ uti omnia genera sequentia Digyniæ.*

298. HYDROCOTYLE *vulgaris:* foliis peltatis sublobato-crenatis, umbellis capitatis proliferisve subquinquefloris. *Linn. svec. n.* 234. *syst. ed. Roem.* 6. *p.* 344. *it. gothl. p.* 225. 233. 316. *oel. p.* 36. *Rogberg smol. p.* 22. *Flor. Dan. t.* 90. *Sv. Bot. t.* 617. *Leche scan. p.* 23. *n.* 15. *Fries halland p.* 51. *Wahlb. gothob. p.* 32. *Aspegren blek. p.* 21.
Hab. in ripis hyeme inundatis lacuum et paludum magis sylvestrium Gothlandiæ ubique. Oelandiæ passim, Scaniæ ad Simontorp, Toppeladugård, St. Roslätt etc., Blekingiæ, Smolandiæ meridionalis usque ad Femsjö, ad Stenbrohult et Kalmar (quousque Fagus procedit), Hallandiæ passim usque ad Götheborg, et Vestrogothiæ in insula lacus Veneri Thorsö ad Foglöbro.

Radix perennis, repens, tota filiformis, ex articulo quocunque radiculas, duos petiolos et pedunculum unum plerumque emittens, ita ut tantum folia ipsa et flores lucem conspiciant. Folia plerumque pollicem lata, nitida, ob formam

Gothlandis *Spikblad.* Umbellae fere semper bis vel proliferae ut pedunculus verticillatus fiat: verticillis infe ribus seminiferis, superioribus florentibus. Petala diluti me rosea. Fructus etiamsi planissimus parum ultra li am latus.

105. ERYNGIUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 456. Juss. gen. p. 251. Gartn. fr. 1. p. 77. t. 20

Umbella simplex capitata; involucro polyphyllo; rec taculo communi paleaceo. Petala inflexo-duplica lacinula truncata. Fructus calycis foliolis coronat cortice fungoso præcipue marginali obductus, co pressus; commissura seminibus evittatis planiusc nunquam discedentibus parallela. — *Folia marg spinosa.*

299. ERYNGIUM *maritimum:* foliis radicalibus ver sis subrotundis dentato-spinosis; superioribus loba amplexicaulibus pungentibus, involucris capitula vata superantibus, paleis tricuspidatis, caule sup ne ramoso. *Linn. svec. n.* 233. *syst. ed. Roem. p.* 322. *it. scan. p.* 126. *oel. p.* 151. *Flor. Dan.* 875. *Leche scan. p.* 23. *n.* 14. *Rosén Nov. A Ups. VIII. p.* 215. *Fries halland. p.* 50. *Osbe Götheb. handl.* 4. *p.* 12. *Wahlb. gothob. p.* *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1821. *p.* 313.

Hab. in arena littorali, e lapide arenario contrito n per orta, Sveciæ meridionalis passim, ut Scan ad Hvitamölla, Kivik, inprimis Cimbrishamn, stad, Lomma et Helsingborg, Oelandiæ ad By rum paroeciæ Böda, Gothlandiæ rarius ad l vik, Hallandiæ quoque rarius, Bahusiæ me dionalis ad Askim et in insula Vrångö.

Radix perennis, alte descendens, digitum minorem cras albescens, simul cum planta svecice *Manskraft.* Caulis r plusquam pedalis, sed interdum ramosissimus, rigidus. F juniora praecipue radicalia livido-virentia, sed quo adulti et superiora eo magis cyaneum colorem induunt ut invo cra ipsique flores, exceptis marginibus spinis et antheris m gis albescentibus. Floret seriore aestate. Fructus ma quam in alia planta Umbellata nostra, fere tres lineas latus.

106. SANICULA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 458. Hoffm. umb 1. p. XXVI. et 65. t. 1. f. 1. et t. 1 B. f. 25.

Umbella universalis incompleta, involucro subdiphyllo subpinnatifido; partialis capitata involucello polyphyllo. Perianthium persistens. Petala basi erecta, æqualia, dein valde inflexa, apice bidentata. Semina ovata, solida, aculeolis hamatis tecta. — *Herba foliis radiatis.*

300. SANICULA *europæa:* foliis inferioribus palmatis (lobis trifidis dentatis), caulino unico, flosculis omnibus sessilibus. *Linn. svec. n.* 235. *syst. ed. Roem.* 6. *p.* 339. *it. oel. p.* 62. 57. 106. 115. *scan. p.* 129. *vestgoth. p.* 23. 27. *Vet. Ac. Handl.* 1741. *p.* 83. *Sv. Bot. t.* 245. *Flor. Dan. t.* 283. *Bjerkand. Vet. Ac. Handl.* 1776. *p.* 80. *Wahlenb. ups. n.* 180. *Carls. strengn. p.* 17.

Hab. in lucis umbrosissimis præcipue fagineis provinciarum magis orientalium et littoralium frequenter, ut Scaniæ, Blekingiæ, Gothlandiæ, Oelandiæ et Roslagiæ usque ad Gevaliam copiose; nec non in regionibus formatione transitionis fundatis Vestrogothiæ et Ostrogothiæ passim, sed ad Mælerum versus Upsaliam et Stregnesiam rarius; nec his locis magis occidentem et septentrionem versus.

Radix perennis multiceps. Herbae nomen svecice *Sårlåka.* Folia pleraque radicalia nitida. Caulis plerumque pedalis, saepe trifidus; umbella triradiata. Flores albi ad solstitium aperti, plerique masculi. Semina ex majoribus, semine Cannabis vix minora.

107. BUPLEVRUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 460. Hoffm. umb. 1. p. XXIV. 112. t. 1 A. fig. 2. Gærtn. fr. 1. p. 97. t. 22.

Umbella vix nisi partialis involucellis subpentaphyllis. Petala integra, incurva (lutea). Fructus commissura seminibus subteretibus angulatis non coronatis contraria. — *Folia indivisa.*

301. BUPLEVRUM *tenuissimum:* umbellis simplicibus axillaribus subtrifloris involucro pentaphyllo longiore inclusis, seminibus sessilibus subglobosis muricatis. *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 343. *Fl. Dan. t.* 1090. *Sv. Bot. t.* 618. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII.*

p. 215. 235. *Ahlquist Vet. Ac. Handl.* 1821. 299. *Aspegren bleking. p.* 23. *Fries nov. p.* 49
. Odontites tenuissima *Schultes syst.* 6. *p.* 382

Hab. in littoribus apricis ad oram meridionali-occidentalem Gothlandiæ in paroecia Sanda, Långstitestrand paroeciæ Sproge, et in promontorio Näsudden; ut etiam Oelandiæ orientalis pagum Husvalla paroeciæ Persnäs, Källa etc., Blekingiæ raro, nec non Scaniæ occidentalis Malmö multis locis, ad Landskrona, Trolleberg, unde et in petris formationis transitionis ad Fogelsån

Radix annua. Caules plures, ramosi, subdecumbente spithamam et ultra longi, vix filo crassiores. Folia lineari parum plusquam lineam lata. Color plantae præcipue semnum evidenter aeruginosus. Flores luteoli, serotini.

108. TORILIS.

Gærtn. fr. 1. p. 82. t. 20. Hoffm. umb. 1. p. XXVI. et 49. t. 1. f 18. et 1B f. 1

Umbella utraque multiradiata; involucro utroque polyphyllo adpresso: foliolis indivisis. Disci contracti flosculi abortientes. Perianthium persistens. Petala strigosa, extrorsum subradiantia, obcordata: apiculo brev. Semina oblongata, quinquenervia: valleculis univittatis hispidis.

302. TORILIS *Anthriscus:* scabra, caule erecto ramoso, foliis bipinnatis: foliolis lanceolatis inciso-serratis; terminali elongato, involucris setaceis. *Roem syst.* 6. *p.* 482. *Wahlenb. ups. n.* 181. *Wahll gothob. p.* 32.

Tordylium Anthriscus *Linn. svec. n.* 236. *it. goth p.* 225. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 21 *Næzén in Fant diss. de Ulricehamn p.* 30.

Caucalis Anthriscus *Flor. Dan.* 6. *t.* 919. *Fri halland. p.* 51.

Hab. in ruderatis. ad vias etc. per regiones maxime campestres a Scania et Gothlandia ad Vestrogothiam et Uplandiam passim; sed in maxime occidentalibus provinciis Hallandiæ et Bahusiæ non nisi ad littora maris eaque demum septentrionem versus extima.

Radix plerumque biennis. Herba circiter sesquipedalis

nervosa, tota scabra: setulis deorsum adpressis. Umbellularum pedicelli ipsis flosculis non longiores. Petala aestivalia, initio cum partibus adjacentibus rubentia, quare svecice *Rödfloka.* Seminum setulae muricatae.

109. DAUCUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 466. Hoffm. umb. 1. p. XXVI et 61. t. 1. f. 10. et 1 B. f. 26.

Umbella utraque multiradiata; involucro utroque polyphyllo: universali foliolis pinnatifidis. Disci demum concavo-contracti flosculi abortientes. Perianthium subintegrum. Petala inæqualiter biloba. Semina ovalia, quadrialata: alis intus vittatis, in aculeos glochidatos divisis: nervis interjacentibus divergenter setulosis.

303. DAUCUS *Carota:* hispidus, foliis opacis tripinnatis: foliolis pinnatifidis; laciniis lanceolatis mucronatis, involucris umbellam subæquantibus, aculeis fructus latitudinem ipsius æquantibus rectis. *Linn. svec. n.* 237. *et p.* 463. (Caucalis) *syst. ed. Roem.* 6. *p.* 473. *it. scan. p.* 264. *gothl. p.* 273. 289. *Vet. Ac. Handl.* 1741. *p.* 189. (*Sv. Bot. t.* 104. *culta*). *Fl. Dan. t.* 723. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1805. *p.* 122. *Vidégren österg. p.* 28.

Hab. ad agros locis apricis in regionibus maxime campestribus præcipue orientalibus ut: Scaniæ adjacentisque Blekingiæ, Gothlandiæ, Oelandiæ, Vestrogothiæ ad Gökhem, Ostrogothiæ versus Omberg, Uplandiæ prope Upsaliam multis locis frequentissime.

Radix biennis, alba, non carnosa, Hallandis *Barkenrötter.* Caulis circiter sesquipedalis, divergenter albo-pilosus. Foliorum laciniae linea angustiores. Umbellae ad messem Secalis albide florent, saepe palmam latae, dein contracto-concavae, unde etiam Svecis *Fogelbo.*

110. CONIUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 469. Hoffm. umb. 1. p. XXIV. et 99. t. 1. f. 3. 1 B. f. 13.

Umbella utraque multiradiata. Involucrum universale subpentaphyllum reflexum; partiale triphyllum, extrorsum vergens, connatum. Perianthium subnullum. Petala æqualia, emarginata: apiculo inflexo; obtuso.

Semina subglobosa, commissuræ contraria, evittata costis ante maturitatem undulatis, demum nodosis.

304. CONIUM *maculatum:* caule glaberrimo maculato foliis tripinnatis; foliolis pinnatifidis; lacinulis lanceolatis subintegris, involucellis umbellula brevioribus. *Linn. svec. n.* 238. *syst. ed. Roem.* 6. *p.* 54 *it. vestgoth. p.* 159. *scan. p.* 200. 422. *gothl. p.* 16 *am. ac.* 8. *p.* 55 *Sv. Bot. t.* 226. *Jacqu. austr.* 156. *Wahlb. gothob. p.* 35. *Fries halland. p.* 5 *Leche scan. p.* 53. *n.* 45. (Cicuta). *Carls. strengr p.* 17. *Wahlenb. ups. n.* 183. *Samz. neric. p.* 2 *Aspegren bleking. p.* 22.

Hab. in agris pingvioribus et ruderatis provinciarum littoralium, ut Bahusiæ, Hallandiæ, Scaniæ præcipue ad Malmogiam, Calmariæ, Gothlandiæ ad Wisby, Sudermanniæ; etiam circa lacum Mæleri prop Strengnes et Upsala frequenter, usque ad Nericiam.

Radix biennis. Caulis saepe quadripedalis, eximie fusco maculatus et punctatus. Umbellae circiter 13-radiatae, vi ultra tres uncias latae, per partem priorem aestatis florentes, albidae. Ceterum fructu et odore viroso optime dignoscitur.

III. SELINUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 470. *Hoffm. umb.* 1. *p. XXVIII. et* 150. *t.* 1. *f.* 16.

Umbella utraque multiradiata. Involucrum universal utplurimum, partiale semper polyphyllum. Perianthium nullum. Petala subæqualia erecta, obcordata Semina plano-lenticularia, commissuræ parallela membranaceo-marginata, valleculis univittatis; dors trinervato (vel jugis totidem acutis in Carvifoli et n. 307). — *Herbæ foliola subfiliformia.*

305. SELINUM *Oreoselinum:* caule tereti striato, folii tripinnatis divaricatis; foliolis remotis inciso-pinnatifidis nitidis, involucris reflexis. *Linn. svec. e* 1. *n.* 228. *syst. ed. Roem.* 6. *p.* 557. *it. scan. p* 154. 147. 164. 256. 278. *Leche scan. p.* 5. *n.* 1 *Vet. Ac. Handl.* 1744. *p.* 267. *Ahlqu. ib.* 1821 *p.* 301.

Athamanta Oreoselinum *Linn. svec. ed.* 2. *n.* 241. *Jacqu. austr.* 168.
Oreoselinum legitimum *Bieberst. cauc.* 3. *p.* 210.
Hab. in campis collibusque arenosis Scaniæ campestris orientalis usque ad Ystad et Weberöd passim, præcipue in Tjörndalalund et ad Cimbrishamn copiosissime; etiam Oelandiæ mediæ ad Sandby copiose.

Radix biennis subfusiformis. Caulis inferne rubicundior quam in sequentibus, bipedalis. Folia in divaricationibus stipulata [!]; vaginâ caulem amplectentia. Umbella circiter viginti-radiata. Flores semper albidi. Petala lacinula emarginata! Semina fere sequentis, tantum paullo majora et rubro-lineata. Odor plantae magis daucinus, unde nonnullis svecice *Vill-morot.*

306. SELINUM *palustre:* caule subangulato, petiolis laxe vaginantibus, foliis ternato-supradecompositis; foliolis opposite pedicellatis pinnatifidis: lacinulis lanceolatis mucronulatis, involucris sublanceolatis. *Linn. svec. n.* 239. *it. scan. p* 331. *Sv. Bot. t.* 380. *Fl. Dan. t.* 257 *et* 412. *Wahlenb. lapp. n.* 128.
Thysselinum palustre *Schultes syst.* 6. *p.* 463.
Hab. in paludibus sylvaticis et pratis adjacentibus totius Sveciæ usque ad fines ultimas prope mare septentrionale frequenter.

Radix perennis, ob acredinem Svecis *Finsk Ingefära*, aliis ob locum *Mossrot*, Nericiis ob lactescentiam *Mjölkrot.* Caulis bipedalis et ultra, angulatus quidem, sed obtusius. Folia vaginis magnis coloratis caulem ambiunt; foliolis saepe unciam longis. Flores sub foenisecio albi; petalis apice tantum inflexo.

307. SELINUM *lineare:* caule tereti striato, petiolorum vaginis cylindricis superne membranaceo-auriculatis, foliis bipinnatis: pinnulis subsessilibus pinnatifidis linearibus, involucro polyphyllo setaceo. *Schum. sæl.* 1. *p.* 95. *Flor. Dan. t.* 1330. *Hornem. plant. ed.* 3. *p.* 314. *Ahlquist Vet. Ac. H.* 1821. *p.* 301.
S. dimidiatum *Decand. fl. fr. n.* 5492? (conf. suppl. p. 503).
Seseli dubium *Schultes syst. veg.* 6. *p.* 399.

Hab. in fruticetis elevatis Oelandiæ a Borgholm a Ottenby usque passim.

Radix annua vel semibiennis esse videtur. Planta tol stricta, angusta, simplicissima vix plusquam tres umbellas ge rens, sesquipedalis. Petiolorum vaginae saepius bipollicari longitudinis, caulem bene involventes, et ad pinnas infima subsessiles fere pertingentes. Pinnularum ultimae lacinia petiolo non latiores. Florescentia serotina. Semina fere u in sequenti (Carvifolia), sed jugis minus acutis. — Itaqu non nisi habitu ad Seseli annuum accedit.

308. SELINUM *Carvifolia:* caule acutangulo subalato petiolis evaginatis, foliis triplicato-pinnatis; folioli pinnatifidis; lacinulis lanceolatis apice calloso-mucronulatis, involucris subtriphyllis deciduis. *Linn. spec pl. ed. Willden.* 1. *p.* 1398. *it. scan. p.* 304. *mant p.* 353. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 89. *t.* 21. *Flor. Dan. t* 667. *Jacqu. austr. t.* 16. *Aspegren bleking. p.* 22 *Fischerström mål. p.* 287.

Angelica Carvifolia *Schultes syst.* 6. *p.* 606.

Hab. locis paullo declivibus montanis in regionibus Quercu præditis præcipue Uplandiæ, Ostrogothiæ, Bahusiæ, Hallandiæ, Scaniæ sylvestris, Blekingiæ passim, Oelandiæ saltem ad Färjestaden.

Radix perennis. Caulis vix sesquipedalis, firmus strictusque, et quidem ob angulos maxime prominentes extrorsum omnino membranaceos diaphanosque. Folia itaque etiam tantum uni lateri caulis adfiguntur; foliola brevia ungve minore non longiora, albo-mucronata. Flores post foenisecium; petalis albis, magis inflexis.

112. ATHAMANTA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 471. Juss. gen. p. 248.

Umbella utraque multiradiata densa; involucris utrisque polyphyllis adpressis. Perianthium obsoletum. Petala æqualia obcordata: apiculo uncinato. Semina ovata, gibba, asperula, quinquecostata: valleculis univittatis: vittis late lanceolatis.

309. ATHAMANTA *Libanotis:* caule sulcato, foliis bipinnatifidis planis, foliolis incisis; infimis decussatis; laciniis lanceolatis. *Linn. svec. n.* 240 *syst. ed. Roem.* 6. *p.* 488. *n.* 2. α *it. gothl. p.* 105. 115. 289.

Flor. Dan. t. 754. *Jacqu. austr. t.* 392. *Ahlquist runst. p.* 12. *Carls. strengn. p.* 17. *Wahlenb. ups. n.* 184. (*Hisinger norr. p.* 38).

Hab. in collibus pratorum eximie elevatis aridis regionum campestrium provinciarum mediarum magis orientalium a Gothlandia et Oelandia per Ostrogothiam, ad Vestrogothiam ex. gr. Varnhem, et Uplandiam usque prope Upsala frequenter, (sed prætera non antequam in insulis Norvegiæ australioris).

Radix perennis, superne setosa, Ostrogothis *Såfferot.* Planta praesertim superne non parum puberulo-canescens, plerumque bipedalis, stricta. Foliorum pinnae cuneatae, incisae. Umbellae totae albidae, post solstitium explicatae. Semina seminibus carvi breviora, aromatica.

113. PEUCEDANUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 472. *Gærtn. fr. 1. p.* 88. *t.* 21.

Umbella universalis tenuis, inæqualis, circiter octoradiata; involucro univ. submonophyllo; partiali polyphyllo. Petala lutea æqualia incurva apice integra. Semina planiuscula commissuræ parallela, ovalia, marginata, quinquenervia, evittata.

310. PEUCEDANUM *Silaus:* caule angulato, foliis supradecompositis: foliolis pinnatifidis; laciniis oppositis lanceolatis nervosis subcanaliculatis cuspidatis. *Linn. svec. ed. Willd.* 1. *p.* 1406. *Jacqu. austr. t.* 15. *Fries nov. p* 111. *phys. sällsk. årsber.* 1823. *p.* 94. *Retz. diss. fl. scand suppl. p.* 6. Ligusticum Silaus *Link. hort. ber.* 1. *p.* 275. Cnidium Silaus *Schultes syst.* 6. *p.* 416.

Hab. in pratis humidis nemorosis maritimis ad oram maxime meridionalem mediam Scaniæ prope Hörtemöila, vel in Hörleskog copiose, ad Almaröd parcius.

Radix perennis, fusiformis, ramosa, nigra. Planta tota glaberrima, habitus Selini, sed folia regulariter pectinata et petala luteola arcuatim incurvata, nec non odor seminaque potius Ligustici. Ceterum planta gracilescens saepe quadripedalis; umbellis vix uncia latioribus; radiis valde inaequalis longitudinis, nonnullis dimidio brevioribus.

114. LASERPITIUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 479. Juss. gen. p. 247. Gærtn. fr. 2. p. 31. t. 85.

Umbella utraque multiradiata; involucris polyphyllis Perianthium subquinquedentatum. Petala æqualia obcordata. Semen quodcunque quadrialatum: alis intus univittatis; commissura seminibus parallela.

511. LASERPITIUM *latifolium:* foliis bipinnatis glaberrimis subcoriaceis; foliolis oblique cordatis mucronato-dentatis, alis seminum crispulis. *Linn. svec. n.* 242. *syst. ed. Roem.* 6. *p.* 616. *it. gothl. p.* 47. 56. 81. 20. *Flor. Dan.* 9. *t* 1513. *Jacqu. austr. t.* 246. opt. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 26. Hab. ad radices rupium locis siccioribus soli expositis provinciarum orientalium a Scania ex. gr. Wemmerlöf usque ad Gestriciam frequenter; versus occidentem vero tam rarescit, ut Vestrogothiæ non ultra Varnhem infra Billingen et Smolandiæ non ultra Berg repertum sit, ac dein omnino desideretur.

Radix perennis, albicans, pollice saepe crassior, unde nomen svecicum *Spenôrt*, aliis *Tapsan.* Herba quoque ex maximis nostrarum umbellatarum. quadripedalis et ultra, glaberrima, non parum glaucescens. Folia vaginis inflatis amplectentia, subbiternata; foliolis bis pollicem latis. Umbellae palma duplo latiores, albae, ad foenisecium florentes.

115. HERACLEUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 477. Hoffm. umb. 1. p. XXVII. 129. t. 1. f. 11.

Umbella utraque multiradiata. Involucrum univ. caducum, partiale polyphyllum. Perianthium subintegrum. Petala inæqualia: interiora inflexo-emarginata, exteriora bifurca. Semina plana, commissuræ parallela, marginata; valleculis univittatis: vittis duabus commissuralibus clavulatis, apice conjugatis.

512. HERACLEUM *Sphondylium:* foliis pinnatis bijugis dentatis scabro-hirsutis; foliolis lateralibus sinuatis; extremo trilobo acutiusculo, floribus albidis subradiantibus, seminibus glabris. *Linn. svec. n.* 243. *syst. ed. Roem.* 6. *p.* 572. *Sv. Bot. t.* 363. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 35. *Hartm. ib.* 1814. *p.* 97.

β. angustifolium: foliolis pinnatifidis; laciniis elongatis linearibus, corollis subuniformibus (albidis). *Linn. svec. l. c. syst. ed. Roem. l. c. Smith compend.* 1818. *p.* 46. *engl. fl. 2. p.* 102.
Hab. in pratis et ad agrorum margines per maximam partem Sveciæ a Scania ad Bahusiam, Dalecarliam præcipue formationis transitionis et Angermanniam ultra Skulskogen nec non Jemtlandiam; sed in regionibus intimis ferrimontanis ex. gr. Vermlandiæ omnino desideratur. β in regionibus maxime campestribus ex. gr. Upsaliæ, Oelandiæ.

Radix biennis. Herba ex majoribus nostrarum umbellatarum, tota scabra angulata, odoris fere Livisticini, Svecis *Qvesgrás*, Nericiis *Björnram*, Jemtlandis *Harkummin*. Foliolorum laciniae saepe ultra pollicem latae. Umbellae albae, ante foenisecium florentes; lobis petalorum exteriorum plerumque elongatis. — β gracilitate, foliis profundius divisis in lacinias digito minimo vix latiores sed spithamam longas, floribus non radiantibus primum longe diversa videtur; tamen occurrunt plantae valde angustifoliae floribus radiantibus et vice versa, quae varietates indicant.

116. LIGUSTICUM.

(*Linn. gen. ed. Schr. n.* 478. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 28. *t.* 85)?

Umbella utraque multiradiata; involucris polyphyllis. Perianthii dentes persistentes. Petala superne incurvata: apiculo inflexo obtuso. Semina commissuræ contraria oblongata quinquejuga: membrana nuclei multivittata.

513. LIGUSTICUM *scoticum:* caule simpliciusculo striato, foliis subbiternatis; foliolis trapeziis serratis, involucris linearibus. *Linn. svec. n.* 244. *syst. ed. Roem.* 6. *p.* 547. *it. vestrog. p.* 182. *Flor. Dan. t.* 207. *Sv. Bot. t.* 622. *Fries halland. p.* 52. *Wahlb. gothob. p.* 33. *Kalm bohusl. p.* 76. 137. 144. *Vet. Ac. Handl.* 1743. *p.* 107. *Wahlenb. lapp. n.* 130. Angelica scotica *Lamark.*
Hab. in littoribus maris occidentalis a Kullaberg ejusque latere septentrionale Scaniæ per Hallandiam to-

tamque Bahusiam frequenter; etiam ad mare septentrionale per Nordlandiam et Finmarkiam usque ad fines Russiæ ubique.

Radix perennis, descendens. squamis nigricantibus valde obvallata, odore fere Livistici ut tota planta. Herba vix plusquam pedalis, sed satis obesa, nitida. Flores omnino albi media aestate obvii. Semina ex longioribus fere quatuor lineas emetientia fere ut in Scandice. Itaque a genere Ligustico non parum discedit haec planta.

117. ANGELICA.

Linn gen. ed. Schr. n. 479. Hoffm. umb. 1. p. XXIX. et 160. t. 1. f. 15.

Umbella utraque multiradiata subglobosa. Involucrum univ. paucifolium sæpe caducum; partiale polyphyllum. Perianthium inconspicuum. Petala æqualia, acuminata, arcuato-incurvata. Semina planiuscula commissuræ parallela, quinquecostata: vittæ membranæ seminalis vel costis duplo plures in spec. 1. vel valleculis tantum oppositæ in spec. 2. — *Herbæ vaginis saccatis, foliis latis.*

314. ANGELICA *Archangelica:* caule glabro, tereti striato, foliis bipinnatis; foliolis subcordatis lobatis serratis; extremo trilobo, fructu subgloboso; costis æqualibus suberosis. *Linn. svec. n.* 245. *β. syst. ed. Roem.* 6. *p.* 599. *am. ac.* 8. *p.* 96. 103. *Fl. Dan. t.* 206. *Wahlenb. lapp. n.* 131. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 107. 1818. *p.* 135. 155. *Hising. herjed. p.* 51. *dal. p.* 23.

β. littoralis: caule magis sulcato; pedunculis umbellæ puberulis; vaginis angustioribus, fructu magis compresso ob costas dorsales minores suberosas.

A. Archangelica *α* sativa *Linn. svec. l. c. it. oel. p.* 131. *Videgren österg. p.* 28.

A. littoralis *Wahlenb. carp. p.* 84. *Fries halland. p.* 51. *Wahlb. gothob. p.* 53. *Nov. Act. Ups. VIII. p.* 215 *et* 236.

Hab. locis suboccultis humidis ad rivulos per omnium alpium latera, radices et convalles a Dalecarlia usque ad NordCap finesque Russiæ frequenter; *β* in insulis maris extimis Bahusiæ, Hallandiæ ex. gr. in

Tylen extra Halmstad, Gothlandiæ in Marpesholm prope Fåröen, in insula Jungfrun freti Oelandici, Ostrogothiæ ad Stegeborg, Sudermanniæ et Roslagiæ rarius, demumque ad Vettern.

Radix biennis. Herba ratione crassitudinis et succositatis eximie brevis plerumque tantum bipedalis; caule plus quam pollicem crasso. Tota planta quoque laevis et viridis usque ad pedicellos asperulos. Flores ut in succosis plantis pluribus toti virescunt. Semina inconsveta, corticulo suberoso quasi inflato itaque semigloboso; nucleo vix tertiam partem cavitatis implente, membrana sua multivittata vestito. — β Herba paullo angustior sed rigidior, floribus paullo minus virentibus, seminibus etiam suberosis sed minus inflatis, costisque dorsalibus obtusioribus. — Lapponibus *Påsk*. Dalecarlis *Qvanne*, Empiricis *Engelört*, *Helgeandsört*, *Bröstört* e. s. p.

315. ANGELICA *sylvestris*: caule superne cano-pubescente subangulato, foliis bipinnatis; foliolis ovatis acute serratis æqualibus, fructu compresso marginibus alato. *Linn. svec. n.* 246. *syst. ed. Roem.* 6. *p.* 600. *it. scan. p.* 359. *vestgoth. p.* 67. 207. *oel. p.* 47. *Sv. Bot. t.* 303 *Fl. Dan. t.* 1639. *Aspegren bleking. p.* 22. *Wahlenb. lapp. n.* 132.

Hab. in pratis sylvestribus subpaludosis totius Sveciæ a Scania usque in Lapponiam passim.

Radix perennis utut et herba tota angusta, saepe tripedalis. Caulis superne cum pedunculis albo-puberulus. Flores omnino albi vel initio parum rubentes, post foenisecium explicati. Semina quasi ob succositatem minorem membranacea: testa omnino constricta circa nucleum adeo ut vittae in vallecculis transpareant. — Herba tamen major et crassior in montanis sylvestribus uti Vermlandiae, ubi *Björnstut*, *Björnpipor*; alibi *Slöke*, *Slökestut*, *Tjuten* etc.

118. SIUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 480. *Hoffm. umb.* 1. *p. XXIV. et* 109. (Drapenoph.).

Umbella utraque multiradiata; involucris polyphyllis. Perianthii dentes persistentes. Petala erecta, æqualia, obcordata: apiculo infracto obtuso. Semina subovata commissuræ contraria quinquenervia: membrana se-

minali multivittata. — *Herbae foliis acute serratis radice perenni.*

516. SIUM *latifolium:* caule angulato, foliis submers bipinnatifidis: laciniis linearibus decussantibus; e mersis pinnatis: foliolis sublanceolatis basi ovat inæqualibus acute serratis, umbellis terminalibu pedunculatis, fructu ovali costato. *Linn. svec. n* 247. *syst. ed. Roem.* 6. *p.* 531. *it. vestgoth. p.* 25 *Sv. Bot. t.* 178. *Flor. Dan. t.* 246. *Hartm. Ve Ac. Handl.* 1818. *p.* 123.

Hab. in rivulis et fluviis regionum magis campestriu vel etiam littoralium a Scania usque ad Bahusiam Vermlandiam inferiorem, Nericiam et prope mar ad Vestrobottniam usque frequenter.

Caulis saepe quadripedalis, strictus. Umbellae demu plus quam palmam latae post solstitium florentes: petalis a bis, sed genitalibus subviolaceis. Semina quoque saepe co lorata, oblongata, eximie costata. — Svecis plerumque *Strål ta*, rarius *Vattenmårka* (i. e. Paludapium).

517. SIUM *angustifolium:* caule erectiusculo tereti, fo liis pinnatis; foliolis inæqualiter serratis, umbell pedunculatis oppositifoliis, involucro foliaceo sub pinnatifido, fructu subgloboso ecostato. *Linn. spe pl. ed.* 2. *p.* 1672. *syst. ed. Roem.* 6. *p.* 533. *S Bot. t.* 620. *Jacqu. austr. t.* 67. *Rosén Nov. Ac Ups. VIII p.* 215. *Schrad. diar.* 1800. 2. *p.* 21

β. caule decumbente, foliolis sublinearibus, involucr subindivisis.

S. nodiflorum *Linn. svec. n.* 248. (nec *syst. veg Retz. scand. ed.* 2. *p.* 67. *Rosén scan. p.* 1 *Flor. Dan. t.* 247. *Fries hall. p.* 58.

Hab in fossis, rivulis et amnibus provinciarum me ridionalium littoralium et insularium, ut: Goth landiæ prope Wisby septentrionem versus alib que, Oelandiæ ad Åleback paroeciæ Gårdby Scaniæ orientalis ad munimenta Christianstad versus septentrionem, Borreby non procul a Cim brishamn, ad Ystad in Öjamosse, Lund aliisque loci nec non Hallandiæ meridionalis.

Radix descendens, verticillatim radicans. Tota planta duplo triplove minor et tenerior quam praecedentis immo etiam laevior (sine costis etc.), sed non semper magis angustifolia nisi in summa parte et praecipue var. *β.* Caulis valde fistulosus, circiter bipedalis. Folia inferiora foliolis omnino ovatis obtusius serratis, sed quo superiora eo etiam angustiora et argutius serrata usque dum in involucra abeunt. Umbellae totae vix sesquiunciam latae.

318. SIUM *Falcaria:* caule striato, ramis divergentibus, foliis caulinis decursive biternatis glaucescentibus; foliolis linearibus argute cartilagineo-serrulatis, involucris setaceis. *Linn. syst. ed. Roem.* 6. *p.* 555. *Jacqu. austr. t.* 257. *Sv. Bot. t.* 621. *Retz. diss. supl. fl. scand. p.* 6. *oec. p.* 685.
Bunium Falcaria *Bieberst. cauc.* 1. *p.* 211. — 3. *p.* 207.
Hab. ad agros elevatos, aggeres etc. Scaniae extimae jurisdictionis Ingelsta prope pagum Glämminge versus collem Gisberg copiose.

Radix fusiformis albescens. Caulis saepius bipedalis forsan potius nervosus tantum, omnino teres, una cum tota herba glaucescens. Folia radicalia omnino subpinnata, sed caulina biternata: petiolo caulem vaginante. Umbellarum et involucra et pedunculi setacei. Fructus longus subclavatus.

119. SISON.

Linn. gen. ed. Schr. n. 481. *Juss. gen. p.* 246.

Umbella utraque pauciradiata. Involucellis subtetraphyllis. Petala apice integra, planiuscula. Semina oblonga, quinqueeostata: valleculis univittatis filiformibus; commissura bivittata nucleo latior.

319. SISON *inundatum:* caule repente, foliis pinnatis, foliolis submersis capillaribus; emersis inciso-trifidis cuneiformibus, umbellis bifidis subquinquefloris. *Linn. svec. n.* 246. *it. scan. p.* 397. *Flor. Dan. t.* 89. *Rosén scan. p.* 14. *n.* 11. *Fries halland. p.* 53. *Aspegren bleking. p.* 22.
Hydrocotyle inundata *Engl. Bot.* 4. *t.* 227.
Meum inundatum *Schultes syst.* 6. *p.* 455.
Hab. locis inundatis prope littora maris provinciarum

maxime meridionalium raro, ut Scaniæ ad Chr stianstad in peninsula Isternäset dicta copiose, Skanör et Falsterbo, ad Varlo prope Skabersjö libique, Hallandiæ ad Varberg in rivulo jux Gammelköpstad ¼ miliaris ab urbe distante meridie versus non parce, Blekingiæ ad Säbyå rarissim

Radix annua. Caulis totus repens et radicans, debili per spithamam unam alteramve protensus. Folia tota se quiunciam vix longa; laciniis omnibus caule angustiorib Pedunculi et umbellae folia non excedentes. Umbellularu pedicelli seminibus breviores.

120. OENANTHE.

Linn. gen. ed. Schr. n. 484. Juss. gen. p. 246. Hoffm. umb. I. p. XXV. t.

Umbella universalis pauciradiata; partialis congesta, d mum capitata. Involucrum nullum; involucellum p lyphyllum. Perianthium persistens. Petala exterio radiantia, bifida; lacinula filiformi. Fructus clavatu commissura nucleis parallela iisque latior, connata.

520. OENANTHE *fistulosa:* caule basi stolonifero f stuloso simpliciusculo, foliolis caulinis petiolo fist loso angustioribus. *Linn. svec. n.* 250. *syst. e Roem.* 6. *p.* 418 *it. scan. p.* 243. 249. 279. 292. 39 399. *Flor. Dan. t.* 846. *Sv. Bot. t.* 619. *Ros Nov. Act. Ups. VIII. p.* 215. *Leche scan. p.* 5. 20. *Rosén scan. p.* 14. *Fries halland. p.* 53.

Hab. in rivulis et aquosis provinciarum extimaru formationibus junioribus fundatarum ut: Got landiæ inter Schoenum Mariscum multis l cis et Scaniæ campestris extimæ copiose ex. ad Christianstad, Dybeck, Ularp, Barsebäck, F gelsång, Haslarp versus Engelholm; de cetero no nisi Hallandiæ ad Halmstad.

Radix perennis saltem stolonibus suis et tuberculis. T bercula magnitudine pisorum vel fabarum minorum, aeta provectiore epidermide per rimas ruptâ obtecta, vel in b radicularum vel in stolonibus filiformibus filipendula sede Plantulae stolonum folia foliolis pinnatifidis. Herba non p rum glaucescens, tota fistulosa et flexilis, pedem unum terumve alta. Foliola in petiolo ad basin conniventia. Ur

bellulae ob radios spectabiles, demum abeuntes in capitula omnino compacta nucum avellanarum magnitudine, stylis rigidis undique hispida. Semina perfectius connata quam in ceteris.

121. PHELLANDRIUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 485. Hoffm. umb. 1. p. XXV. et 70. t. 1. f. 17. et 1 B. f. 11.

Umbella univ. pauciradiata, partialis plana. Involucrum nullum; involucellum polyphyllum patulum. Perianthium persistens. Petala patula æqualia, obcordata: apiculo infracto. Semina subovata gibba: commissura nucleis latior subconnata; valleculis univittatis.

521. PHELLANDRIUM *aquaticum:* foliis subtripinnatis; ramificationibus divaricatis. *Linn. svec. n.* 252. *Bieberst. cauc.* 3. *p.* 252. *Sv. Bot. t.* 155. *Flor. Dan. t.* 1154. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 219. (*Hagström jemtl. p.* 40).
Oenanthe Phellandrium *Schultes syst.* 6. *p.* 425.
Hab. in rivulis, piscinis, ad amnes Sveciæ magis campestris a Scania ad Bahusiam, Vermlandiam et Dalecarliam inferiorem nec non Gestriciam frequenter.

Radix biennis, crassa et spongiosa. Caulis quoque eximie inflatus fistulosusque saepe pollicem crassus, quamquam ob ramos numerosos divergentes interdum pede non altior, Svecis male notus nomine *Stâkra.* Foliorum pinnae ultimae petiolo angusto non latiores. Umbellae multae laterales et oppositifoliae, breviter pedunculatae, albae. Semina ob succositatem non nisi exsiccatione sulcata et nunquam a se invicem sponte dilabentia.

122. CICUTA.

Linn. gen. ed. Schr. n 486.

Umbella multiradiata. Involucellum solum polyphyllum. Perianthium integrum. Petala æqualia inflexa. Semen quodcunque subglobosum quinquejugatum, valleculis univittatis; commissura angustissima vittis unitis.

522. CICUTA *virosa:* petiolis marginatis obtusis, foliis bipinnatis; foliolis ternis extimis confluentibus lanceolatis acutis serratis, umbellis oppositifoliis. *Linn.*

svec. n. 253. *syst. ed. Roem.* 6 *p.* 452. *it. scan. p.* 246. 265. *Sv. Bot. t.* 134. *Fl. Dan. t.* 208. *Wahlenb. lapp. n.* 133.

Hab. in paludibus præcipue sylvaticis spongiosis earumque lacubus per fere totam Sveciam, alpibus tantum exceptis, passim.

Radix perennis capitata praecipue famosa Medelpadis *Bunarot*, aliis *Språngrot*. Herba (*Språngört*, *Odört*) circiter bipedalis, stricta, laevis. Umbellae ob radios multo aequales convexae, albae, circa foenisecium florentes. Semina ex minimis sui ordinis nat. magnitudine vix seminum sinapis pistillis suis fere breviora.

123. AETHUSA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 487. *Hoffm. umb.* 1. *p.* XXIV. *et* 97. *t.* 1. *f.* 5. 1 *B. f.* 5

Umbella utraque pauciradiata. Involucellum solum unilaterale subtetraphyllum. Perianthium obsoletum. Petala scrobiculata, subinæqualia, bifida: apiculo infracto obtuso. Semina utraque semiglobosa: jugis obtusis; valleculis univittatis; — commissura nucleis latior: vittis distantibus arcuatis.

323. AETHUSA *Cynapium:* foliolis pinnatifidis; laciniis sublinearibus. *Linn. svec. n.* 254. *syst. ed. Roem.* 6. *p.* 454 *Sv. Bot. t.* 64.

Hab. in hortis oleraceis pingvioribus Sveciæ meridionalioris usque ad Uplandiam frequenter.

Radix annua. Herba quo altior (interdum tripedalis) eo magis inferne maculata et glaucescens praecipue in caule, foliis subtus nitidis (unde Uplandis *Glis*, a Silesiacorum *Gleisse*, aliis *Athåfva*, etiam *Vill-persilja*). Umbellae radiis tantum quinque longioribus, albae. Fructûs forma et magnitudo fere Coriandri.

124. SCANDIX.

Linn. gen. ed. Schr. n. 489. *Hoffm. umb. p.* XXIV. *et p.* 31. *t.* 1. *f.* 10. *et t.* 1 *B. f.* 28. (Chæroph.).

Umbella multiradiata. Involucellum solum subpentaphyllum. Perianthium nullum. Petala obcordata: apiculo infracto acuminato. Semina elongata, subrostrata, quinquecostata: valleculis univittatis.

324. SCANDIX *Pecten:* seminibus subsessilibus rostro

multoties brevioribus, foliis decompositis; laciniis linearibus caule aspero angustioribus. *Linn. faun. svec. p.* 557. *syst. ed. Roem.* 6. *p.* 502. *Flor. Dan. t.* 844. *Jacqu. austr. t.* 263. *Ahlquist Vet. Ac. Handl.* 1821. *p.* 299.

Hab. in agris littoralibus Gothlandiæ passim ex. gr. ad Klinta, Oelandiæ inter Räplinge et Borgholm.

Radix annua, simplex. Caulis vix plusquam spithamam altus, dichotomus, parum asper. Flores albi inconspicui, sed demum in rostris elongatis seminum singulari modo elevati. Semina ipsa vix quatuor lineis longiora, sed rostra sesquiunciam longa, compressa et inde dentibus pectinis cujusdam admodum similia (unde nomen speciei), marginibus ciliata, apice stylis mucronata.

325. SCANDIX *temulenta:* seminibus erostatis sulcatis, umbellis cernuis, involucellis reflexis ciliatis, foliis utrinque pilosiusculis subbipinnatis: foliolis incisis ovato-oblongis, caule scabro maculato. *Roth germ.* 2. *p.* 317. *Wahlenb. ups. n.* 196.

Chærophyllum temulentum *Linn. svec. n.* 258. *it. scan. p.* 115. 265. *gothl. p.* 55. 60. 175. 225. *Fl. Dan.* 6. *t.* 918. *Jacqu. austr. t.* 65. *Fries halland. p.* 54. *Aspegren bleking. p.* 25.

Myrrhis temula *Schultes syst.* 6. *p.* 514.

Hab. ad sepes, pagos, rudera, Scaniæ campestris fere ubique, Gothlandiæ passim ex. gr. ad Wisby, Gothem, Oelandiæ fere ubique ut ad Glömminge, Köping, Runsten; sed Hallandiæ rarius ex. gr. ad Hasslöf, Blekingiæ ad Carlskrona et Uplandiæ vix nisi Upsaliæ.

Radix biennis. Herba tota gracilis circiter pedalis, obscure virens. Inflorescentia primum cernua, serotina. Semina vix tres lineas longa fere erostrata (quare Linnaeo Chaerophyllum).

125. CHÆROPHYLLUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 490. *Hoffm. umb. p.* XXIII *et p.* 38. *t.* 1. *f.* 19. *et t.* 1*B. f.* 27 (Anthriscus).

Umbella multiradiata. Involucellum solum subpentaphyllum. Perianthium nullum. Petala plana obovata

(sine apiculo), subæqualia. Semina oblongato-subulata, evittata: (rostro brevi costato).

326. CHÆROPHYLLUM *sylvestre:* seminibus glabr. caule sulcato; geniculis tumidiusculis, foliis tripinnatis; foliolis ovatis pinnatifidis; lacinulis oblong obtusis. *Linn. svec. n.* 257. *syst. ed. Roem.* 6. 521. *Sv. Bot. t.* 124. *Jacqu. austr. t.* 149. *Wallenb. lapp. n.* 134.

Hab. in pratis totius Sveciæ etiam Lapponiæ vulgatissimum.

Radix perennis. Herba bipedalis et ultra, passim pilosiuscula, subvirosa, Svecis *Hundkaxe, Hundloka, Hundkummin.* Hallandis *Spökter.* Involucella ciliata longitudin pedicellorum. Umbellae albae ante foenisecium florente Semina nitida: rostro brevissimo.

327. CHÆROPHYLLUM *sativum:* seminibus longiu rostratis glabris, pedunculis axillaribus pubescentibus, caule angulato; geniculis constrictis, foliis tripinnatis; foliolis pinnatifidis obtusiusculis. *Bauhin pin.* 152. *Roem. syst.* 6. *p.* 520. *Ahlquist Vet. Ac Handl.* 1821. *p.* 298.

Scandix Cerefolium *Linn. svec. n.* 255. *it. gothl. p* 165. 168. *scan. p.* 139. *Sv. Bot. t.* 283. *Jacqu austr. t.* 390. *Fl. Dan. t.* 1640. *Fries halland p.* 53. *Wahlb. gothob. p.* 33. *Videgren österg p.* 28.

Hab. in cultis provinciarum meridionalium, littoralium passim, ut: Gothlandiæ ad Grötlingbo et Wisby, Oelandiæ ad Borgholm, Scaniæ ex. gr. ad Cimbrishamn, Hallandiæ et Bahusiæ meridionalis, (Ostrogothiæ ad Linköping).

Radix annua. Herba pedalis et ultra, tenera, proprii et grati saporis Svecis *Körfvel.* Umbellae saepe in axillis sessiles, pauperiores et irregulares. Semina ipsa fere praecedentis, sed aucta rostro dimidii sui ipsius longitudinis (unde Linnaeo Scandix).

328. CHÆROPHYLLUM *Anthriscus:* seminibus hispidis ovatis, pedunculis axillaribus oppositifoliisve glabris, caule lævi, petiolis pilosis, foliis triplicato-

pinnatis; foliolis pinnatifidis obtusiusculis. *Lamark enc.* 1. *p.* 685.

Scandix Anthriscus *Linn. svec. n.* 256. *it. gothl. p.* 164. *oel. p.* 55. (36.) *scan. p.* 171. *Flor. Dan. t.* 863. *Jacqu. austr. t.* 154. *Aspegren bleking. p.* 23. *Leche scan. p.* 23. *n.* 17. *Ahlquist runst. p* 12. *Fries halland. p.* 53.

Anthriscus vulgaris *Schultes syst.* 6. *p.* 524.

Hab. in aggeribus præcipue fuco et zostera exstructis provinciarum littoralium meridionalium passim, ut: Gothlandiæ ad Wisby, Oelandiæ ad promontorium australe copiosissime, ad Köping, Hornsladugârd, Runsten etc.; Calmariæ ad munimenta; Blekingiæ ad Carlskrona, Scaniæ ad Ystad, Skanör, Malmö, Lund, Landskrona, Helsingborg; Hallandiæ ad Hasslöf, (et Gothoburgi aliquando: *Linn*).

Radix annua. Herba varie tortuosa et implicata, ramosissima, vage luxurians. Folia saltim in adultiore planta minora, paucas uncias longa; laciniis ramo vix latioribus. Umbellae breviter pedunculatae immo saepe sessiles, pauciradiatae, sesquiunciam tantum latae. Semina Carvi semine minora, valde adhaerentia ob asperitiem incurvam, qua nec caret reliqua planta adulta.

126. IMPERATORIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 491. Juss. gen. p. 245.

Umbella multiradiata. Involucellum solum tenuissimum subsetaceum. Perianthium obsoletum. Petala subæqualia obcordata; apice infracto acuminato. Semina planissima, utrinque emarginata, Biscutellæ-formia; valleculis univittatis.

329. IMPERATORIA *Ostruthium:* caule tereti glabro simpliciusculo, vaginis saccatis, foliis ternatis; foliolis tripartitis; laciniis ovatis inciso-serratis. *Linn. svec. p.* 464. *syst. ed. Roem.* 6. *p.* 608. *Sv. Bot. t.* 368. *Hülphers dal. p.* 252. *Fries nov. p.* 49. *halland. p.* 54.

Hab. in graminosis convallibus inter alpes ultimas Dalecarlicas ad Transtrand passim, ut etiam in pratis fertilioribus Hallandiæ et Smolandiæ occidentalis ex. gr. ad Femsjö loco Elfdalen dicto copiose.

353. PIMPINELLA *magna*: foliis omnibus pinnat: pinnis omnium oblongis sublobatis serratis. *Lin mant. p.* 219. *syst. ed. Roem.* 6. *p.* 384. *Fl. Da t.* 1155. *Jacqu. austr. t.* 396. *Rosén Nov. A Ups. VIII. p.* 215. 236. *Retz. diss. fl. scan suppl.* 2. *p.* 6.
* dissecta *Retz. obs. bot.* 3. *p.* 30. *t.* 2. *Regen bot. Zeit.* 1820. *p.* 501.
Hab. in pratis nemorosis Gothlandiæ ex. gr. int Aarshamn et Vialms udde; Scaniæ occidenta mediæ ad Harlösa, Ryda skog etc. regionis Lödd ström, et in Kullaberg ejusque latere septentriona maritimo copiose.

Radix perennis, saepe digitum majorem crassa. Cau interdum fere orgyalis, valde angulatus et foliosus. Folia mnia subsimilia; inferiora foliolis tres digitos saepe lati valde lobatis; superiora etiam ad pedunculos foliolis indiv sis. Umbellae autem vix majores quam in praecedente. - Maritima planta humilior, crassior et nitidissima.

130. APIUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 499. *Hoffm. umb. p. XXV. et* 75. *t.* 1. *f.* 8.

Umbella inæqualis; involucro utroque nullo. Perianthium nullum. Petala æqualia subrotunda: apicul infracto obtuso brevi. Semina subglobosa commissuræ contraria quinquecostata: valleculis multivittatis.

354. APIUM *graveolens*: caule sulcato ramoso; umbellis subsessilibus, foliis pinnatis; foliolis caulinorum cuneiformibus incisis. *Linn. svec. n.* 262. *syst. ed Roem.* 6. *p.* 429. *Flor. Dan. t.* 790. *Leche scan p.* 6. *n.* 22. *Rosén scan. p.* 14.
Hab. in littoribus salsis Scaniæ ex. gr. extra Hvällinge copiosissime, ad moenia urbium passim u Landskronæ, Christianstad.

Radix biennis. Caulis sesquipedalis plerumque saltem superne dichotomus: foliis umbellisque ad dichotomias subsessilibus. Flores albi seminaque minuta fere Papaveris.

131. AEGOPODIUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 500. *Gartn. fr.* 2. *p.* 274. *t.* 140. *Hoffm. p. XXII et* 80

Umbella multiradiata; involucro utroque nullo. Perian-

thium nullum. Petala æqualia emarginata: apiculo infracto uncinato. Semina oblonga commissuræ contraria, quinquecostata, evittata.

535. AEGOPODIUM *Podagraria:* foliis caulinis summis ternatis *Linn. svec. n.* 263. *it. vestrog. p.* 62. 207. *scan. p.* 359 *Sv. Bot. t.* 147. *Fl. Dan. t.* 670. Sison Podagraria *Schultes syst.* 6. *p.* 408.

Hab. in pomariis præcipue subhumidis et ad littora lacuum majorum sitis per Gothiam usque ad Bahusiam, Vestrogothiam et in Uplandiam frequenter.

Radix perennis. Herba habitus magis oleracei, Uplandis *Kirtkål*, australioribus *Sqvallerkål* (a Danorum *Svaldekaal*), rarius *Trebening*. Folia radicalia biternata: foliolis lateralibus basi cordatis, argute inaequaliter serratis. Caulis tripedalis et ultra. Umbellae albae, sub solstitio florentes. Semina acuminata.

ORD. 3. TRIGYNIA.

132. VIBURNUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 503. *Juss. gen. p.* 237. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 133. *t.* 27.

Calyx minimus, superus, quinquedentatus, persistens. Corolla campanulata quinquefida. Stigmata sessilia. Bacca monosperma: semine compresso plano. — *Arbusculae foliis oppositis simplicibus, floribus cymosis. Ord. nat.* 18. *Dumosæ.*

536. VIBURNUM *Opulus:* foliis trilobis venosis acuminato-dentatis, petiolis glandulosis glabris. *Linn. svec. n.* 264. *syst. ed. Roem.* 6 *p.* 635. *Sv. Bot. t.* 337. *Fl. Dan. t.* 661. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 29. — 1809. *p.* 218.

Hab. in pratis subhumidis nemorosis præcipue rupestribus omnium provinciarum a Scania usque ad Vermlandiam ejusque altiores regiones ut prope Uddeholmshyttan et Konungsbäcken paroeciæ Kroppa, Vestmanniam prope Skinskatteberg nec non magis orientem versus usque ad Helsingiam meridionalem.

Arbuscula orgyalis, ramis laevibus medulla ampla facile perforanda unde forsan nomen svecicum *Hålstry*. Folia e gemmis prodeunt plicata; petiolis dentatis glandulosisque.

Cymae ad solstitium nitent floribus radii majoribus pl sterilibus. Baccae rubrae insignes praecipue dicuntur *won*, aliis *Ulfbår*, *Ulabår*, *Ilnabår* e. s. p.

133. SAMBUCUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 505. Juss. gen. p. 238. Gærtn. fr. 1 p 137. t. 2

Calyx minimus, superus, quinquedentatus, persist Corolla rotato-concava quinqueloba. Stigmata sess Bacca unilocularis trisperma. Semina e receptac centralibus pendula. *Plantae plus minusve fr scentes, foliis pinnatis cum impari, floribus cym* *Ord. nat.* 18. *Dumosæ.*

337. SAMBUCUS *nigra:* cymis quinquepartitis, fo pinnatis æqualibus, caule arboreo. *Linn. svec* 265. *syst. ed. Roem.* 6. *p.* 639. *it. scan. p.* 80 150 *etc. oel. p.* 47. 101. *Sv. Bot. t.* 33. *Fl. D t.* 543. *Aspegren bleking. p.* 23. *Fries halla p.* 55. *Kalm bohusl. p.* 187.

Hab. ad pagos provinciarum meridionalium et lit ralium ut: Scaniæ passim, Blekingiæ, C landiæ satis frequenter, Gothlandiæ rari Hallandiæ passim et Bahusiæ meridionalis que ad Orust.

Frutex major aut arbuscula Svecis *Flåder*, Scanis *H* Hallandis *Hylle*, Vestrogothis *Höll*, (Danis *Hyld*, Ger nis *Holder*), Gothlandis *Fulbom?* (Germ. *Faulbaum* Rh. Frangula). Foliola vix plus quam quinque a caule mota, subovalia. Cyma palmaris alba, graveolenti odo aestivalis. Baccae atrae.

338. SAMBUCUS *Ebulus:* cymis tripartitis, foliis p natis inæqualibus; stipulis foliaceis, caule herba *Linn. svec. n.* 266. *syst. ed. Roem.* 6. *p.* 639. *oel. p.* 35. 304. *Sv. Bot. t.* 271. *Flor. Dan* 1156. *Retz. oec. p.* 646.

Hab. Calmariæ inter urbem et arcem copiosissi forsan inquilina facta.

Radix valde repens et ad superficiem terrae caudices p ennes servans; ceterum caules annui unde Svecis *Somm hyll*, saepe orgyales. Foliola saepius septem, sublanceol quo inferiora eo minora et cauli magis approximata dem

ae stipulis aucta. Cyma autumnalis plusquam spithamaeae latitudinis. Flores quidem albi, sed tinctura quadam sangvinea. Praecipue partes interiores et maxime Bacca colore atrosangvinea quasi cruoris perfusa est, qui una cum memoria historica loci crescendi et olor ansam dedit Calmariensibus nominis *Mannablod*, quasi a cruore hominum bello occisorum enata; aliis *Åttikbär*.

134. TAMARIX.

Linn. gen. ed. Schr. n. 510. Juss. gen. p. 347. Gærtn. fr. 1. p. 291. t. 61.

Calyx quinquepartitus, corolla dimidio brevior, persistens. Petala quinque, obtusa. Stigmata sessilia. Capsula pyramidata triquetra trivalvis unilocularis. Semina valvulis affixa, terminata cauda crinita. — *Frutices foliis minimis alternis subaciformibus, floribus spicatis. Ord. nat.* 31. *Succulentæ.*

339. TAMARIX *germanica:* floribus decandris monadelphis, spicis terminalibus solitariis; bracteis pedicello longioribus, foliis lineari-lanceolatis sessilibus. *Linn. syst. ed. Roem.* 6. *p.* 673. *faun. svec. p.* 557. *Flor. Dan. t.* 234. *Gunner. norv. n.* 152. *Hising. jemtl. p.* 73. *norv. p.* 79. 80.

Hab. in insulis ripisque arenosis fluminis Indalselfven Angermanniæ præcipue in Faxön, olim, quo pervenisse videtur ex opposito latere Norvegiæ ejusque convalle Stördalen

Frutex plerumque semiorgyalis, valde virgatus, facie fere cupressi unde nonnullis *Vild Cypress.* Folia pleraque sesquilineam tantum longa et filo tenuiora cinerascentia. Spica digitum minorem crassa, successive apicem versus florens demumque spithamam longa. Bracteae foliis duplo majores. Flores dilute rosei autumnales; petalis lineam latis. Capsulae semiunciam fere longae, glaucae vel potius caesiae.

ORD. 4. TETRAGYNIA.

135. PARNASSIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 523. Juss. gen. p. 272. Gærtn. fr. 1. p. 287. t. 60.

Calyx quinquepartitus. Petala quinque ante florescentiam imbricata. Nectaria quinque petalis adposita,

filamentis interjecta, radiata: radiis apice glandulo Stigmata sessilia conniventia. Capsula supera, se quadrilocularis quadrivalvis polysperma: semina v vulis adfixa. — *Herba caule unifolio, unifloro.* O *nat.* 30. *Gruinales?*

340. PARNASSIA *palustris:* foliis radicalibus corda nectariis multiradiatis. *Linn. svec. n.* 268. *syst.* *Roem.* 6. *p.* 695. *it. vestgoth. p.* 249. *Sv. Bot.* 172. *Flor. Dan. t.* 584. *Wahlenb. lapp. n.* 13

Hab. in pratis humidis vulgatissima per totam S ciam, cacuminibus alpium summis tantum excep

Radix perennis. Folia radicata petiolata; caulinum sessi Vestgothis *Hjerteblad, Hjertebladsblomster.* Flos exp catur sub foenisecio albidus vulgo *Slotterblomma,* rar *Flenört.* Nectaria insignia quasi stamina deformata esse dentur.

136. DROSERA.

Linn. gen. ed. Schr n. 531. *Juss gen. p.* 271. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 291. *t.* 61

Calyx quinquefidus. Petala quinque ante florescenti spiraliter contorta. Styli plerumque bifidi. Capsu supera unilocularis, semiquadrivalvis polysperm *Herbæ radice perenni, foliis radicalibus ciliatis:* *liis apice viscosis unde Svecis Sileshår, Tårör* *Daggört; spicis ante florescentiam convolutis.* Or *nat.* 32. *Gruinales.*

341. DROSERA *rotundifolia:* scapo racemoso, fol orbiculatis. *Linn. svec. n.* 273. *syst. ed. Roem.* *p.* 760. *Flor. Dan. t.* 128. *Wahlenb. lapp. n.* 15

Hab. in paludibus muscosis totius Sveciæ vix alpib quidem exceptis.

Radix tenuis et scapus setae fere angustia, sed fol eo latiora saepe subreniformia interdum digitum lata; peti lis tenuiter ciliatis. Flores quoque parvi, semine sinapis v crassiores, albi, post solstitium explicati.

342. DROSERA *longifolia:* scapo racemoso, foliis ob vato-oblongis. *Linn. svec. n.* 274. *syst. ed. Roe* 6. *p.* 761. *Fl. Dan. t.* 1093. *Wahlenb. lapp. n.* 13

β. major: foliis magis elongatis sublanceolatis.

D. anglica *Smith compend.* 1818. *p.* 50. *engl. fl.* 2. *p.* 124. *Engl. Bot.* 13. *t.* 869. *Roem. syst.* 6. *p.* 761.
Hab. in paludosis totius Sveciæ usque ad alpes frequenter; β in provinciis magis temperatis infra Upsaliam passim.

Folia circiter duplo angustiora et longiora, sed partes reliquae eo crassiores et majores magisque virentes, ceterum similes. β folia saepe palmam longa et tamen lineas duas tantum lata.

ORD. 5. PENTAGYNIA.

137. STATICE.

Linn. gen. ed. Schr. n. 527. *Decand. fl. n.* 329. *Gaertn. fr.* 1. *p.* 210. *t.* 44.

Calyx infundibuliformis indivisus: limbo scarioso plicato. Petala quinque in fundo calycis sæpius connata. Stamina petalorum ungvibus inserta, interdum connata. Semen utriculo evalvi inclusum et calyce colorato insuper tectum: funiculo seminali ab apice utriculi ad basin nuclei recti pertingente. — *Herbæ foliis utplurimum radicalibus, scapo floribus sessilibus sive in capitulum calyce communi tectum collectis* (*Armeria*) *sive sparsis in paniculam* (*Limonium*). *Ord. nat.* 44. *Aggregatæ.*

345. STATICE *Armeria:* scapo tereti, capituli squamis exterioribus obtusiusculis, foliis semiteretibus obtusis. *Linn. svec. n.* 269. *it. oel. p.* 56. 62. *scan. p.* 124. 140. *Decand. fl. fr. n.* 2318. β. *Engl. Bot. t.* 226. *Wahlenb. ups. n.* 205. *Carls. strengn. p.* 19. *Kalm bohusl. p.* 68. 138. *Næzén in Fant diss. de Ulricehamn p.* 30.
Armeria elongata *Fries halland. p.* 55. *Aspegren bleking. p.* 24.
Armeria vulgaris *Schultes syst.* 6. *p.* 771. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 123. *Wahlb. goth. p.* 34.
β. maritima: scapo pubescente, foliis mollioribus. *Decand. l. c.* α. *Wahlenb. lapp. n.* 141.
Armeria maritima *Roem. syst.* 6. *p.* 772. *Fries halland. p.* 55. *Flor. Dan. t.* 1092.
Hab. in campis arenosis provinciarum littoralium et

proximorum lacuum majorum ut: ad lacum Mä
ren tum Upsaliæ cum Strengnesiæ copiose, ad l
tora Roslagiæ usque ad flumen dalecarlicum, Sud
manniæ ad Landsort, Oelandiæ et Gothlandiæ pa
sim, Blekingiæ, Scaniæ copiose, Hallandiæ freque
ter unde prope Lagam ad Markaryd Smolandiæ a
jacentis et Ulricehamn Vestrogothiæ adscendit, B
husiæ vulgatissime; β in littoribus maris occide
talis rarius cum α miscetur et denique sola repe
tur in littoribus maris septentrionalis Nordland
ex. gr. ad Hopen paroeciæ Rörstad et Finmark
in Maasöa.

Radix valde perennis, longe descendens, terminata caesp
te insigni foliorum scaporumque fere ejusdem angustiae. Sc
pus primum tectus vagina a calyce communi descenden
Calyx communis circiter digitum crassus; proprius super
hyalinus, incorruptus persistens. Petala rosea, aestate pri
re explicata, cum calycibus constituunt florem composit
insignem Bahusiis *Trift* (ab Anglorum *Thrift*), aliis *Stran*
blomster.

344. STATICE *Limonium:* scapo paniculato tereti, fl
ribus secundis bractea duplo longioribus, foliis o
longis obtusis subtus mucronatis enervibus. *Lin*
svec. n. 270. *syst. ed. Roem.* 6. *p.* 777. *Flor. Da*
t. 315. *Kalm bohusl. p.* 133. *Vet. Ac. Handl.* 174
p. 107. *Wahlb. gothob. p.* 34. *Leche scan. p.* 2
n. 19.

Hab. in littoribus maris exterioribus ad oram occi
dentalem regni rarius, ut: Bahusiæ in Lögholme
paroeciæ Tanum, ad Getvikssund extra Uddevall
et in Domsö extra Götheborg; Scaniæ ad Kuller
inter Helsingborg et Landskrona, ad Barsebeck
extra Hvällinge alibique, sed parce.

Radix valde perennis, torulosa, intus rubra (fere ut Bis
tortae, quare etiam *Ormrot*). Folia radicalia petiolata
saepe pollicem lata, crassiuscula ideoque avenia. Scapus cir
citer pedalis; ramis fastigiatis. Flores squamis *scariosis niti*
dis quod ad dimidium tecti, ipsi cyanei, serotini. Exempla
ria ad Hvällinge lecta multiplo minora.

138. LINUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 528. Juss. gen. p. 336. Gaertn. fr. 2. p. 146. t. 112.

Calyx persistens pentaphyllus (vel tetraphyllus in *Radiola* numerum quaternarium omnium partium servante). Petala quinque ungvibus annulo filamentorum inserta. Filamenta laciniis quinque interjectis basi connata; antheris sagittatis. Capsula supera, semidecemlocularis; dissepimentis incompletis a pariete exteriore inflexo formatis: loculamentis monospermis. *Herbae rad. annua apud nos foliis oppositis, caule demum dichotomo et tunc numerus quaternarius in flore. — Ord. nat. 32. Gruinales, sectio Lina.*

445. LINUM *catharticum:* foliis oppositis ovato-lanceolatis integerrimis, caule superne dichotomo, petalis acutiusculis. *Linn. svec. n.* 271. *syst. ed. Roem.* 6. *p.* 756. *Sv. Bot. t.* 250. *Flor. Dan. t.* 851. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 219.

Hab. in pratis et pascuis macrioribus per totam Sveciam usque ad Vermlandiam ferrimontanam, Dalecarliam superiorem et Norrlandiam frequenter.

Herba tenuis, vix spithama altior, non nullis svecice *Vildhör.* Flores ante florescentiam penduli, post solstitium aperti, albi; petalis calyce duplo longioribus. Capsula magnitudine tantum seminis cannabini.

446. LINUM *Radiola:* foliis oppositis ovatis integerrimis, caule dichotomo, calycibus fissis tetraphyllis tetrandris tetragynis. *Linn. svec. n.* 272. *it. scan. p.* 227. 323. 330. 353. *vestrog. p.* 141. (*gotl. p.* 316.) *Rogberg smol. p.* 22. *Flor. Dan. t.* 178. *Leche scan. p.* 24. *n.* 20. *Naezén in Fant diss. de Ulricaehamn p.* 30. *Hisinger verml. p.* 10.

Radiola linoides *Roem. syst.* 3. *p.* 517. *Fries halland. p.* 38. *Wahlb. gothob. p.* 24. *Ahlqu. Vet. Ac. Handl.* 1821. *p.* 301. *Aspegr. bleking. p.* 14.

Hab. ad vias arenosas interdum inundatas regionum meridionalium praesertim littoralium, ut Scaniae ad Skanör, Ystad, Simontorp, Ramlösa, Kullen, Farhult, Össjö etc. Oelandiae ad Grankulla,

Färjestaden, Bredsätra etc. Blekingiæ, Sm landiæ meridionalis et Hallandiæ frequent usque ad Götheborg; ut etiam in confiniis lacu majorum adjacentium ex. gr. ad Larf et Wâr prope Lidån in Venern defluentem, ad Ulricæhar Vestrogothiæ, ad Klarelfven prope Carlst Vermlandiæ.

Caulis plerumque uncia vix altior, tenuitate setae, dic tomus et valde divaricatus. Folia longitudine pedicellor in dichotomia caulis. Flores ceterum conjugati in apices morum, minuti, albi. Petala calyce parum longiora. Ca sula magnitudine vix seminis sinapis.

139. SIBBALDIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 536. Juss. gen. p. 373. Gærtn. fr. 1. p. 348 t. 73

Calyx decemfidus erectus: laciniis lanceolatis; alter minoribus. Petala quinque staminibus alternantia c lycique inserta. Semina pauca lævia nitida, valde o liqua, in receptaculo exiguo fundum calycis replente. *Herba foliis ternatis, foliolis partitis. Est Pote tilla quasi in angustiam redacta.*

547. SIBBALDIA *procumbens:* foliis ternatis; folio cuneiformibus tridentatis, petalis sublanceolatis c lyce brevioribus. *Linn. svec. n.* 275. *syst. ed. Roe* 6. *p.* 678. *Flor. Dan. t.* 32. *Hising. herjed. p.* *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 103. *Wahle lapp. n.* 140.

Hab. locis herbosis declivis alpium altiorum omniu a Sylfjället Jemtlandiæ usque ad Finmarkiam et nes Russiæ ubique.

Radix perennis, undique caudices foliosos effundens. I lia foliolis plerumque semiuncialis longitudinis et sesquit tiam lineam latis. Caulicnli vel potius scapi etiam sub cumbentes vel apice tantum adscendentes, plerumque u parum longiores. Calyx fere semper clausus (quamquam mina neutiquam ita obteguntur ut in Sangvisorbis Juss.), as lineas longus et ipsis angustior. Petala lutescentia diff lius deteguntur. Semina quoque minora quam in Potenti plerisque.

ORD. POLYGYNIA.

140. MYOSURUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 538. Juss. gen. p. 258. Gærtn. fr. 1. p. 354. t. 74.

Calyx pentaphyllus, coloratus, infra basin productus. Petala quinque, minuta; ungve tubuloso nectarifero. Stigmata adpressa strigæformia. Semina fungoso-corticata, tetragona, in receptaculo subulato disposita, inversa. — *Herbula foliis floribusque radicalibus. Ord. nat.* 25. *Multisiliquæ.*

548. MYOSURUS *minimus: Linn. svec. n.* 276. *syst. ed. Roem.* 6. *p.* 800. *Flor. Dan. t.* 406.

Hab. in collibus et campis apricis provinciarum campestrium a Scania ad Vermlandiam inferiorem, Nericiam et Uplandiam passim; Dalecarliæ inferioris rarius.

Radix annua. Herba tota plerumque pollicaris; foliis lineari-attenuatis; pedunculis ejusdem longitudinis unifloris. Flores mense frondescentiae explicati minuti; petalis aureis. Receptaculum seminiferum demum pedunculis vix brevius, non nisi stigmatibus adpressis non nihil strigosum, utut maxima pars plantae nomen dedit svecice *Musrumpa.*

CLASSIS VI.

HEXANDRIA.

CONSPECTUS.

1. ORD. MONOGYNIA.

A. Corolla nuda sine calyce proprio adpresso.

Spatha umbellam includens - - - - - - - - - - 141. ALLIUM
Corol. hexapet. Capsula. Sem. plana. Nectaria in petalis 142. FRITILLARIA
Sem. subglob Filam alt. basi lat. 143. ORNITHOGALUM
Filamenta æqualia - 144. ANTHERICUM
Semina oblonga arillo pedicellata 145. NARTHECIUM
Corolla monopetala. Bacca. Stylus brevis - - 146. ASPARAGUS
Stylus filiformis - 147. CONVALLARIA
Spadix cylindricus flosculis hexapetalis tectus - - - 148. ACORUS

B. Calyx et plerumque Corolla.

Flores glumacei, Capsula trilocularis polysperma - - 149. JUNCUS
unilocularis trisperma - - 150. LUZULA

Calyx hexaphyllus. Bacca apice pervia disperma - - 151. BERBERI
sexdentatus. Capsula evalvis - - - - - - 152. PEPLI

ORD. TRIGYNIA.

Semen unicum triquetrum intra valvulas calycis grandefactas - 153 RUME
Capsulæ tres intra Corollam hexapetalam persistentem - 154. TOFIELDI

ORD. HEXAGYNIA.

Capsulæ distinctæ inflatæ - - - - - - - - 155. SCHEUCHZERI
Capsulæ receptaculo columnari adnatæ. Stigmata plumosa 156. TRIGLOCHI

ORD. POLYGYNIA - - 157. ALISMA

ORD. I. MONOGYNIA.

141. ALLIUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 557. Juss. gen. p. 60. Gærtn. fr. 1. p. 56. t. 16.

Spatha bivalvis, arida, umbellam multifloram continens. Petala sex, patentia. Stigma simplex. Capsula supera, trivalvis trilocularis: loculamenta seminibus paucis. — *Bulbus tunicatus.* — *Ord. nat.* 10. *Spathaceæ* — *Synopsis:* 1) OPHIOSCORODON: *corolla decidua; capsula tricocca: loculis monospermis.* 2) ALLIUM *p. s. d. corolla persistens; capsula valvulis medio septiferis, loculis dispermis:* a) *staminum filamentis alternis tricuspidatis n.* 350. 351. b) *filamentis indivisis n.* 352—354.

349. ALLIUM *ursinum:* scapo nudo semicylindraceo, foliis lanceolatis petiolatis, umbella fastigiata, bulbo setis stipato. *Linn. svec. n.* 277. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 79. *it. gotl. p.* 169. 193. 247. *scan. p.* 100. 101. *vestrog. p.* 26. *Sv. Bot. t.* 236. cultum. *Flor. Dan. t.* 757. *Leche scan. p.* 24. *n.* 23. *Montin Vet. Ac. Handl.* 1766. *p.* 238. *Bjerkand. ib.* 1776. *p.* 80.

Ophioscorodon ursinum *Wallroth sched. cr. p.* 130.

Hab. in nemoribus umbrosis regionum formatione transitionis fundatarum præcipue littoralium, ut Gotlandiæ fere ubique, Oelandiæ rarius, Scaniæ passim ex. gr. ad Maltesholm, Djuröd, Lillö, Krageholm in insula Lybeck etc. Vestrogothiæ versus lacum Venern in Kinnekulle supra

stratum lapidis suilli ad Vesterplana et Hellekis; Ostrogothiæ in Ombergs sjösida; — ceterum nonnisi rarissime visum in maritimis Roslagiæ et in insulis Hallandiæ borealis quasi adventitium.

Bulbus teres, pennam anserinam crassus, sesquiunciam longus, flavescens, setis brevibus ad basin, ob odorem alliaceum valde olidum Gotlandis aliisque *Ramslök*, Scanis *Ramsk*. Folia pollicem lata et ultra. Umbella cum Involucro tota albissima, ante solstitium optime florens; floribus plerumque sex tantum. Capsula quasi seminibus tribus Cannabinis conflata; semina globosa (nec ut in sequentibus angulata).

530. ALLIUM *Scorodoprasum:* scapo folioso, foliis planis crenulatis vaginisque carinatis; spatha acuminata, umbella bulbifera sparsiflora, staminibus tricuspidatis. *Linn. svec. n.* 278. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 69. *it. gotl. p.* 208. 247. 292. *oel. p.* 60. *Fl. Dan. t.* 1455. *Leche scan. p.* 24. *n.* 24. *Rosén scan. p.* 21. *Fries halland. p.* 57. *Wahlb. gothob. p.* 35. *Kalm bohusl. p.* 130. 138. *Videgren österg. p.* 28.

β. minus: carina vaginarum obsoletiore. *Fries nov. p.* 112.

A. arenarium *Fl. Dan. t.* 290. *Smith engl. fl.* 2. *p.* 134.

Hab. in pratis fruticosis provinciarum meridionalium littoralium ut: Gotlandiæ ubique, Oelandiæ passim, Blekingiæ, Scaniæ septentrionalis ex. gr. ad Andrarum, Fogelsång, inter Helsingborg et Ramlösa, Kullaberg, Hallandiæ tantum ad Hasslöf, Bahusiæ in insulis Varö, Fillskär etc. usque ad Musö paroeciæ Tanum, nec non Ostrogothiæ in Omberg prope Vettern, in Slaka etc. *β* in arvis maxime arenosis Scaniæ ad Falsterbo, Oelandiæ ad Sandby passim.

Bulbus magnitudine nucis avellanae, caerulescens ut bulbilli capituli. Scapus circiter tripedalis inferne crassitie saltem pennae anserinae. Folia in fera planta scapo vix latiora, undique ejusdem latitudinis. Capitulum bulbillorum nuce avellana majus; floribus exsertis violaceis. *β* tantum differt angustia, scapo interdum superne flexuoso ob pro-

cellas, colore intensiore; sed omnes hae notae inconstante — Gotlandis *Keipe*, Bahusiis *Kep*, aliis *Skogslök*.

351. ALLIUM *arenarium*: scapo folioso, foliis subfil formibus, spatha mitræformi decidua, umbella bu bifera medio stricta, staminibus tricuspidatis exse tis. *Linn. svec. n.* 279. *it. scan. p.* 227. *Ret scand. ed.* 2. *p.* 389. *oec. p.* 36. *Fries nov. p.* 11 A. vineale *Willden. spec.* 2. *p.* 75. *Hall. all. n. Engl. Bot.* 28. *t.* 1974. *Smith engl. fl.* 2. *p.* 15 *Wahlb. gothob. p.* 36. *Aspegren bleking. p.* 2

Hab. in agrestibus locis arenariis vel siccioribus el vatis provinciarum meridionalium maritimarum u Scaniæ exterioris copiosissime, Blekingiæ ub que, Oelandiæ frequentissime. Hallandiæ u que ad Insulam Styrsö extra Götheborg alibiqu Sudermanniæ in Vermdön etc. rarius.

Bulbus aliquantum oblongatus, coloris pallidioris, odor et saporis fortioris fere Allii sativi, unde bulbilli segetib noxii et agricolis invisi nomine *Sandlök* vel *Åkerlök* (cf *Retz. oec. l. c.*). Scapus circiter sesquipedalis, strictus, pe na columbina vix crassior. Vaginae striatae et folia in m joribus exemplaribus angulata (fere ut in *A. oleraceo*), c terum chordaeformia. Spatha valde rostrata, attamen basin pellucidam discedens et calyptrae formâ delabens. C pitulum nuce avellana vix majus, inferne bulbillis conferti simis apiculatis vel interdum cirrhiferis; superne floribus co tiguis exsertis strictis, minoribus vix sesquilineam long tenuibus. Staminum cuspides omnes forma setularum sup petala eminentes.

352. ALLIUM *carinatum*: scapo folioso; foliis plan carinatis, spatha diphylla carinata, umbella bulb fera laxiflora, petalis emarginatis, staminibus fil formibus corolla duplo longioribus. *Linn. svec.* 281. *Rosén scan. p.* 20. *Haller all. p.* 391. *n.* 2 *t.* 2. *Fries nov. p.* 115.

Hab. in dumetis Scaniæ rarius ex. gr. ad Fogelsång

Sequenti certe proximus, sed foliorum anguli in carina unicam confluentes, spathae folia in cuspidem omnino u quetram abeuntia; petala rosea vero magis ecarinata, api

incurvata et emarginata, quo stamina eo magis prominent. Ceterum mihi nunquam vivum obvium.

553. ALLIUM *oleraceum:* scapo folioso; foliis supra planiusculis subtus convexis angulatis, spatha diphylla foliosa, umbella bulbifera laxiflora, petalis apiculatis stamina subulata compressa æquantibus. *Linn. svec. n.* 280. *spec. ed. Willd.* 2. *p.* 74. *Fl. Dan. t.* 1456. *Hall. all. n.* 26 *t.* 1. *Bjerkand. Vet. Ac. Handl.* 1776. *p.* 81. *Samzel. neric. p.* 31. *Wahlenb. lapp. n.* 142.

β complanatum: foliis magis explanatis, floribus roseis vel fuscescentibus. *Fries l. c. Wahlb. gothob. p.* 36.

A. carinatum *Ehrh. ups.*

Hab. in pratis et arvis præcipue regionum littoralium et campestrium a Scania et Gotlandia ad Bahusiam, Vestrogothiam, Nericiam et Uplandiam passim; deinde vix nisi ad mare septentrionale Nordlandiæ prope Torrfjord.

Bulbus circiter digitum crassus, odoris alliacei minus fortis. Folia penna gallinacea vix latiora, subfistulosa. Scapus longitudine varius, plerumque laxus et flexuosus. Flores plerumque fuscescentes, sed ad ripas fere deflorati exsiccatione magis rosei. — Vulgatius notum *Ångslök* vel *Hundlök.*

554. ALLIUM *Schoenoprasum:* scapo subfolioso adæquante folia fistulosa subulato-filiformia, umbella nuda (sine bulbis). *Linn. svec. n.* 282. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 81. *it. gotl. p.* 194. *oel. p.* 53. 63. 13[illegible]. *Sv. Bot. t.* 89. *Fl. Dan. t.* 971. *Aspegren bleking. p.* 24. *Fries halland. p.* 57. *Wahlenb. lapp n.* 143.

Hab. in insulis orisque mari vastiori expositis, ut: Gotlandiæ Oelandiæque in petris calcareis frequenter, præcipue in Oelandorum Alfvaren (unde ipsis *Alfvarlök* dictum), ceterum Blekingiæ, in oris Ostrogothiæ Roslagiæque rarius; Hallandiæ et Bahusiæ septentrionalis quoque parcius, sed ad mare septentrionale prope littora subhumida præcipue Finmarkiæ ubique copiose.

Bulbus minus conspicuus quam in ceteris, oblongatus, pe na vix crassior, sed folia optime allium sapiunt et in usu frequentissimum veniunt unde Svecis *Gråslök*, Gotland *Baisk-lök*. Folia haec ceterum plerumque digitum long teretia, crassitie chordae; sed tota planta praecipue Fi markiae interdum multoties major evadit, foliis eximie an gulatis immo introrsum planiusculis. Spatha inaperta pu chre rosea, demum decolorata. Pedunculi et flores ejusden longitudinis, fere quatuor lineas longi, numerosi, pulchr sosei.

142. FRITILLARIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 559. Juss. gen. p. 55.

Corolla nuda hexapetala campanulata, supra basin foveis nectariferis excavata. Stamina stylo breviora. Capsula supera trilocularis (trigona); valvulis liberis (nec reticulo connexis); seminibus planis in formam columnæ suprapositis. — *Bulbus tuberosus; flores nutantes maximi.* — *Ord. nat.* 11. *Coronariæ* α *Lilia Juss.*

355. FRITILLARIA *Meleagris:* foliis omnibus alternis linearibus, caule unifloro, foveis nectariferis linearibus, petalis apice inflexis. *Linn. svec. n.* 283. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 91. *Sv. Bot. t.* 376. *Fl. Dan.* 6. *t.* 972. *Wahlenb. ups. n.* 209. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 124.

Hab. in prato hyeme et primo vere sæpe inundato Kungsängen dicto Upsaliæ copiosissime, ut etiam in aliis similibus locis usque ad Gestriciam nunc temporis passim (an inquilina facta?)

Caulis solitarius vix pedalis. Flos uncia longior et vix angustior, mense frondescentiae nitens colore lilacino tessulato (unde Svecis *Brådspelsblomma*, rarius rusticis *Ormskalle*, quod et Cypripedium) passimque albo.

143. ORNITHOGALUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 566. Juss. gen. p. 60. Gærtn. fr. 1. p. 65. t. 17.

Corolla nuda, hexapetala, basi connivens, apice patens, persistens. Filamenta alterna basi dilatata. Capsula supera, trilocularis, trivalvis; seminibus subrotundis

(sine angulis) coordinatis. - *Radix bulbosa. Flores subumbellati* (*lutei*). — *Ord. nat.* 11. *Coronariae* β *Asphodeli Juss.*

356. ORNITHOGALUM *pratense:* pedunculis umbellatis simplicibus, petalis obtusis sublinearibus glabris, folio radicali subsolitario lineari plano glaucescente, bulbi tuberculis divergentibus denudatis. Persoon. *syn.* 1. *p.* 363. *Moris. hist.* 2. *sect.* 4. *t.* 15. *f.* 12. *Wallroth sched. cr. p.* 140.

O. luteum α *Willden. spec. pl.* 2. *p.* 115.

O. stenopetalum *Fries nov. p.* 69. *Aspegr. blek. p.* 25.

Hab. in hortis Scanis passim, Blekingiae ad Carlskrona; magis adventitium.

Exteris magis pratense quam sequens potius sylvaticum vel dumosum; nobis illud vix nisi hortense. Bulbus cito sub florescentia tubercula gignit nova, ipso nucleo bulbi fere emarcido majora, ideoque extra tunicam erumpentia. Scapus brevis, pedunculis biuncialibus parum longior; sed petala majora quam in sequente fere unciam longa, strictiora. An fructus unquam maturescat?

357. ORNITHOGALUM *luteum:* pedunculis umbellatis simplicibus, petalis obtusis glabris, folio radicali solitario lineari plano, bulbis convergentibus inclusis. *Linn. svec. n.* 285. *Flor. Dan. t.* 378. *Sv. Bot. t.* 634. *Samz. neric. p.* 51. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 123. *Wahlenb. ib.* 1809. *p.* 218. *Bjerkand. ib.* 1776. *p.* 83.

O. luteum β sylvaticum *Willden. spec. pl.* 2. *p.* 114. *Persoon l. c.*

O. sylvaticum *Willden. en. hort. ber. p.* 368.

Hab. in pratis dumosis et rupestribus a Scania ad Bahusiam, Vestrogothiam, Nericiam, et Gestriciam passim copiose, excepta tamen Smolandia occidentali.

Bulbus tuberculum unum alterumve includens, faba vix major Svecis nonnullis *Jordnöt*, aliis *Vårfrudagslök*. Scapus plerumque spithamaeus, pedunculis uncialibus. Folia in uberioris latiora saepe lineas tres lata. Umbella saepe triflora: floribus fine mensis germinationis explicatis, sed petala in fructu albescentibus. Semina lutescentia.

358. ORNITHOGALUM *minimum:* pedunculis u bellatis ramosis, petalis acutis glabriusculis, fo radicali solitario subfiliformi, bulbi granulis co vergentibus inclusis. *Linn. svec. n.* 286. *Sv. I t.* 494. *f.* 1. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1331. *Bjerka Vet. Ac. Handl.* 1776. *p.* 82.
O. Sternbergii *Hoppe diar. bot. V. n.* 22.
β spathaceum: umbella magis pauciflora, pet minus acutis. *Bieberst. cauc.* 5. *p.* 265.
O. spathaceum *Willden. spec. pl.* 2. *p.* 112. *Bot. t.* 494. *f.* 2. *Fl. Dan. t.* 612. *Fries h land. p.* 59. *Retz. diss fl. scand. suppl.* 2. *p*
Hab. locis pingvioribus nuper denudatis suboccu in iisdem provinciis ac præcedens; paullo altius men versus septentrionem interdum adscendit gr. ad Fremshyttan districtus Skinskatteberger Vestmanniæ; *β* in Scaniæ nemoribus humi frequenter ex. gr. ad Roslätt et Reften.

Bulbus piso non major bulbillis variis minoribus gran formibus mixtus (Nericiis *Kråklök*). Scapus tantum di longitudinis. Involucra foliis latiora ultra duas lineas l eximie attenuata. Umbella saepius multiflora. Flores me germinationis fere toti lutei, extus tantum nervis viridib

144. ANTHERICUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 570. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 55. *t.* 16. Phalangium *Juss. gen.*
Corolla nuda, hexapetala, explanata, evanescens. F menta subæqualia. Capsula supera, trilocularis, valvis: seminibus angulatis congregatis. — *Radix fra caudicem cylindricum fibrosa, perennis. Fl racemosi albi.* — *Ord. nat.* 11. *Coronariæ β phodeli Juss.*

359. ANTHERICUM *ramosum:* foliis linearibus, sc paniculato, corollis planis pistillo brevioribus. *Li svec. n.* 289. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 138. *it. g p.* 178. 194. *Flor. Dan. t.* 1157. *Jacqu. austr* 161. *Leche scan. p.* 24. *n.* 22. *Ahlqu. Vet. Handl.* 1821. *p.* 302.
Hab. in petris calcareis Gotlandiæ passim ex. in Thorsborg, Ardre, Gammelgarn, Fåröen, l

ringe, Hall; Oelandiæ ad Rumfetorp paroeciæ Sandby et ad Glömminge; nec non Scaniæ maxime orientalis arenosæ ut ad Lillö prope Christianstad, infra Rinkaby, ad Brösarp, inter Degeberga et Vidtsköfle itemque inter Wä et Nöbbelöf.

Folia lineari-attenuata, subconvoluta pennaeque gallinaceae amplitudinis. Scapus circiter pedalis. Inflorescentia plerumque inferne ramosa. Corolla digito minore vix latior, ad solstitium explicata: petala ovalia pistillo multo breviora vel longitudine tantum pedicelli, omnino plana.

360. ANTHERICUM *Liliago:* foliis linearibus, scapo racemoso, corollis planis pistillo longioribus. *Linn. svec. n.* 290 *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 141. *it. scan. p.* 104. 257. (*Sv. Bot. t.* 403. cultum). *Flor. Dan. t.* 616. *Fries nov. p.* 50. (*halland. p.* 153).

Hab. locis siccis Scaniæ orientalis arenoso-campestris vel calce juniore substratæ passim, ut ad Borrestad, supra Degeberga, ad Vidtsköfle Stora Sanddrifva, Hörröd, ad Raflunda nec non inter Rörum et Wiksfiskeläger copiose.

Folia ut in praecedente vixque ampliora. Scapus plerumque pedalis. Inflorescentia semper simpliciter racemosa. Corolla duplo major quam in praecedente vel circiter pollicis latitudinis; petala oblongata pistillo pedicelloque longiora, magis concava incurvataque.

145. NARTHECIUM.

Smith brit. 1. *p.* 350. *Wahlenb. lapp. p.* 78. Anthericum *Juss. gen. p.* 59.

Corolla nuda, hexapetala, patens, persistens. Filamenta hirsuta. Capsula supera, trilocularis, trivalvis: arillis seminum longitudine capsulæ, setaceis. — *Radix fibrosa. Folia æquitantia. Flores lutei dense racemosi.* — *Ord. nat.* 11. *Coronariæ* γ.

361. NARTHECIUM *ossifragum: Smith fl. brit.* 1. *p.* 368. *Wahlenb. lapp. n.* 147. *Sv. Bot. t.* 489. *Fries halland. p.* 60. *Wahlb. gothob. p.* 37. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 97. 1818. *p.* 139. *Hising. herjed. p.* 37.

Anthericum ossifragum *Linn. svec. n.* 287. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 147. *it. scan. p.* 417. *vestrog.*

p. *Rogberg smol. p.* 22. *Flor. Dan. t.*
Leche scan. p. 24. *n.* 21. *Kalm bohusl. p.* 1

Hab. locis subpaludosis in plaga occidentali regni m opposita ut: Scaniæ ad Farhult versus Kull Smolandiæ occidentalis usque ad Stenbrohult f quenter, Hallandiæ ad Breared, Thorup, Drer sered, Stjernarp, Knäryd etc. Bahusiæ freque ter, Vestrogothiæ ad Venersborg in Kryptor mosse, ad Foglum et Kyrkås, — Jemtlandiæ alpes et denique ad latus Norvegicum alpium L lensium passim.

Radix perennis, eximie repens, crassitie chordae. Fo graminea, sesquilineam lata. Caulis vel potius scapus v pedalis, strictus. Racemus pollicaris, fere totus flavescen aestate summa florens. Petala intus eximie flava, tres line longa. Antherae insigniter fulvent; lana filamentorum alb scente. Capsula quinque lineas longa eximie acuminata. - Planta haec prae ceteris similibus noxia pecudibus creditu et inde nomine *Ilagrås* interdum insignitur.

146. ASPARAGUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 573. *Juss. gen. p.* 47. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 58. *t.* 16.

Corolla sexpartita herbacea (viridis), basi conniven Stylus brevissimus. Bacca supera tricolularis: locu lamentis dispermis. — *Caulis ramosissimus foliis se taceis, pedunculis nodo fragili.* — *Ord. nat.* 1 *Sarmentaceæ* (*Asparageæ Juss.*)

362. ASPARAGUS *officinalis:* caule herbaceo teret erecto, foliis fasciculatis, stipulis subsolitariis. *Linn svec. n.* 291. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 150. (*Sv Bot. t.* 213. cult.) *Léche scan. p.* 6. *Aspegren ble king. p.* 26.

Hab. quasi indigenus in arenosis et rupestribus regionum littoralium et lacustrium temperatiorum, ut Scaniæ ad Malmö, Ystad etc. Hallandiæ ad Gåsevad, Blekingiæ ad Nätraby alibique, ad lacum Mæleri usque ex. gr. in Säbyklint prope Upsaliam.

Angustus et exsuccus, sed saepe quadripedalis ramosissimus; floribus fere duplo brevioribus quam in altili.

147. CONVALLARIA.

Linn. gen. ed. Schr n. 575. Juss gen. p. 48. Gartn. fr. 1. p. 59. t. 16.

Corolla nuda subsexfida varia. Stylus filiformis staminibus longior. Bacca supera subtrilocularis: loculamentis dispermis. — *Plantæ Ord nat.* 12. *Sarmentacearum* (*Asparagearum Juss.*), *radicibus repentibus perennibus*, *floribus plus minus racemosis.* — *Subdivisiones:* 1) CONVALLARIA *p. s. d. floribus campanulatis*, *scapo nudo n.* 363. 2) POLYGONATUM: *floribus subcylindricis axillaribus n.* 364–466. 3) MAJANTHEMUM *floribus subspicatis quadripartitis*, *bacca biloculari n.* 367.

363 CONVALLARIA *majalis:* scapo nudo racemoso secundo, foliis ovalibus. *Linn. svec. n.* 292. *spec. pl. ed Willd.* 2. *p.* 160. *Sv. Bot. t.* 9. *Fl. Dan. t.* 854. *Hising. herjed p.* 50. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 97. *Wahlenb. lapp. n.* 144.

Hab. in pratis collinis durioribus totius Sveciæ usque ad Vermlandiam ferrimontanam, Helsingiam prope Jerfsö, Jemtlandiam, et Lapponiam inferiorem prope flumina Umense et Vindelense infra Gransele frequenter.

Radix crassitie pennae gallinaceae. Folia omnia radicalia, sed vaginis longis quasi petiolata; ipsa spithamam longa, eximie membranacea rusticis Sveciae australioris *Gliseblad*, superioris saepius *Bockblad* dicta. Flores globoso-campanulati, piso minores, ob candidam albedinem et svaveolentiam valde insignes et noti Svecis nomine *Liljeconvaljer*, rusticis *Majeliljer*, etiam *Majeblomster*, quia mense Maji vel alterm ante solstitium proveniunt, Angermannis *Kik-i-rammen* (quasi ob florem lactis). Baccae magnitudine florum, rubrae.

364. CONVALLARIA *verticillata:* foliis verticillatis. *Linn. svec. n.* 293. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 161. *it. scan. p.* 100. 101. 134. 359. *it. vestrog. p.* 75. 84. *Flor. Dan. t.* 86. *Leche scan. p.* 24. *n.* 25. *Fries halland. p.* 59. 6. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 97. *Wahlenb. lapp. n.* 145. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 53. *Hisinger norrige p.* 39.

Hab. ad montium latera umbrosa per provincias cidentales regni passim, ut Scaniæ sylvestri: Maltesholm, Tjörndala, Simonstorp, Snafvet, R mestorplund prope Ossjö, circa Ekeröd supra E etc. Hallandiæ meridionalis frequenter, Vest gothiæ ad montes transitionis ex. gr Mösseb Olleberg, Brunnumsberg, Billingen prope Ky torp; Vermlandiæ in Gumshöjden prope stafva alibique, Jemtlandiæ prope alpes, denique ad latus Norvegicum alpium Nordl diæ passim, Finmarkiæ rarius.

Radix crassitie pennae cygneae. Caulis bi- vel saepe pedalis, quod ad dimidiam partem nudus, dein crebro liosus, gracilis. Folia in quoque verticillo saepius sex, nearia, quasi a diviso folio uno sequentium specierum c tenuiter membranacea fere ut praecedentis speciei. Pe culi axillares, ramosi subtriflori. Flores cylindracei, v scentes, solstitiales. Baccae rubrae.

365. CONVALLARIA *Polygonatum:* caule anci glaberrimo, foliis ovatis amplexicaulibus, ped culis axillaribus subunifloris. *Linn. svec. n.* : *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 161. *Sv. Bot. t.* 41. *Dan. t.* 377. *Kalm bohusl. p.* 138. *Samz. ne p.* 32. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 218

Hab. in fissuris rupium siccioribus saxisque elatis provincias plerasque præcipue campestres a Sc ad Bahusiam, Vestrogothiam, Nericiam et ju mare orientale usque ad Sundsvall et ultra; sed regiones montanas in his zonis non adscendit formatione transitionis fundatas ut Hyckjebe Dalecarliæ et Hofverberget Jemtlandiæ.

Radix quam in ceteris crassior interdum digitum minin aequans, itaque vulgo notior vel nomine illo trito *Salom sigill*, vel *Hvitrot*, minus apte *Getrams*. Caulis pler que pedalis. Folia crassiora quam in ceteris, a non m speciatim *Bockblad* nuncupata. Flores quam in ceteris jores plus quam semiunciam longi, cylindracei, virescen ante solstitium aperti. Baccae nigrae.

366. CONVALLARIA *multiflora:* caule tereti, fo

ovatis amplexicaulibus, pedunculis axillaribus multifloris. *Linn. svec. n.* 295. *spec. pl. ed. Willd.* 2. p. 162. *Sv. Bot. t.* 392. *Flor. Dan. t.* 152. *Hisinger verml. p.* 11.

Hab. in locis lætioribus fere earundem regionum præcipue ad mare lacusque maximos, sed rarius et vix supra Upsaliam.

Radix praecedentis. Planta gracilior et longior bipedalis nonnullis *Kungskonvalje.* Pedunculi plerumque triflori. Flores angustiores. Baccae nigrae.

367. CONVALLARIA *bifolia*: caule bifolio, foliis petiolatis cordatis, floribus subspicatis quadripartitis. *Linn. svec. n.* 296. *spec. pl. ed. Willd.* 2. p. 164. *Sv. Bot. t.* 454. *Flor. Dan. t.* 291. *Wahlenb. lapp. n.* 146.

Hab. in lucis sylvisque minus exsuccis per provincias omnes præcipue sylvaticas usque in Lapponiam superiorem frequenter.

Radix tenuitate fili, et tota planta huic analoga plerumque spithamaea. Folia late cordata, saepius pollicem lata. Racemus terminalis ob strictam directionem spicam referens, albus, post solstitium florens. Flores singuli minuti, vix semini cannabino aequales: laciniis totis reflexis. Baccae lutescentes, punctis brunneis insignes, rusticis *Ickornbär* vel etiam *Hjertbär* dictae.

148. ACORUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 589. *Juss. gen. p.* 20. *Gaertn. fr.* 2. *p.* 27. *t.* 84.

Spadix nudus (sine spatha) cylindricus, flosculis undique tectus. Petala sex concava superne crassiora stamina parum exserentia. Stigma simplex. Capsula trigona trilocularis. — *Spadix e margine folii pronascens.* — *Ord. nat.* 8. *Tripetaloideæ Linn.*

368. ACORUS *Calamus*: scapi mucrone longissimo foliaceo. *Linn. svec. n.* 297. *spec. pl. ed. Willd.* 2. p. 199. *it. scan. p.* 60. 179. 330. 365. 374 *vestrog. p.* 161. 204. *am. ac.* 8. *p.* 36. *Sv. Bot. t.* 100. *Fl. Dan. t.* 1158. *Leche scan. p.* 35. *n.* 56. *Fries halland. p.* 60. *Wahlb. gothob. p.* 38. *Samz. neric. p.* 32. *Carls. strengn. p.* 21. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 123. *Hisinger verml. p.* 10.

Hab in piscinis et fossis provinciarum meridionaliu præcipue littoralium, ut: Scaniæ passim copio ex. gr. ad Malmö, Farhult, Blekmossa prope B linge non procul Lerkesholm, Wram-Gunnarsto etc. Hallandiæ meridionalis passin, Bahusi trans Götheborg ad Kareby, Uddevalla juxta fonte mineralem etc. ut etiam ad lacum Hjelmaren Ner ciæ et Mälaren prope Strengnäs, Mariefred etc non vero supra flumen Dalecarlicum.

Planta tota praecipue fracta odorem magis proprie aromaticum spirat quam ulla alia indigena, Calamo proprium, in deque nomine *Kalmus* empiricis nota. Radix crassitie po. licis, depressa colligitur empiricis nomine *Kalmerot.* *Sca* pus et folia utraque maxime ensiformia Scanis praecipu *Flägg* dicuntur. Spica fere in medio scapi foliacei.

149. JUNCUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 590. (exc. Luzula). *Gærtn. fr. 1. p. 53. t. 15.*

Calyx persistens glumaceus hexaphyllus; foliolis altern. interioribus sæpe majoribus corollinis. Stigmata tria. Capsula supera trivalvis trilocularis polysperma. — *Plantae prae ceteris junceae foliis plus minus teretibus: vaginis divisis convolutis (ut in Gramin.), radice perenni. Ord. nat. 8. Tripetaloidearum. Subdivisiones: 1) folia nulla nisi culmus praecipue supra inflorescentiam teres saepe istmis interceptus (Svecis praecipue Tåg) n. 369-373. 2) folia teretia intus istmis plus minus intercepta extusque nodosa n. 374-382. 3) folia supra canaliculata n. 383-387.*

569. JUNCUS *conglomeratus*: aphyllus, culmo stricto supra medium gerente paniculam conglobatam, floribus triandris, capsulis triquetris obtusis. *Linn. svec. n.* 298. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 205. *Sv. Bot. t.* 479. *f.* 2. *Flor. Dan. t.* 1094.

Hab. in pascuis paludosis, uliginosis totius Sveciæ, Lapponia tantum et subsimili una alterave alia regione excepta, ubique.

Radix ut in tota subdivisione horizontalis. Culmi crassitie pennæ gallinaceæ, sursum attenuati; panicula in globum nucis avellanæ magnitudine contracta (unde Sv. *Knapptåg*), demum fuscescens,

570. JUNCUS *effusus:* aphyllus, culmo strictiusculo supra medium gerente paniculam cymosam, capsulis triquetris truncatis. *Linn. svec. n.* 299. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 205. *lapp. n.* 117. *Sv. Bot. t.* 479. *f.* 1. *Flor. Dan. t.* 1096.

Hab. in paludosis sylvaticis fere totius Sveciæ, Lapponia vix quidem excepta, frequenter.

Totus gracilior et angustior praecedente. Culmi praecipue supra paniculam magis elongati (Svecis *Veketåg*). Panicula saepe uncias tres lata, sed interdum contracta in globulos nonnullos inaequales, magis virescentes.

571. JUNCUS *glaucus:* aphyllus, culmo intus septato sulcato supra medium nutante gerenteque paniculam subcymosam, capsulis oblongis acutis. *Willd. spec. pl.* 2. *p.* 206. *Flor. Dan.* 7. *t.* 1159. *Fries nov. p.* 49. *Retz. diss. obs bot.* 1. *p.* 11. (*I. effusus* γ.) *obs.* 1. *p.* 16. *scand. ed.* 2. *p.* 79.

β. littoralis: virescens capsulis majoribus. *Wahlenb. lapp. n.* 149. *Vet. Ac. Handl.* 1805. *p.* 127. *Sv. Bot. t.* 479. *f.* 3.

J. inflexus *Retz. scand.* 2. *p.* 79.

J. balticus *Willden. in Berl. Mag.* 3. *p.* 298. *Fries nov. p.* 31. *halland. p.* 60. (*Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1822. *p.* 341?)

Hab. α in campestribus schistosis Scaniæ ex. gr. ad Fogelsång in clivo viperino (svecice *Ormlien*) copiose. β in littoribus arenosis uliginosis maris tum orientalis ab Umeå ad Gotlandiam ex. gr. Fåröam et Scaniam non procul Nybrohusen prope Ystad, tum occidentalis Scaniæ inter Engelholm et Vegeholm nec non ad Kullen, Hallandiæ ad Halmstad et Bahusiæ, tum denique septentrionalis Nordlandiæ Norvegicæ passim.

Radix minus repens, penna anserina crassior; squamis et vaginis fusco-nigris nitentibus. Culmus infra paniculam tripedalis, laxus, statu vivo eximie glaucescens. Panicula paullo plus quam uncialis. Capsulae linea parum longiores.

β. Radix longius repens, penna gallinacea non crassior;

squamis et vaginis pallide castaneis vix nitidis. Culmus in paniculam vix bipedalis, non glaucus. Capsulae bilinea longitudinis.

372. JUNCUS *arcticus:* aphyllus, culmo sub apic subulatum gerente capitulum/pauciflorum, capsu ovalibus. *Willden. spec. pl.* 2. *p.* 206. *Wahle lapp. n.* 151. *Sv. Bot. t.* 479. *f.* 5. insuff. *Deca fl. franc. n.* 1839.

J. effusus *β Linn. svec. n.* 299. *Fl. Dan.* 7. *t.* 10

Hab. locis uliginosis irrigatis, ad rivulos nivales latera alpium Lapponiæ Lulensis ex. gr. pro Virihjaur ad Tokin et Stallädno, — et dein non Finmarkiæ maxime orientalis versus Vardö ex. in Kiberg.

Radix eximie repens, penna gallinacea non crassior, sq mis pallide brunneis. Culmus vix plus quam pedalis, s ctus. Capitulum totum tribus lineis non longius, circiter se florum, fusco-nigricans. Capsula sola duas lineas longa. pex culmi supra capitulum vix uncia longior.

373. JUNCUS *filiformis:* aphyllus, culmo nutante fi formi ad medium gerente fasciculum pauciflorum *Linn. svec. n.* 300. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 2 *Sv. Bot. t.* 479. *f.* 4. *Flor. Dan. t.* 1207. *Wa lenb. lapp. n.* 148.

Hab. in paludosis magis desertis totius Sveciæ eti alpinæ ubique; rarescit tantum in regionibus ca pestribus formatione quadam juniore substratis Gotlandiæ, Oelandiæ et Scaniæ.

Radix repens crassitie tantum pennae columbinae. C mus fere fili tenuitatis, circiter pedalis. Panicula semiunc lis, subseptemflora.

374. JUNCUS *obtusiflorus:* inferne aphyllus, cul folioque articulatis, panicula supradecomposita; mulis divaricatis retroflexisque, glumis obtu *Ehrh. gram. n.* 76. *Smith compend.* 1818. *p.* *engl. fl.* 2 *p.* 176. *Engl. Bot.* 30. *t.* 2144. *Wa lenb. Nov. Act. Ups. VIII. p.* 257. *Sv. Bot.* 615. *Fries novit. p.* 113. (sed non halland. p. 61

Hab. in paludibus Scaniæ extimæ littoralis ad f

vium Köpingensem in paroeciis Köpinge, Öja, Högesta, Benesta, Baldringe, Ramsåsa frequenter; in littoralibus paludosis Gotlandiæ rarius inter Wisby et Snäckegärde, ad Hau etc.

Radix horizontalis, valida, fere crassitie digiti minoris, albicans. Culmi inferne vaginis aphyllis vestiti, circa medium praediti folio unico paniculam subaequante, circiter bipedales stricti. Panicula major quam in ceteris nostris circiter spithamam longa lataque. Squamae bracteantes ante florescentiam praecipue obtusae, unde nomen.

575. JUNCUS *articulatus:* foliis nodoso-articulatis compressiusculis, culmo subradicante, panicula composita, glumis acutis æqualibus capsula acuta nitida brevioribus. *Linn. svec. n.* 303. *Fl. Dan. t.* 1097?
J. lampocarpus *Ehrh. calam.* 126. *Smith comp.* 1818. *p.* 55. *Engl. Bot.* 30. *t.* 2143.
Hab. in paludibus limosis per totam Sveciam frequenter.

Magnitudine et statura valde varians. In ripis lacuum maximorum interdum tam erectus et magnus ut ad praecedentem accedat; saepius vero plus minus decumbit, immo interdum fluitans fit foliis tenuissimis. Fructificatio praecipue matura ex fusco nitet.

576. JUNCUS *sylvaticus:* foliis nodoso-articulatis teretiusculis, culmo erecto, panicula supradecomposita, glumis interioribus acuminatis capsulam acuminatam subæquantibus. *Willden. spec. pl.* 2. *p.* 211. *Decand. fl. franc. n.* 1849.
J. articulatus β sylvaticus *Linn. svec. n.* 303. *mant. p.* 368. *Engl. Bot.* 4. *t.* 238.
J. acutiflorus *Ehrh. gram. n.* 66. *Fries nov. p.* 113. *Smith engl. fl.* 2. *p.* 174. *Meyer junc. syn. p.* 24.
Hab. in locis minus paludosis sed magis sylvaticis occultis saltim Sveciæ temperatioris ultra Upsaliam passim.

Parum angustior et strictior praecedente, obscurius coloratus. Vaginae ad radicem atro-purpureae et florum verticilli atri.

577. JUNCUS *nodulosus:* foliis subexarticulatis basi ca-

naliculatis, culmo erecto, panicula composita, glu mis interioribus obtusiusculis capsula acuta brevic ribus. *Wahlenb. ups. p.* 114. *Fries nov. p.* 114.
J. sylvaticus *β Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. 97. *Wahlenb. lapp. n.* 155.
J. alpinus *Vill. delphin.* 2. *p.* 233. *Fries nov.* 32. *Decand. franc. n.* 1850.
J. fusco-ater *Schreb.* — *Meyer junc. syn. p.* 22.
Hab. in ripis lacuum et paludum, totius Sveciæ etia alpinæ passim, nec non maxime campestris ex. g ad Sissebäck Scaniæ orientalis.

Totus magis lutescens et laetius coloratus. Vaginae rad cales juniores eleganter purpureae. Folia duplo tenuio quam praecedentium; isthmis tantum sectione conspicui Verticilli florum castanei.

378. JUNCUS *supinus:* foliis subsetaceis, culmo pro cumbente, cyma divaricata: capitulis sessilibus glumis acutis æqualibus capsulam emarginatam æ quantibus. *Hoffm. germ.* 125 *Fl. Dan. t.* 1099. *Wahlenb. ups. n.* 224. — J. uliginosus *Meyer junc. syn p.* 2
J. subverticillatus *β Willd. sp. pl.* 2. 212.
Hab. in limo paludum demum denudato provincia rum plurimarum usque ad Vestrobottniam passim.

Radix nodosa vel subbulbosa, neutiquam repens. Plant tota depressa et supina vix digito minore longior. Folia cul mo angustiora.

379. JUNCUS *castaneus:* foliis inferne convoluto-cana liculatis superne subulatis, capitulo terminali sub solitario multifloro basi foliolato, capsulis acuti calyce acuminato duplolongioribus. *Smith brit* *p.* 383. *Engl. Bot.* 13. *t.* 900. *engl. fl.* 2. *p.* 17 *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 130.—132. 14 *Flor. Dan. t.* 1332. *Meyer junc. syn. p.* 57.
Hab. in pratis humidis Jemtlandiæ ad oram sep tentrionalem lacus Storsjön et exinde usque in al pem Areskutan copiose.

Radix stolonifera. Planta ipsa obesior et coloratior quan affines, vix pedem alta. Vaginae omnes tum foliorum cun bractearum eximie fulvo-castaneae. Capitulum saepe duplex laterali pedunculato altiore. Glumae nigricantes inter anthe

ras sulphureas. Capsulae in suo genere apud nos maximae tres lineas longae. Semina prope fundum capsulae adfixa et arillis subulatis dimidiam capsulam vel sesquilineam longis praedita fere ut in Narthecio, quibus nec omnino carent sequentes usque ad n. 383, genus *Marsippospermum Desv.* constituentes.

380. JUNCUS *stygius:* foliis filiformibus, floribus sub-ternis terminalibus, capsulis acutis calyce acuminato duplolongioribus. *Linn. faun. svec. app. p.* 557. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 215. *Sv. Bot. t.* 497. *f.* 1. *Wahlenb. lapp. n.* 158. *ups. n.* 225. *Fries halland. p.* 61. (*Forsander veg. scan. p.* 10.)

Hab. in paludibus profundis aquosis Lapponiarum omnium aliarumque regionum alpibus vicinarum (excepta Jemtlandia media) usque ad Vermlandiam et Vestmanniam septentrionalem frequenter; nec non Smolandiæ occidentalis præcipue in districtu Mossabygden dicto passim, Hallandiæque adjacentis in paroecia Breared; ceterum magis sparsim Vestrogothiæ ex. gr. ad Grimstorp, Uplandiæ ad Upsaliam etc.

Radix tenuis, fibrosa. Plantae reliquae partes quoque filiformes, supra genicula eximie purpurascentes. Squamae dilutae vel pallidae. Capsulae vero aurantiacae, sesquitertiam lineam longae, tantum ad fundum triloculares et seminiferae: seminibus arillo acuminatis fere ut in praecedente.

381. JUNCUS *biglumis:* culmo aphyllo, foliis subulatis, floribus binis terminalibus: altero pedicellato, capsulis apice retusis calyce longioribus. *Linn. am. ac.* 2. *p.* 166. *t.* 3. *svec. n.* 307. *Sv. Bot. t.* 497. *f.* 2. *Flor. Dan. t.* 120. *Wahlenb. lapp. n.* 160. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 103. *Hisinger herjed. p.* 46. 53.

Hab. locis uliginosis sterilibus irrigatis alpium summarum nivalium a Finmarkia orientali ex. gr. Harimalskaidi usque ad fines meridionales Jemtlandiæ in Sylfjället passim.

Radix fibrosa. Folia omnia radicalia, ita ut intimum basi culmi tantum vaginet, uncia parum longiora, supra atro-purpurascentia. Culmus parum plus quam digitalis, strictus, omnino nudus. Bractea floribus vix longior, sed erecta

ut flores laterales evadant. Glumae et apex capsulae piceaı Capsulae sesquilineam longae.

382. JUNCUS *triglumis:* culmo aphyllo, foliis subula tis, floribus ternis terminalibus sessilibus, capsul obtusiusculis longitudine calycis. *Linn. svec. n.* 30 *lapp. n.* 115. *t.* 10. *f.* 5. *Sv. Bot. t.* 497. *f.* *Flor. Dan. t.* 132. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 181 *p.* 128 *Hisinger herjed. p.* 52

Hab. locis irrigatis alpium et regionum subalpinaru immo etiam inferalpinarum a Finmark a orienta usque ad Herjedalen ubique frequenter.

Praecedenti similis praecipue inferne. Culmus interdu spithamaeus, etiam omnino nudus. Glumae bracteantes du tresve subaequales, floribus breviores, fuscescentes. Flor quoque pallidiores. Capsulae paullo majores.

383. JUNCUS *trifidus:* inferne aphyllus, foliis culme bracteantibusque subtribus canaliculatis subfiliformi bus, floribus subternis, capsulis oblongis longitudi ne calycis. *Linn. svec. n.* 301. *spec. pl. ed. Will* 2. *p.* 208. *Flor. Dan. t.* 107 *et* 1691. (monanthos *Wahlenb. lapp. n.* 153. *Hisinger herjed. p.* 4 *dal. p.* 23.

Hab. locis siccis expositis saxosis omnium alpium e iam minimarum et per regiones sylvaticas dispe sarum a summo septentrione usque in Dalecarlia ejusque alpes Svucku et Städjan frequenter.

Radix valde perennans, ipsa tantum crassitie fili, s squamis multis et caudicibus copiosis caespitem insignem co stituens. Vaginae intimae tantum mucrone loco folii term nantur. Culmus plerumque tantum digitalis. Folia bractea tia fere ejusdem longitudinis, erecta, filo vix latiora. Gl mae fuscescentes, eximie acuminatae.

384. JUNCUS *squarrosus:* foliis canaliculatis squarr sis rigidis, culmo paniculisque aphyllis subtri dis, calycibus capsulam includentibus. *Linn. svec.* 302. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 209. *it. scan. p.* 22 (*gotl. p.* 324). *Rogberg smol. p.* 22. *Flor. Da t.* 430. *Fries halland. p.* 60. *Wahlb. gothob.* 37. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 139. *Ah quist runst. p.* 14. *Aspegren bleking. p.* 26.

Hab. in pratis paludosis cæspitosis apricis provinciarum occidentalium passim, ut: Scaniæ fere ubique ex. gr. ad Skanör, Ystad et Cimbrishamn, Smolandiæ altioris ad Ryd, Elgaryd, Lenhofda etc. copiose, (orientalis rarius in Kampen prope Vexiö olim), sed occidentalis frequenter, Hallandiæ ubique, Bahusiæ saltem meridionalis passim, Vestrogothiæ ex. gr. inter Flaberg et Borgstena versus Borås, — postea non antea quam ad Jemtlandiæ alpes nec non in districtu Fælles dicto Norvegiæ ultimæ rarius; ceterum orientem versus non nisi in Oelandiæ campestribus Alfvaren dictis passim et Blekingiæ.

Radix valde perennis, caespites latos foliis suis divergentibus duris filo parum latioribus insignes gerens. Culmi tantum vagina brevi ad radicem obvoluti ibique compressi, plerumque pedem longi, rigidi. Glumae calycinae fusco-griseae. Capsulae ex majoribus duas lineas longae, omnino triloculares; seminibus angulatis, sine arillo evidenti.

335. JUNCUS *bulbosus:* foliis canaliculatis strictiusculis, culmo paniculisque foliosis, calycibus obtusis capsula subglobosa brevioribus. *Linn. svec. n.* 304. spec. *pl. ed. Willd.* 2. *p.* 213. *Flor. Dan. t.* 431. J. compressus *Jacqu. enum. vind.* 60. *Smith engl. fl.* 2. *p.* 165.

β. capsula magis acuminata in stylum longiorem persistentem, radice magis repente.

J. bottnicus *Wahlenb. lapp. n.* 157. *Regensb. bot. Zeit.* 1821. *p.* 489. *Meyer junc. syn. p.* 46.

Hab. in campis pascuisque humentibus Sveciæ meridionalis et mediæ ubique, deinde vero β ad littora plerumque restringitur tum maris bottnici tum maris septentrionalis usque ad NordCap frequenter.

Radix plerumque parum repens crassitie pennae columbinae. Gramen totum duriusculum et subnitidum, plerumque pedale, versus autumnum maturum. Capsulae magis globosae quam in praecedentibus bulbillos quodammodo referentes, sed vix linea longiores; — quo autem radix magis repens et valida in littoralibus, eo angustiores et magis acuminatae capsulae, unde β.

586. JUNCUS *bufonius:* foliis canaliculatis filiformibı floribus per dichotomias culmi sparsis solitariis se silibus, calycibus setaceis capsula duplo longioribı *Linn. svec. n.* 305. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 2ı *Flor. Dan. t.* 1098. *Wahlenb. lapp. n.* 154.

Hab. in udis, ad vias totius Sveciæ usque ad La poniam inferiorem et Nordlandiam Norvegica frequenter.

Radix omnino annua, fibrosa et color totius graminis m gis herbaceus diutiusque virescens. Culmi profundius (i terdum usque ad basin) dichotome dividuntur, plerumq semipedales.

587. JUNCUS *capitatus:* foliis canaliculatis culmisqı filiformibus nudis, capitulo terminali bracteato sul solitario multifloro, calycibus carinatis acuminat capsula longioribus. *Willden. spec. pl.* 2. *p.* 20 *Flor. Dan. t.* 1690. *Weigel. obs.* 28. *t.* 2. *f.* *Retz. scand ed.* 2. *p.* 80. *Meyer junc. syn. p.* 3(*Aspegren bleking. p.* 26. *Fries halland. p.* 60. J. bufonius *δ. Retz. scand. ed.* 1. *p.* 63.

Hab. locis subinundatis in arena littorali ad oras ex timas provinciarum meridionalium, ut Oelandi septentrionalis ad Grankulla; Blekingiæ ad Chri stianopel etc. Scaniæ orientalis ad Fjelkinge, Y stad etc. Hallandiæ meridionalis ad Halmstad Eldsberg prope Laxviken etc. copiose.

Radix annua, multiculmis. Folia vix uncia longiora, stri cta. Culmi vix digitales. Gramen totum mox rufescen Capitula magnitudine pisi vel paullo majora.

150. LUZULA.

Decand. fl. franc. ed. 3. *vol.* 3. *p.* 158. Junci *Linn. Gærtn. fr.* 1. *p.* 54. Luciola *Smith. engl. fl.* 2. *p.* 177.

Calyx persistens glumaceus hexaphyllus; foliolis alter nis interioribus sæpe majoribus. Stigmata tria. Cap sula supera trivalvis unilocularis trisperma: semini bus e fundo capsulæ filipendulis. — *Plantæ Ord nat.* 8. *Tripetaloidearum foliis planis plerumque pi losis; vaginis indivisis ut Liliacearum, radice o mnium perenni.*

388. LUZULA *pilosa:* umbella divaricata capillari; pedunculis simplicibus: floribus lateralibus sessilibus solitariis, calycibus capsula brevioribus, foliis pilosis. *Willden. en. hort. ber. p.* 393. *Smith engl. fl.* 2. *p.* 178.
L. vernalis *Sv. Bot. t.* 444.
Juncus pilosus *Linn. svec. n.* 308. *α. spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 216. *Wahlenb. lapp. n.* 161. *Zetterstedt' res.* 2. *p.* 19.
Hab. in sylvis acerosis ericetisque totius Sveciæ ne quidem Lapponia sylvatica excepta ubique.

Folia saepe quatuor lineas lata. Culmus circiter pedalis. Umbellae pedunculi fere pili tenuitatis, saepe sesquiunciam longi, fere semper simplices. Capsula major quam in ceteris nostris, fere duas lineas longa.

389. LUZULA *parviflora:* cyma supradecomposita foliolo fulcrata nutante: pedicellis unifloris, foliis vaginisque glabris.
Juncus parviflorus *Ehrh. beitr.* 6. *p.* 139. *Retz. scand.* 2. *p.* 437. *Willd. spec. pl.* 2. *p.* 219. *Wahlenb. lapp. n.* 162. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 19. — 1. *p.* 239. *Læstadius Vet. Ac. H.* 1822. *p.* 341.

β. intermedius: cyma minus composita erectiore: bracteis fimbriatis, culmo superne nudo.
Juncus intermedius *Host.*.
J. spadiceus *Wahlenb. lapp. n.* 163. *Hartm. Vet. Ac. Handl:* 1814. *p.* 104. 105. 1818. *p.* 153. 149.
J. pilosus *β Linn. svec. n.* 308.
Hab. in salicetis humidis ad flumina Lapponiæ Tornensis et Lulensis subalpinæ passim copiose; *β* locis durioribus omnium alpium altiorum a Jemtlandia usque ad Finmarkiam extimam frequenter.

Gramen totum glaberrimum, gentile et praecipue superne rufescens. Folia latitudine fere ut in praecedente, sed magis in culmum adscendentia. Cymae rami saepe plus quam biunciales, ipsique iterum cymosi, pedicellis tamen ultimis unifloris. Fructificatio quasi ob multifariam divisionem inflorescentiae minima; capsulis vix una linea longioribus.

β. Gramen minus, sed fructificatio aliquantum major, fu-

sco-nigricans. Pili omnes e vagina exserti desiderantur, i color graminis glaucescens ut in L. spadicea exterorum.

390. LUZULA *campestris:* umbella erectiuscula; p dunculis inæqualibus capitulo multifloro terminat foliis pilosis planis. *Willden. en. hort. berol. p.* 3 Juncus campestris *Linn. svec. n.* 309. *α. spec. ed. Willden.* 2. *p.* 221. *Flor. Dan.* 8 *t.* 1333.

β. pallescens: gracilior, pedunculis bracteisque longatis, culmo magis compresso. *Linn. svec. lapp. n.* 127. *t.* 10. *f.* 2. *Wahlenb. lapp. p.* 87.

γ. nivalis: capitulis conglomeratis. *Læstadius V. Ac. Handl.* 1822. *p.* 334.

Hab. in siccioribus graminosis apricis totius Svec etiam alpinæ ubique. *β* in alpibus et subalpin Lapponiæ et in paludibus regionum proximaru usque ad Fahlunam passim; *γ* in summis alpibus.

Folia radicalia in genere minus lata quam praecedentiu magis quam sequentium, sed culmea radicalibus vix minor Planta ceterum admodum varians.

391. LUZULA *arcuata:* umbella divaricata; peduncul recurvatis capitulo paucifloro terminatis, bracte fimbriatis, foliis glabris concavis. *Smith engl. fl. p.* 183.

Juncus arcuatus *Wahlenb. lapp. n.* 166. *t.* 4. *Hartn Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 104. 106. *Hising herjed. p.* 45. *Flor. Dan. t.* 1386.

Hab. locis uliginosis sterilissimis per alpes omnes tu glaciales tum nivales a summo nostro septentrion usque ad Sylfjället Jemtlandiæ meridionalis fre quenter.

Praecedente angustior, durior et pauperior, etiam color tior utpote foliis interioribus et culmo purpurascens. Fol una linea vix latiora. Culmus plerumque spithamaeus. Pe dunculi plerique uncia longiores. Capsulae minores.

392. LUZULA *spicata:* spica bracteata nutante; spicu lis sessilibus, foliis concavis inferne pilosis.

Juncus spicatus *Linn. svec. n.* 310. *spec. pl. ed Willd.* 2. *p.* 222. *lapp. n.* 125. *t.* 10. *f.* 4. *Flor Dan. t.* 270. *Hisinger herjed. p.* 46.

Hab. locis siccis duris per omnes alpes præcipue inferiores et discretas a finibus Lapponiæ orientalibus usque ad Herjedalen ubique.

Folia quam in praecedente parum latiora, sed ad vaginas eximie pilosa etiam in culmo usque ad spicam. Culmus circiter pedalis. Spica plerumque uncialis, bracteis et squamis eximie albicantibus, sed floribus ipsis fuscis.

151. BERBERIS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 595. Juss. gen. p. 314. Gærtn. fr. 1. p. 200. t. 42.

Calyx hexaphyllus, bracteis tribus stipatus. Petala 6 foliolis calycinis staminibusque opposita: glandulis duabus supra ungvem. Stigma sessile annulare. Bacca supera apice pervia, semina bina ternave amplectens. – *Frutices foliis alternis aculeo sæpius tripartito fulcratis, Ord. nat.* 18. *Dumosarum proximi.*

593. BERBERIS *vulgaris:* racemis simplicibus pendulis, petalis obtusis integerrimis, foliis oblongis ciliato-dentatis. *Linn. svec. n.* 311. *spec. pl. ed. Willd.* 2. p. 227. *Sv. Bot.. t.* 24 *Fl. Dan.* 6. *t.* 904. *Wahlenb. ups. n.* 228. *Carls. strengn. p.* 21. *Samz. neric. p.* 53. *Bjerkand. Vet. Ac. Handl.* 1776. *p.* 85. *Leche scan. p.* 55.

Hab. in sylvis et pascuis regionum magis campestrium Sveciæ mediæ et meridionalis, ut Uplandiæ prope lacuum Mälaren omnium frequentissime, Nericiæ ad Hjelmaren, Vestrogothiæ in Kinnekulle et Lugnås, Smolandiæ septentrionalis ad Lyckås prope lacum Vettern, Scaniæ ad Söfdeborg etc., Ostrogothiæ ad Bråviken, Gestriciæ ad Gefle.

Frutex circiter quadripedalis. Folia e gemmis exeunt convoluta, fere ut baccae aciduli saporis, unde totus frutex prae ceteris svecice *Surtorn* alias *Berberits.* Flores post florescentiam pomonae aperti odoris hircini, coloris flavi, fructificatione valde singulares. Baccae acidissimae rubrae notissimae.

152. PEPLIS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 605. Juss. gen. p. 360. Gærtn. fr. 1. p. 237. t. 51.

Calyx coloratus campanulatus sexdentatus: sinubus deflexis. Petala sex calyci inserta, sæpe obsoleta. Cap-

sula supera, evalvis, bilocularis: receptaculo centi polyspermo. — *Herbula foliis oppositis. Ord. n.* 34. *Calycanthemæ.*

594. PEPLIS *Portula:* floribus subapetalis solitariis, liis obovatis petiolatis. *Linn. svec. n.* 312. *spec. ed. Willd.* 2. *p.* 243. *it. vestgoth. p.* 218. 254. *Bot. t.* 592. *Fl. Dan. t.* 64. *Wahlenb. lapp. n.* 1

Hab. locis passim inundatis nudis præcipue provi ciarum sylvestrium a Scania usque ad Lapponi infimam passim.

Radix annua. Caules plures decumbentes una cum co foliorum et floribus rubentes, glaberrimi. Folia obova Portulacae forma, sed ungve minore non longiora. Flo axillares solitarii, sub foenisecio aperti.

ORD. TRIGYNIA.

155. RUMEX.

Linn. gen. ed. Schr. n. 613. *Juss. gen. p.* 92. *Gaertn. fr.* 2. *p.* 178. *t.* 119.

Calyx hexaphyllus: foliolis alternis interioribus major bus demum increscentibus in valvulas semine maj res. Semen triquetrum (sine marginibus membran ceis): embryone curvato peripherico. — *Herbæ Or nat.* 30. *Holoraceæ β Vaginales, radice perenn foliis plus minusve oblongatis* 1) *postice indivisis bique obtusis* (*Lapathum Tournef. sapore austero* a) *Verticillis distinctis floribus seminibusque minoribu regionum modo australiorum n.* 395-399. b) *Vertici lis magis indistinctis floribus seminibusque majori bus, regionum etiam septentrionalium n.* 400-40 2) *foliis postice divisis: lobis acutis* (*Acetosa Tour nef. foliis acidis*) *n.* 403. 404.

395. RUMEX *maritimus:* valvulis graniferis sexangulis angulis cujuscunque lateris duobus setaceis valvul longioribus; granulis linearibus, verticillis confer tis, foliis linearibus undulatissimis. *Linn. svec. n.* 313. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 253. *it. scan. p.* 248. *Smith engl. fl.* 2. *p.* 193. *Engl. Bot.* 11. 725. *Flor. Dan. t.* 1208. *Leche scan. p* 6. *n.* 2 *Vet. Ac. Handl.* 1744. *p.* 269. *Aspegren bleking p.* 27. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 216.

R. aureus *Withering arrang. p.* 356.
Hab. in littoribus maris fuco conspersis inundatisque provinciarum meridionalium passim, ut Scaniæ ad Helsingborg, Lomma, Malmö, Dybeck, Ystad copiose, Blekingiæ extimæ ad Hörvik etc. Gotlandiæ præcipue ad Gamlahamnen extra Wisby.
Radix prope centrum purpurea, sed ceterum magis flava quam in ceteris uti etiam semina, unde *R. aureus With.* non male dictus. Caules plures undique fere semper decumbentes, longitudine admodum varii, plerumque pedales et ramosi. Folia longe linearia cum Luteolae non inepte comparata, vix unquam in caule longiore semiuncia latiora, in caulibus minoribus tantum lineam unam alteramve lata. Valvulae cum setis suis saepe tres lineas latae, sed sine setis vix una latiores. Autumnalis est haec species prae ceteris.

196. RUMEX *palustris:* valvulis graniferis oblongis: dentibus cujuscunque lateris tribus subulatis valvula brevioribus; granulis oblongis, verticillis distinctis folio petiolato fulcratis, foliis lanceolatis subtrinervibus. *Smith brit.* 1. *p.* 394. *engl. fl.* 2. *p.* 194. *Engl. Bot.* 27. *t.* 1932.
R. maritimus *Curt. lond. t.* 23. *Fries halland. p.* 63. *Wahlb. gothob. p.* 39. (*Videgr. österg. p.* 29).
Hab. in aquosis mari vicinis Scaniæ aliarumque provinciarum temperatarum usque ad Stockholmiam satis frequenter (sed Ostrogothiæ ad Roxen prope Nyqvarn et ad Sommen incertior).
Radix undique rubescens, simpliciuscula. Caulis saepius solitarius, erectus, pedem unam alteramve altus, interdum superne ramosus. Folia vix unciam lata: costa media rubescente. Valvulae cum dentibus suis sesquilineam latae, sine dentibus vix una latiores. Granula autem duplo crassiora quam in praecedente.

197. RUMEX *obtusifolius:* valvulis omnibus graniferis triangulo-oblongis basi dentatis, verticillis subdistinctis foliolo petiolato fulcratis, foliis cordatis obtusis. *Linn. faun. svec. app. p.* 557. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 254. *Retz. oec. p.* 629. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 216. *Aspegren bleking. p.* 27.

R. sylvestris *Wallroth sched. crit. p.* 161. *Fr nov. p.* 87.

β. purpurascens: foliis acutioribus, valvulis m ribus. R. obtusifolius *Wallroth sched. crit. p.* 16 *Flor. Dan. t.* 1335.

Hab. in locis occultioribus subhumidis ad pagos p vinciarum littoralium a Scania ad Bahusiam, landiam, Gotlandiam et Roslagiam passim; regionibus meridionalibus ut Scaniæ et Oelan præsertim in fimetariis.

Radix fuscescens vel livida ut etiam caulis et costa fo rum. Caulis eximie ramosus, plerumque tripedalis. F palma saepe latiora eximie tenuia et flexilia. Valvulae tenuiores quam in proximis, semper livide virescentes, la parum latiores. Granula oblonga fulvescentia.

598. RUMEX *Nemolapathum:* valvulis lineari-oblo integerrimis obtusiusculis: unica grano globoso ob verticillis distinctis folio petiolato utrinque att to fulcratis, foliis infimis cordato-lanceolatis. *L suppl. p.* 212. *Ehrh. beit.* 1. *p.* 181. *Willd. spec* 2. *p.* 252. *Wallroth sched.* 1. *p.* 158. *Retz. sca ed.* 2. *p.* 83 *oec. p.* 629. *Forsand. veg. scan. p* R. acutus *β Huds. angl. p.* 155. *Curt. lond. t.*

Hab. in fagetis subhumidis occultis Scaniæ frond so-sylvestris ex. gr. ad Roslätt, Fogelsång, Hö Pålsköp prope Helsingborg, Kullaberg copio Hallandiæ meridionalis rarius.

Radix magis repens, etiam fuscescens fere ut praeceden cui proxima mihi videtur. Caulis omnium gracillimus, s pius quadripedalis. Folia raro bis uncia latiora. Valvu omnium angustissimae, semilinea vix latiores. Granulum re ejusdem latitudinis.

599 RUMEX *conglomeratus:* valvulis omnibus gra feris lineari-oblongis integerrimis, verticillis g meratis foliosis. foliis infimis ovato-oblongis, c patenter ramosissimo. *Schreb. spicil.* 64. *Wallro sched. crit. p.* 156. *Moris. hist. s.* 5. 27. *f. Fries nov. p.* 87.

R. acutus *Smith brit.* 1. *p.* 391. *engl. fl.* 2. *p.* 1 *Engl. Bot.* 11. *t.* 724.

Hab. in udis occultioribus, etiam ruderatis Scaniæ passim, alias magis adventitius.

Praecedenti tam affinis ut forsan potius varietas solo duriori orta. Omnium nostrarum maxime glomeratus et parviflorus; pedicellis vix plusquam lineam longis valde geniculatis (longitudine fere valvularum).

400. RUMEX *crispus*: valvulis graniferis ovatis subintegerrimis, verticillis indistinctis subnudis, foliis lanceolatis utrinque attenuatis undulato-crispis. *Linn. svec. n.* 314. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 251. *it. oel. p.* 131. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1334. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 218.

Hab. ad pagos et agros provinciarum magis campestrium a Scania ad Bahusiam, Vestrogothiam et Uplandiam frequenter.

Radix eximie rubens ut etiam partes proximae. Herba plerumque bipedalis. Folia pollice saepius non latiora, valde elongata et laxa. Valvulae sesquilineam latae et parum eadem longiores; granulis satis tumidis dimidiae longitudinis. Semina duplo majora quam in praecedentibus. Pedicelli quoque vix uncia breviores, quare verticilli minus distincti apparent ut in sequentibus.

401. RUMEX *acutus*: valvulis graniferis triangulari-oblongis acuminatis subdentatis, verticillis indistinctis, foliis lanceolatis attenuatis planis. *Linn. svec. n.* 316. *it. scan. p.* 395. *mant. p.* 370. *Wahlenb. ups. n.* 231. *Götting. gelehrt. Anzeig.* 1821. *p.* 1767. *Aspegren bleking. p.* 27.

R. Hydrolapathum *Willden. spec. pl.* 2. *p.* 251. *Smith engl. fl.* 2. *p.* 195. *Woodw. med. bot. t.* 178. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 123.

β. latifolius: foliis basi subcordatis. *Sv. Bot. t.* 161.

Hab. ad aquas earumdem fere provinciarum ac præcedens passim.

Radix plus quam pollicem crassa, intus rubicunda. Herba altissima nostrorum utpote plerumque orgyalis (forsan inde Suecis *Håst-skråppa* dicta), valde elongata et acuta singulis partibus, etiam eximie rubens. Folia saepe pedes aliquot longa, in junioribus exemplaribus interdum basi sub-

cordata. Valvulae etiam longissimae, saepe ultra tres line emetientes; granulo maximo ipsis parum breviore. Sem fere duas lineas longum.

402. RUMEX *aquaticus:* valvulis dorso nudiusculis tı angulari-cordatis integerrimis, verticillis indistinct foliis cordatis. *Linn. svec. n.* 315. *lapp. n.* 129. *scan. p.* 147. 180. *oel. p.* 85. 131. *mant. p.* 37 *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 255. *Sv. Bot. t.* 20 *Wahlenb. lapp. n.* 173.

β. crispatus: foliis longioribus crispatis. *Wahlen lapp. l. c. Aspegren bleking. p.* 27.

R. crispus *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 9 *Hagström jemtl. p.* 35. 140.

Hab. per totam Sveciam, alpibus tantum exceptis, α i aquis, β in siccioribus præcipue regionum septer trionalium.

Radix plerumque crassitie digiti minoris, intus flavescen Herba circiter quadripedalis, sed omnium latissima foliis sae pe ultra palmam latis, magis luteo-virentibus. Valvula quoque latissimae, fere tres lineas latae, in minus veget exemplaribus interdum indicium granuli offerentes. Semin etiam majora in annonae caritate septentrionalibus adhibita nota nomine *Vattenskräppa*, Scanis *Dynaskräppa*; β Jem landis *Tierp-rot.*

403. RUMEX *Acetosa:* valvulis dorso nudis ad basi tuberculo represso, floribus dioicis, foliis oblongi sagittatis. *Linn. svec. n.* 318. *spec. pl. ed. Willd* 2. *p.* 260. *Sv. Bot. t.* 190. *Wahlenb. lapp. n.* 174

Hab. in pratis et graminosis totius Sveciæ etiam alpi næ ubique.

Herba saepe bipedalis, sed gracilis, ceteris magis acida unde etiam svecice *Syra* vel *Ångsyra.* Valvulae semina les minores quam in proxime praecedentibus, subrotundae.

404. RUMEX *Acetosella:* valvulis nudis, floribus dioi cis, foliis lanceolatis hastatis. *Linn. svec. n.* 318 *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 260. *Flor. Dan. t.* 1161 *Wahlenb. lapp. n.* 175.

Hab. in rupestribus, locis deustis c. s. p. per totam Sveciam etiam alpinam ubique.

Radix tenuior repens et herba quoque minima inter Rumices vix pedalis, valde gracilis et flexuosa, plerumque tota purpurascens, exceptis vaginis albicantibus, svecice *Kråksyra, Bergsyra, Syrbilla.* Valvulae seminales minimae inconspicuae.

154. TOFIELDIA.

Smith brit. 1. p. 397. Narthecium *Juss. gen. p. 53.* Antherici spec. *Linn.*

Calyculus trilobus interdum a flore remotiusculus. Corolla hexapetala, æqualis, persistens. Capsulæ tres marginibus interioribus ultra medium conjunctæ, versus apices introrsum dehiscentes: seminibus numerosis angulatis. — *Radix fibrosa, perennis. Folia æquitanti-complanata. Flores subspicati. Ord. nat.* 11. *Coronariæ y Melanthaceæ.*

405. TOFIELDIA *borealis:* calyculis a flore remotis dimidiatis scapo adnatis loco bractearum. *Wahlenb. lapp. n.* 169. *Sv. Bot. t.* 482. *f.* 1. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 128.
T. palustris *Smith engl. fl.* 2. *p.* 198.
Anthericum calyculatum *β Linn. svec. n.* 288. *Fl. Dan. t.* 36.
Anthericum scapo nudo capitato, filamentis glabris. *Linn. lapp. n.* 137. *t.* 10. *f.* 5.
Hab. locis uliginosis et paludosis tum alpinis cum præcipue subalpinis et sylvaticis totius Lapponiæ ceterarumque provinciarum alpibus vicinarum usque ad Orsa, Ore et Transtrand Dalecarliæ frequenter.

Caespitose crescit, foliis plerumque uncia parum longioribus et linea vix latioribus, trinerviis. Scapus plerumque digitalis, omnino nudus, filiformis. Spica semiuncia vix unquam longior, albissima, initio aestatis florens. Petala et capsulae fere ejusdem longitudinis vix ultra lineam longa. — Septentrionalibus saepe *Björnbrodd* audit.

406. TOFIELDIA *calyculata:* calyculis flori approximatis undique continuis glabris, bracteis pedunculos fulcrantibus. *Wahlenb. veg. helv. p.* 68. *Sv. Bot. t.* 482. *f.* 2. *Wallroth sched. p.* 152.

T. palustris *Regensb. bot. Zeit.* 1820. 1. *p.* 314. - 1821. *p.* 188. *Willden. Berlin. Mag.* 2. *p.* 28.
Anthericum calyculatum *Linn. svec. n.* 288.
Anthericum foliis ensiformibus, perianthiis trilobi *Linn. it. gotl. p.* 195! 221.
Narthecium calyculatum *Wahlenb. Vet. Ac. Hand* 1805. *p.* 124. 125.
Hab. in pratis uliginosis Gotlandiæ passim copios

Praecedenti simillima, sed duplo triplove major. Folia in terdum duas lineas lata et digitum longa, multinervia. Sc pus interdum pedalis, crassitie pennae columbinae. Spi nobis plerumque uncialis, non parum lutescens saltem defl rata, post solstitium optime florens. Petala sesquilineam long

ORD. HEXAGYNIA.

155. SCHEUCHZERIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 615. Juss gen. p. 53.

Calyx sexpartitus, æqualis, persistens. Stigmata sessi lia, simplicia. Capsulæ superæ reflexo-distantes, in flatæ, margine superiore dehiscentes, fundo submono spermæ. — *Planta juncea vaginis divisis convoluti Ord. nat.* 8. *Tripetaloideæ.*

407. SCHEUCHZERIA *palustris: Linn. svec. n.* 32(*spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 263. (*it. gotl. p.* 316 *lapp. n.* 155. *t.* 10. *f.* 1. *Rogberg smol. p.* 2: *Flor. Dan. t.* 76. *Fries halland. p.* 63. 156.
Hab. in paludibus aquosis profundissimis desertis o mnium regionum magis sylvestrium a Lapponia ul tima usque ad Smolandiam inferiorem et Hallan diam ubique.

Radix perennis, repens. Folia oblique compressa, latitu dine culmi. Culmus circiter spithamaeus; foliis sursum sen sim minoribus; racemo simplici subquinquefloro. Flores lu tescentes, inconspicui, sub solstitio obvii. Capsulae matu rescentes vix plus quam quatuor, magnitudine lentis maj ris, semine solitario fere repletae.

156. TRIGLOCHIN.

Linn. gen. ed. Schr. n. 616. Juss. gen. p. 53. Gærtn. fr. 2. p. 26. t. 84.

Calyx triphyllus et Petala tria calyci simillima, subro

tunda, concava, includentia antheras sessiles et cum iisdem decidentia. Stigmata sessilia, plumosa. Capsulæ receptaculo columnari adnatæ, monospermæ, evalves vel utriculares, sive tres tantum maturescentes et basi secedentes sive omnes maturescentes undique separabiles. — *Plantæ junceæ: foliis filiformibus: vaginis divisis convolutis; scapo nudo ebracteato racemoso. Radix perennis cæspitosa. Ord. nat.* 8. *Tripetaloideæ.*

408. TRIGLOCHIN *palustre:* fructibus tricapsularibus linearibus basi dehiscentibus. *Linn. svec. n.* 321. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 264. *Sv. Bot. t.* 111. *Fl. Dan. t.* 490. *Wahlenb. lapp. n.* 171.

Hab. locis uliginosis totius Sveciæ alpibus tantum exceptis ubique.

Scapus ut folia crassitie tantum fili, plerumque dodrantalis. Flores virentes inconspicui aestivales. Stigmata omnino sex ut in sequente, sed germina tria alterna constanter abortiunt et cum receptaculo confluunt, maturescentibus tantum tribus capsulis demum basi dehiscentibus glochidum instar. — Svecice *Kårrsålting.*

409. TRIGLOCHIN *maritimum:* fructibus sexcapsularibus gibbosis. *Linn. svec. n.* 322. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 265. *Sv. Bot. t.* 112. *Flor. Dan. t.* 306. *Wahlenb. lapp. n.* 172. *ups. n.* 237. *Carls. strengn. p.* 22.

Hab. in littoribus marium omnium usque ad Finmarkiam frequenter, nec non in ripis lacuum majorum mari proximorum ut ad Mälaren Upsaliæ, Strengnesiæ alibique.

Praecedente major et obesior, ideoque fructu completior. Flores paullo majores et coloratiores. Fructus tantum dimidiae longitudinis, sed duplo crassiores. — Sveoice *Hafsålting.*

ORD. POLYGYNIA.

157. ALISMA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 625. *Juss. gen. p.* 52. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 22. *t.* 84.

Calyx tripartitus persistens. Petala tria patentissima,

plana, decidua. Capsulæ liberæ, numerosæ, evalves, crustaceæ, monospermæ. — *Herbæ radice perenni, foliis latioribus, floribus subumbellatis.* — *Ord. nat.* 8. *Tripetaloideæ.*

410. ALISMA *Plantago:* panicula verticillato-composita, capsulis convergentibus obtusis latere interiore ad basin styliferis, foliis ovatis. *Linn. svec. n.* 323. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 276. *Sv. Bot. t.* 440. *Fl Dan. t* 561. *Wahlenb. lapp. n.* 176.

β. graminifolia: foliis primis natantibus gramineis, postremis lanceolatis. *Wahlenb. ups. n.* 238.

Hab. ad ripas aquarum fere totius Sveciæ usque ad Lapponiam inferiorem ubique: *β* ad aquas majores elevatione mutabili ut Mälaren passim.

Folia omnia radicalia plerumque pollicem lata et ultra, quinquenervia; petiolo triquetro. Scapus utplurimum foliis quadruplo longior; verticillis patentibus, aestate florentibus. Petala lactea vel dilute rosea, calyce duplo majora — Svecis nonnullis *Svalting.*

411. ALISMA *ranunculoides:* floribus umbellatis, capsulis divergentibus acutis stylo terminatis, foliis lanceolatis *Linn. svec. n.* 325. *spec. pl. ed. Willd* 2. *p.* 279. *it. gotl. p.* 298. *Fl. Dan. t.* 122. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1805. *p.* 127. *Retz. diss. obs. bot. p.* 12. *Montin Vet. Ac. Handl.* 1766. *p* 238. *Ahlqvist ib.* 1821. *p.* 296. *Fries halland. p* 63. (*Naezén in Fant diss. de Ulricaehamn p.* 30)!

Hab. in rivulis aliisque aquis stagnantibus locisque depressis Gotlandiæ passim ut ad Vible, Träkumla, Vall, inter Gothem et Norrlanda etc. Oelandiæ orientalis intra Laudtborgen ex. gr. ad Ebbelunda paroeciæ Stenåsa; nec non ad mare occidentale infimum Scaniæ prope Engelholm et Rå, Hallandiæ australis ex gr. ad Knäfvelstorp prope Halmstad. (sed in Vestrogothiæ ad Ulricæhamn dubium videtur).

Radix tota fibrosa. Folia scapum subaequantia, digito minore angustiora. Scapus plerumque semipedalis, rarius pedalis. Umbellae radiis circiter novem, biuncialibus. Flore

duplo majores quam in praecedente, albidi (fere Ranunculi aquatilis unde nomen), post solstitium obvii.

412. ALISMA *natans*: floribus subumbellatis, capsulis divergentibus acutis stylo terminatis, foliis ovali-ellipticis cauleque sarmentoso natantibus. *Linn. svec. n.* 324. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 278. *Flor. Dan. t.* 1573. *Smith engl. fl.* 2. *p.* 204.

Hab. intra ripas stagnorum rarissime, nec nisi Scaniæ occidentali-septentrionalis ad Ramsjöby paroeciæ Karup secundum Retzium, et Roslagiæ inter Stockholm et Upsala referente Linnæo.

Exemplaria svecica certa et completa non vidi.

CLASSIS VII.

HEPTANDRIA.

CONSPECTUS.

1. ORD. MONOGYNIA.

Calyx hexaphyllus. Corolla rotata. Bacca exsucca 158. TRIENTALIS

ORD. 1. MONOGYNIA.

158. TRIENTALIS.

Linn. gen. ed Schr. n. 662. Juss. gen. p. 108 Gaertn. fr. 1. p. 227. t. 50.

Calyx heptaphyllus, persistens. Corolla rotata, septempartita: laciniis lanceolatis. Bacca supera, exsucca, unilocularis: receptaculo centrali, libero, maximo: seminibus paucis impressis. — *Herbula foliis in apice caulis substellatis, Lysimachiis valde affinis. Ord. nat.* 27. *Rotaceae.*

413. TRIENTALIS *europaea:* foliis lanceolatis integerrimis. *Linn. svec. n.* 326. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 282. *Sv. Bot. t.* 591. *Flor. Dan. t.* 84. *Wahlenb. lapp. n.* 177. *Aspegren bleking. p.* 28.

Hab. solo duriori in sylvis variis etiam juniperetis alpium per Sveciam totam usque ad NordCap ubique.

Radix perennis filo vix crassior, repens. Caulis quoque filiformis, plerumque altitudine tantum digiti, ad apicem foliis lanceolatis fere stellatis. Flos ex axilla folii inferioris inter folia reliqua stellata fere in medio surgens, ipse etiam stellatus niveus solstitialis svecice *Stjerneros* vel *Dufkulla.*

CLASSIS VIII.

OCTANDRIA.

CONSPECTUS.

1. ORD. MONOGYNIA.

Corol. tetrapetala. Capsula quadrilocularis: semina crinita 159. EPILOBIUM
Corol. monopetala. Anthera apice bitubulosa. Bacca infera 160. VACCINIUM
Caps. quadrilocularis 161. ERICA
Drupa nucleo simplici - - - - 162. DAPHNE

2. 3. ORD. DI - TRIGYNIA.

Calyx quinquepartitus coloratus. Semen unicum nudum - 163. POLYGONUM

4 ORD. TETRAGYNIA.

Anthera medio filamentorum adnata. Bacca - - - - 164 PARIS
Calyx diphyllus. Corolla monopetala. Bacca tetrasperma - 165. ADOXA
Calyx tetraphyllus. Corolla tetrapetala. Capsula quadrivalvis] [*polysperma* 166. ELATINE

ORD. 1. MONOGYNIA.

159. EPILOBIUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 639. Juss. gen. p. 354. Gaertn. fr. 1. p. 157. t. 31.

Calyx inferne angustatus: limbo quadrifido, patente: colorato. Petala quatuor calyci inserta, extrorsum dilatata. Filamenta alterna breviora. Capsula infera apice calva vel truncata (ob florem totum deciduum), tetragona, longissima, quadrilocularis, ab apice quadrifariam dehiscens: seminibus apice crinitis. — *Ord. nat.* 34. *Calycanthemae. Herbae foliis inferioribus plerumque oppositis, radice perenni, floribus subviolaceis spicatis* 1) *patentissimis stigmate quadripartito n.* 414. 2) *stigmate quadrifido n.* 415 3) *minus patentibus stigm. cruciato n.* 416-418. 4) *angustioribus stigm. indiviso n.* 419-422.

414. EPILOBIUM *angustifolium:* stigmate quadripartito staminibusque declinatis, foliis sparsis, lineari-lanceolatis integerrimis glabris, caule simplici. *Linn. svec. n.* 327. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 313. *Sv. Bot. t.* 130. *Fl. Dan. t.* 289. *Wahlenb. lapp. n.* 178

Hab. in rupestribus, lapidosis, exustis etc. præcipue regionum sylvaticarum totius Sveciæ, alpibus tantum exceptis, frequenter.

Radix valde repens. Herba ex altissimis nostris, saepe quadripedalis, quare Scanis *Kropp*, quod altum indicat, dici videtur. Ceterum elegantia totius herbae cum rubedine caulis superioris et splendore florum purpureorum nomen dedit apud Dalecarlos *Himmelsgrås*, apud V.Gothos *Drakar*. Denique capsularum longa series habitum quendam lacteum induens et succositas plantae ansam praebuisse videtur denominationis *Råmjölke*, *Imjölke*, *Illermjölke*, item *Getrams* et *Elgrams* in regionibus interioribus regni. Ob teuorem earundem partium forsan nomen accepit *Ålemärke*, *Ållemåll* Gothis ceteris et *Kalfrumpa* Roslagis. Bottnicis autem audit *Almyche* (a Lapponum *Almokke*). Folia plerumque spithamam longa. Calyx totus patens, coloratus (violaceus).

415. EPILOBIUM *hirsutum*: stigmate quadrifido, petalis calyce duplolongioribus, foliis semiamplexicaulibus ovato-lanceolatis dentato-serratis hirsutis, caule ramosissimo, radice repente. *Linn. svec. n.* 328. *β. spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 315. *Smith engl. fl.* 2. *p.* 213. *Engl. Bot.* 12. *t.* 838. *Flor. Dan. t.* 326. *Leche scan. p.* 7. *n.* 27.

Hab. locis sylvestribus humentibus Scaniæ passim ex. gr. ad Krageholm et prope Landskrona, Oelandiæ ad Borgby; dein vix nisi juxta hortos usque ad Upsaliam rarius, forsan ibi inquilinum factum.

Planta tota divergenter hirsuta, bipedalis et ultra, stricta, sed patenter ramosa et foliosa. Folia pollicem lata. Flores serotini, plus quam semiunciam longi, petalis violaceis spectabiles quamquam minus copiosi quam in ceteris.

416. EPILOBIUM *pubescens*: stigmate cruciato, petalis calyce paullum longioribus, foliis sessilibus lanceolatis denticulatis pubescentibus, caule simplici. *Willden. spec. pl.* 2. *p.* 315. *Wahlenb. ups. n.* 242. *Nov. Act. Ups. VIII. p.* 216.

E. hirsutum *α Linn. svec. n.* 328. *Fl. Dan. t.* 347.

E. parviflorum *Retz. scand. ed. 2. p. 89. Smi engl. fl. 2. p. 214. Engl. Bot. 12. t. 795.*
Hab. ad aquas limpidas præcipue fontanas provinci rum littoralium et humiliorum a Scania ad Bah siam, Ostrogothiam, Upsaliam et Gotlandiam passi
Planta tota patenter sed breviter pubescens, altitudine v riabilis interdum tripedalis, sed stricta et angusta. Folia v semiuncia latiora. Flores ex minoribus hujus generis, t bus lineis vix longiores, sub messe aperti, dilutius violac Germina tantum pilis raris adspersa.

417. EPILOBIUM *rivulare:* stigmate cruciato, petalis ca lyce duplolongioribus latioribusque ovalibus, foliis se silibus oblongatis subintegerrimis glabriusculis. *Wah lenb. ups. n.* 245. *Götting. gelehrt. anz.* 1821. *p.* 166.
? E. hirsutum glabrum *Leche scan. p. 7. n. 27.*
Hab. in rivulis fontanis Upsaliæ et forsan alibi.
Planta vix pubescentiâ ullâ adpressâ inconspicuâ praedita interdum tripedalis. Folia linea transversali unita, nec ner vos ullos vel angulos in caule efficientia, semiunciam lata Flores saltem quatuor lineas longi latique dilute violacei, sul messe explicati. Germina magis canescunt quam in praecedente, cui magis affine quam antea credidi.

418. EPILOBIUM *montanum:* stigmate cruciato, foliis inferioribus subpetiolatis ovatis dentatis glabris, caule ramoso. *Linn. svec. n.* 329. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 316. *n.* 7. *α. Flor. Dan.* 6. *t.* 922. *Wahlenb. lapp. n.* 179.
β. parviflorum: foliis longius petiolatis.
E. roseum *Fries halland. p.* 64. *Wahlenb. ups. n.* 243.
Hab. ad rupes sylvaticas totius Sveciæ usque ad Lapponiam inferiorem et transalpinam frequenter; β in regionibus magis campestribus australibus, ut Oelandiæ, Hallandiæ.
Planta non nisi brevissime puberula, plerumque sesquipedalis, minus gracilis magisque lata quam affines. Folia re vera ovata, saepe pollicem lata, grosse dentata eam a praecedentibus amovent, caulis omnino teres a sequentibus. Flores magnitudine et colore ut in praecedente. — β singulari est angustie omnium partium et floribus fere duplo minoribus valde dilutis.

419. EPILOBIUM *roseum:* stigmate indiviso, foliis subovatis serratis: petiolo marginato ad basin dentato, caule ancipiti. *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 90. *diss. obs. bot. p.* 16. *Smith engl. fl.* 2. *p.* 215. *Engl. Bot.* 10. *t.* 693. *Wahlb gothob. p.* 40 *Videgr. österg. p.* 28. E. purpureum *Fries halland. p.* 65.

Hab. locis humidis vel in provinciis littoralibus australioribus ut: Scaniæ, Oelandiæ, Hallandiæ et Bahusiæ, vel etiam ad lacus maximos ut prope Vettern ad Jönköping, Motala etc.

Caulis una cum costis et nervis foliorum eximie purpurascens vel roseus (unde nomen speciei), plerumque bipedalis, virgatus, simplex. Folia praecipue inferiora lata (interdum sesquipollicem), grosse serrata; petiolis dilatatis ad insertionem plicas vel dentes efficientibus, deinde ab utroque latere confluentibus in nervum communem per caulem decurrentem eumque ancipitem reddentem. Flores fere ut in praecedentis *β*.

420. EPILOBIUM *tetragonum:* stigmate indiviso, foliis lanceolatis margine in caulem decurrentibus eumque subtetragonum efficientibus. *Linn. spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 317. *Flor. Dan. t.* 1029. *Fries halland. p.* 65.

β. virgatum: angustius longius subpubescens, foliis minus decurrentibus. *Wahlb. gothob. p.* 40. *Flor. Dan. t.* 1267

E. virgatum *Fries halland. p.* 66.

γ. anceps: foliis in duos tantum nervos caulis decurrentibus. *Wahlb. gothob. p.* 40.

Hab. *α* ad rivulos fontanos prope mare provinciarum meridionalium inprimis Hallandiæ mediæ ad Falkenberg optimum; *β* præcipue in provinciis elevatioribus a Scania ad Bahusiam, Ostrogothiam, Gotlandiam; *γ* Gothoburgi.

Caulis valde virgatus, saepe quadripedalis et ultra, omnino glaberrimus. Folia minora quam in praecedentibus, internodiis plerumque breviora, versus basin digitum minorem lata, ibique marginibus suis infra insertionem productis in caulem decurrentia ejusque nervos quatuor efficientia. Flores ex minimis sesquitertiam lineam tantum longi, sed satu-

ratius violacei. — β omnibus partibus angustior maximequ virgatus; foliorum marginibus vix infra insertionem costa mediae deductis. — γ nervis duobus caulis infimi in unu confluentibus fere ut praecedentis speciei.

421. EPILOBIUM *palustre:* stigmate indiviso, foli sessilibus lanceolatis subintegerrimis, caule tere undique pubescente. *Linn. svec. n.* 350. *spec. p ed. Willd.* 2. *p.* 317. *Flor. Dan.* 9. *t.* 1574. *Wahlenb. lapp. n* 180.

β. albescens: foliis sublinearibus. *Wahlenb. lapp n.* 180. *ups. n.* 246. *Nov. Act. Ups. VIII. p.* 216

Hab. in pratis paludosis fere totius Sveciæ Lapponi forsan sola excepta frequenter; β in paludibus pro fundis desertis præcipue provinciarum septentriona lium usque ad Upsaliam et Gotlandiam passim co piose.

Valde varians tum magnitudine tum latitudine foliorum Quo majus et magis latifolium eo etiam glabriùs et colora tius, quo minus et angustius eo magis albescens floribus de mum fere albis.

422. EPILOBIUM *alpinum:* stigmate indiviso, capsuli glaberrimis, foliis ellipticis subintegerrimis, caul paucifloro bifariam pubescente basi decumbente *Linn. svec. n.* 331. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 318 *Flor. Dan. t.* 322. *Wahlenb. lapp. n.* 181. *Hartm Vet. Ac. Handl.* 1818 *p.* 134 151.

E. nutans *Flor. Dan.* 8. *t.* 1387.

β. majus: foliis dentatis, caule toto erecto. *Wahlenb lapp. l. c. Hartm. l. c.*

E. alsinifolium *Engl. Bot.* 28. *t.* 2000.

Hab. locis irrigatis elatis alpium omnium altiorum a summo nostro septentrione usque ad Jemtlandiam frequenter; β juxta et infra alpes præcipue ad fontes frigidissimos passim, usque in Dalekarliam ad Elfdals porphyrverk descendens.

Radix serpens, omnino filiformis. Caulis in alpibus vix digito minimo longior, crebro foliosus. Folia ungve digit minimi non longiora. Flores duas lineas longi, albescentes Capsulae sursum incrassatae ibique caule omnino crassiores.

β omni respectu explicatior, foliis subovatis dentatis (fere *E* montani), caule longitudine digiti medii.

160. VACCINIUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 658. Juss. gen. p. 180. Gaertn. fr. 1. p. 142. t. 28.

Calyx minimus, quadridentatus aut integer. Corolla campanulata quadrifida: laciniis reflexis (vel quadripartita totaque reflexa in *Oxycocco*). Stamina receptaculo inserta: antheris superne bitubulosis. Bacca infera globosa calyce impresso superne umbilicata, quadrilocularis, polysperma. — *Fruticuli foliis alternis* 1) *annuis anthera extus bicorni n.* 423. 424. 2) *perennibus anthera extus ecorni n.* 425. 426. *Ord. nat.* 29. *Bicornes.*

423. VACCINIUM *Myrtillus:* pedunculis unifloris axillaribus, ramis subquadrangulis, follis ovatis serratis deciduis. *Linn. svec. n.* 335. *spec. pl. ed. Willd.* 2. p. 348. *Sv. Bot. t.* 163. *Flor. Dan.* 6. *t.* 974. *Wahlenb. lapp. n.* 183.

Hab. locis sylvaticis præsertim humidiusculis per totam Sveciam, alpibus tantum elatioribus exceptis, frequenter.

Fruticulus pedalis et ultra; ramis viridibus. Folia laete viridia, flexilia. Flores mense florescentiae proveniunt, insigniter globosi, rubicundi. Baccae exacte sphaericae, intense caeruleae et caeruleo colore inquinantes, quare notissimae omnibus svecice *Blâbär*, nisi non nulli hoc pro illo *Slinnor* dicant, Hallandis *Slundron*, Dalekarlis *Rackbär*.

424. VACCINIUM *uliginosum:* pedunculis unifloris gemmaceis, ramis teretibus, foliis obovatis integerrimis basi ciliatis deciduis. *Linn. svec. n.* 332. *spec. pl. ed. Willd.* 2. p. 351. *Sv. Bot.* 331. *Flor. Dan. t.* 231. *Wahlenb. lapp. n.* 182.

Hab. solo magis uliginoso deserto Sveciæ præcipue septentrionalioris etiam alpinæ ubique frequenter; rarescit in regionibus campestribus junioribus ita ut denique desideretur in Gotlandia.

Fruticulus pedalis et paullo ultra, ramis fuscescentibus. Flores supra folia, vernales, albo-rubicundi. Folia glaucescentia, hinc inde quoque rubentia. Baccae oblongatae pro-

prie caeruleae, sed pruina glaucescente insigni obductae, j sim notae Svecis *Odon* (quod non nulli in *Odensbär* v tunt, forsan potius cum) Gestriciis *Uddbär*. Bottniensi *Utterbär*, Gothis plerumque *Ôbär* (vel *Ognebär*, Nor gis *Öjebär*), aliis ob fatuum saporem *Slinnor*. Daleca *Gårvälta*, Jemtlandis *Våmstöt*, *Båljon*, Roslagis *Svål*

425. VACCINIUM *Vitis idæa:* racemis terminalil nutantibus, foliis obovatis margine revolutis sub punctatis perennibus. *Linn. svec. n.* 334. *spec.* *ed. Willd.* 2. *p.* 354. *Sv. Bot. t.* 116. *Flor. D* *t.* 40. *Wahlenb. lapp. n.* 184.

Hab. solo duriori sicciori sylvatico per totam Sveci usque in alpes altiores adscendens ubique.

Fruticulus vagus, plerumque semipede vix longior. Fo parum flexilia, vix unciam longa, subtus ob apiculos exe tes quasi punctata. Flores albi vel basi leviter rubent initio aestatis conspicui. Baccae rubrae, grate acidulae, r tissimae: Svecis *Lingon*, Norrlandis et Gotlandis *Linnb* (vel potius *Lingbär* i. e. *Ljungbär*), magis speciatim I husiis *Tyssling* (quod Norvegis *Tyt-lyng*, quasi svec *Tit-Ljung*), Gothis ceteris plerumque *Krôsor* (a Danor *Kröslinger*, forsan Germanorum Preusselbeeren).

426. VACCINIUM *Oxycoccos:* pedunculis terminalib aggregatis, caulibus repentibus filiformibus glabri sculis, foliis ovatis integerrimis subtus albicantib perennibus. *Linn. svec. n.* 335. *spec. pl. ed. Wil* 2. *p.* 354. *Smith engl. fl.* 2. *p.* 221. *Sv Bot. t.* 1 *Flor. Dan. t.* 80. *Wahlenb. lapp. n.* 185.

Hab. in paludibus sterilioribus sphagno vestitis toti Sveciæ, alpibus vix quidem exceptis, frequenter.

Fruticulus minutus, cauliculis filiformibus serpens. Fo sesquilinea vix latiora, marginibus recurvis. Pedunculi f liis multiplo longiores, colorati. Flores proprie nutant sed laciniae corollae sursum reflectuntur, basi apiceque sa gvineae; staminibus nudis spadiceis dependentibus. Bacc foliis duplo triplove majores, ruberrimae, sed non ant quam vere proximo maturantes, succo acidissimo, tuncq leguntur nomine Svecico *Tranbär*. Bottniensibus *Tranj ton*, contractius *Trånjon*, Norrlandis *Myrbär*.

161. ERICA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 650. Juss. gen. p. 178. Gærtn. fr. 1. p. 302. t. 63.

alyx tetraphyllus (duplicatus in sp. 1.). Corolla subcampanulata quadrifida. Stamina receptaculo inserta: antheris demum bifidis. Capsula supera quadrilocularis, quadrivalvis: dissepimenta vel valvularum marginibus (in sp. 2.) vel receptaculo adfixa (in sp. 1.). Semina numerosa. — *Fruticuli foliis minutis oppositis sempervirentibus.* — *Ord. nat.* 29. *Bicornes.*

127. ERICA *vulgaris:* antheris cristatis inclusis, calyce dupplici: interiore colorato corollam quadripartitam subexcedente, floribus racemosis secundis, foliis oppositis sagittatis. *Linn. svec. n.* 336. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 373. *Smith compend.* 1818. *p.* 61. *Sv. Bot. t.* 53. *Flor. Dan. t.* 677. *Wahlenb. lapp. n.* 186.

Calluna Erica *Decand. fl. franc. n.* 2808.

Hab. in campis sylvestribus sterilissimis totius Sveciæ alpibus tantum exceptis ubique nimium copiose; sed in solo calcareo maritimo exposito parce.

Fruticulus virgatus svecice *Ljung* (*Lyng*, *Ling*, *Lång*), Iemtlandis etc. *Ross-ling* (i. e. *Häst-ljung*), Angermaniis *Mo-ris* (utpote in sterilissimis sabuletis proveniens), Gotlandis *Graune* (quasi ob colorem), Ostrogothis *Gröne.* Rami ejus oppositi ob folia minuta lineam tantum longa etragoni. Calyx interior una cum corolla roseus, sesquiineam longus, scariosus et post florescentiam tantum inflexus, capsulam minutam tegens.

128. ERICA *Tetralix:* antheris aristatis styloque inclusis, corolla ovali nuda, floribus capitatis, foliis quaternis ciliatis patentibus. *Linn. svec. n.* 337. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 368. *it. scan. p.* 221. 222. (*gotl. p.* 324). *vestrog. p.* 107. 114. *Sv. Bot. t.* 439. *Flor. Dan. t.* 81. *Leche scan. p.* 25. *n.* 26. *Fries halland. p.* 67. *Wahlb. gothob. p.* 40. *Næzén in Fant diss. de Ulricæhamn p.* 51. *Kalm bohusl. p.* 71. 110. 118. 123. 124. *Aspegren bleking. p.* 28.

Hab. in ericetis depressioribus plagæ occidentalis (i. e. aquas mari occidentali ducentis) Sveciæ meridio-

nalioris mari occidentali oppositæ copiose, ut: S
niæ occidentalis usque ad Skanör, Hallan
adjacentisque Smolandiæ et Vestrogothiæ
que ad Höberg, Mösseberg et Ulricæhamn, Ba
siæ et Daliæ usque ad ripam septentriona
lacus Venern Vermlandiæ prope Christineha
Nericiæ ad Porla. Nec magis orientem ve
lecta esse videtur quam ad Vexiö rarius et Ble
giæ occidentalis.

Fruticulus unam alteramve spithamam altus; ramis fil
mibus. Folia duabus lineis vix longiora, lanceolata. Co
ovali-elliptica, ore fere constricta et inconspicue quadri
tata, rosea, post solstitium florens, foliis paullo long
quam in praecedente specie longe magis conspicua, u
haec species dicitur Scanis *Klåckljung* vel etiam ob f
mam et colorem *Kopattar*.

162. DAPHNE.

Linn. gen. ed. Schr. n. 664. Juss. gen. p. 86. Gaertn fr. 1. p. 188. t. 39. (Thyme

Corolla nuda, decidua, infundibuliformis: limbo quadr
fido patente. Stamina tubo corollæ inclusa. Bac
supera nuda monosperma: semine crustaceo (subdr
paceo) globoso. — *Frutex foliis alternis. Ord. na*
43. *Vepreculae.*

429. DAPHNE *Mezereum:* floribus caulinis ternis se
silibus: laciniis ovatis acutis, foliis lanceolatis utri
que glabris deciduis. *Linn. svec. n.* 338. *spec.*
ed. Willd. 2. *p.* 415. *it. vestgoth. p.* 243. *Sv. B*
t. 7. *Flor. Dan. t.* 268. *Lache scan. p.* 36. *n.* 6
Wahlenb. lapp. n. 187.

Hab. in lucis declivibus Sveciæ saltem interioris
Scania usque ad Lapponiam inferiorem et trans
pinam passim; fugere autem videtur mari tum o
cidentali Bahusiæ, Hallandiæ Smolandiæque ext
rioris tum orientali Gotlaudiæ, Oelandiæ et Bl
kingiæ.

Frutex bi- quadri-pedalis; cortice tenaci peracri famc
sub nomine *Tjurbast*, *Tysvedbast*, *Tivedbast* (contra
Tibast) Dalecarlis *Tifvelbast* i. e. *Djefvelsbast*. Flores
gemmis lateralibus ramulorum initio veris vel mense g

minationis nudi proveniunt, eleganter rubri. Folia postea e gemma terminali erumpunt, digitum minorem longa. Baccae vel potius drupae indumentum pulposum rubrum satis mite habent, sed nucleum quam maxime acrem unde dicuntur svecice *Källerhalsbär*.

ORD. DI-TRIGYNIA.

163. POLYGONUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 677. Juss. gen. p. 92. Gaertn fr. 2. p. 181. t. 119.

Calyx plus minusve coloratus, 5-partitus, sed persistens demumque utplurimum inæqualis: laciniis tribus exterioribus grandescentibus, seminis angulos cavitate sua includentibus. Stamina quinque exteriora calycis laciniis, tria interiora stylis tribus alternantia, interjectis sæpe glandulis. Semen triquetrum. Sic in 1) *Polygono* p. s. d. - n. 430-434. sed in 2) *Persicaria Gaertn.* - n. 435-439. stamina vix plus quam quinque et styli bini plus minusve connati semenque planum vel extus plus minus carinatum. — *Herbae alternifoliae vaginatae. Ord. nat.* 30. *Holoraceae*, sectio *Vaginales.*

430. POLYGONUM *Bistorta:* caule simplicissimo unispicato, foliis superioribus cordatis amplexicaulibus. *Linn. spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 441. *Flor. Dan. t.* 421. *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 91. *Fries nov. p.* 87. *halland. p.* 67. (*Aspegren bleking. p.* 29).

Hab. ad stagna aliasque aquas Scaniæ septentrionali-occidentalis (Jutlandiæ oppositæ), ut ad Vegeholm, Axelvold, Dufeke etc. (Blekingiæ ad Siltorp magis adventitia videtur).

Radix torulosa, bistorta. Caulis plerumque bipedalis. Folia saepius bis unciam lata, subtus glauca. Spica albescens digito minimo vix angustior.

431. POLYGONUM *viviparum:* caule simplicissimo unispicato, foliis lanceolatis. *Linn. svec. n.* 340. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 441. *it. vestrog. p.* 39. 64. 92. *Sv. Bot. t.* 336. *Flor. Dan. t.* 13. *Wahlenb. lapp. n.* 188. *Bjerkand. Vet. Ac. Handl.* 1776. *p.* 83. (*Forsander veg. scan. p.* 8. 10.)

β. alpinum: radice crassiore magis farinosa, foli latioribus. *Wahlenb. l. c.*

Hab. in pratis et pascuis durioribus provinciarum sy vestrium præcipue septentrionalium ab alpibus La ponicis usque ad Ostrogothiam, Vestrogothiam re gionesque adjacentes Smolandiæ frequenter; sed re giones australes littorales evitare videtur. *β* in alpibu

Radix perennis, torulosa, torta fere ut in praecedent sed multiplo minor. Caulis plerumque spithamaeus. Fol infima ovalia, sed reliqua lanceolata marginibus recurva, sub tus canescenti-puberula. Spica superne floribus albidis, an theris nigricantibus; sed inferne obsita tuberculis a germin mutato ortis, atropurpureis, demum viviparis deciduis, un de Jemtlandis *Höfrö* vel *Fröfylla*, aliis *Mortog*.

432. POLYGONUM *aviculare:* caule procumbent striato, foliis lanceolatis acutis venosis glabris; va ginis laceris ciliatis, floribus axillaribus. *Linn svec. n.* 359. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 449. *Sv Bot. t.* 406. *Flor. Dan. t.* 803. *Wahlenb. lapp n.* 189.

Hab. ad vias, agros, arva, ripas totius Sveciæ, alpi bus tantum exceptis, ubique.

Radix annua. Caules subfiliformes longitudine varii Sve cis *Trampgräs* vel *Gårdsgräs*. Folia vix plus quam ses quiunciam longa, superne minora, demum obscurioris colo ris: vaginis albicantibus. Flores rubentes, aestivales.

433. POLYGONUM *Convolvulus:* caule volubili angu lato, foliis cordato-sagittatis glabris, floribus racemo sis, calycibus fructiferis obtusius carinatis. *Linn svec. n* 344. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 445. *Flor Dan. t.* 744. *Wahlenb. lapp. n* 191.

Hab. in agris cultisque totius Sveciæ quousque cultu ra existat frequenter.

Radix annua. Caulis longitudine varius, saepe bipedalis svecice *Binda*. Folia infima non raro cordata (sine angulis) Flores pallidi ante messem optimi. Semina demum magi grandescunt quam calyces in pedicellos suos nunquam cari nis decurrentes.

454. POLYGONUM *dumetorum:* caule volubili teretiusculo, foliis cordato-triangulis glabris, floribus racemosis, calycibus fructiferis pedicellisque alatis. *Linn. spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 455. *Flor. Dan t.* 756. *Fries halland. p.* 68. *Aspegren bleking. p.* 29. *Wahlb. gothob. p.* 42. *Wahlenb. ups. n.* 256.

Hab. in dumetis rupestribus præcipue ad aquas majores Hallandiæ adjacentisque Smolandiæ, Blekingiæ, Bahusiæ etc.; omnium optime ad Hjelmaren et Mälaren ubique, ad Vettern in Omberg etc.

Radix circiter biennis et tota planta magis longaeva et extensa saepe orgyalis longitudinis, in frutetis frondosis eximie scandens unde Svecis *Löfbinda.* Flores primum minores quam in praecedente, sed versus autumnum calyces maxime increscunt et alis suis hyalinis lineas tres lati fiunt.

455. POLYGONUM *amphibium:* floribus pentandris digynis seminibusque lenticularibus, staminibus exsertis, spicis solitariis oblongis, foliis basi cordatis costatis. *Linn. svec. n.* 341. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 443. *Flor. Dan. t.* 282.

Hab. in aquis et juxta eas per Sveciam temperatiorem usque ad Vermlandiam, Vestmanniam ferrimontanam provinciasque Norrlandicas littorales ubique; dein vero non nisi in Sjolmejaur aliisque aquis Lapponiæ maxime orientali-septentrionalis passim. (*Deinböll*).

Radix perennis late repens ut etiam caulis. Planta in aquis natans pulcherrima petiolis subfiliformibus, foliis supra eximie nitidis, punctatis, divergenter costatis, fere lineari-ellipticis, ultra pollicem latis; spicis in apice caulis ante foenisecium florentibus, dilute roseis, crassitie digiti minoris; seminibus demum atris calyce non decolorato majore decidentibus. — Sed in siccioribus degenerat foliis asperis sursum elongatis, spicis inordinatis pallidioribus.

456. POLYGONUM *Persicaria*: floribus subhexandris digynis seminibusque suborbicularibus compressis utrinque concavis, spicis axillaribus terminalibusque approximatis oblongis, pedunculis scabris, foliis basi attenuatis venosis obtusiusculis. *Linn. svec. n.*

542. *lapp. n.* 71. *mant. p.* 376. *Wahlenb. ups.* 258. *lapp. n.* 190.

P. lapathifolium *Smith brit.* 1. *p.* 425. *Engl. Bo* 20. *t.* 1382. *engl. fl.* 2. *p.* 254. *Willden. spe pl.* 2. *p.* 442.

β. incanum: foliis subtus canescentibus. P. inca num *Willd. l. c. p.* 446.

Hab. ad vias locaque culta humidiora totius Sveciæ ne Lapponia quidem excepta, ubique frequenter.

Radix annua. Herba valde varians, colore obscurior opacior quam sequentis. Folia subtus nunquam laevissim verum sive punctis elevatis exasperata sive omnino incan Pedunculi etiam scabri, sed bracteae hyalinae sine cili Flores vel virenti-albidi, vel obscurius rubicundi (numqua laete rosei). Semina semper latiora quam in sequenti et u trinque concava. Svecis saepe *Rö-knäfva* dicitur.

437. POLYGONUM *biforme:* floribus subhexandr semidigynis seminibusque primoribus triquetris; re liquis compressis, spicis axillaribus terminalibusqu oblongis; pedunculis lævibus bracteisque ciliati foliis lanceolatis acutis.

P. Persicaria *Smith brit.* 1. *p.* 424. *engl. fl.* 2. p 235. *Engl. Bot.* 11. *t.* 756. *Curt. lond. t.* 2 *Willden. spec. pl.* 2. *p.* 446. (nec Linn. svec. l. s. c *Flor. Dan. t.* 702. *Wahlb. gothob. p.* 41. *A spegren bleking. p.* 29.

Hab. in fossis viarum humidis per regiones maritim calidiores præcipue occidentales: ut Scaniæ inte Lund et Värpinge (nec alibi a me visum), Gothe burgi rarissime, Blekingiæ.

Radix annua. Caules erectiores, sed laxi, et genicu tumidiora magis pellucida. Folia angustiora et laetius colo rata (nec apud nos fusco-maculata). Flores quoque laeti rosei. Semina florum priorum optime triquetra, sed seroti norum saepe planiuscula. Pedunculi laevissimi, sed bra cteae florum setoso-ciliatae.

438. POLYGONUM *minus:* floribus subhexandris sul monogynis seminibusque triquetris, spicis pedu culatis subfiliformibus erectis, foliis lineari-lan ceolatis planis, caule basi subrepente. *Smith bri*

1. *p.* 426. *Engl. Bot.* 15. *t.* 1045. *Willd. spec. pl* 2. *p.* 445. *Fries halland. p.* 68. *Aspegren bleking. p.* 29 *Wahlb. gothob. p.* 41. *Videgren österg. p.* 28.

β. floribus albis.

Hab. locis inundatis præcipue ad littora maris Scaniæ ad Yngsjö, Ystad, Malmö, Helsingborg etc. Blekingiæ ad Carlskrona, Hallandiæ ad Halmstad, Gothoburgi; ceterum Ostrogothiæ planioris inter Motala et Landaryd copiose, Sudermanniæ ad Ö. Vingåker. *β* Scaniæ ad Helsingborg alibique.

Radix annua. Caules plures patentes, interdum omnino decumbentes, raro plus quam semipedales. Folia etiam angustiora quam in proximis, vix tres lineas lata. Pedunculi laevissimi. Spicae satis imbricatae, angustae, penna gallinacea non crassiores, idque etiam ob flores minores quam in proximis speciebus. Semen semilinea parum latius. — *β* saepe pede altius, valde insigne.

439. POLYGONUM *Hydropiper*: floribus subhexandris submonogynis seminibusque subtriquetris, spicis sessilibus filiformibus nutantibus, foliis lanceolatis undulatis, caule adscendente. *Linn. svec. n.* 343. *spec. pl. ed. Willd.* 2 *p.* 444. *Sv. Bot. t.* 424. *Fl. Dan.* 9 *t* 1576.

Hab. in uliginosis passim inundatis ad vias, agros per provincias plerasque Sveciæ usque ad Vermlandiam ferrimontanam et Norrlandiam ubique.

Radix annua. Planta saporis acrioris unde etiam Svecice *Vattenpeppar*, *Bitterblad*, *Jungfrutvål*, *Vattensåpa*, magnitudine varia, sed inferne plerumque major et latior, sursum multo gracilior praecedentibus. Folia interdum semiunciam lata. Flores post messem, primum apice tantum extremo colorati, dein colore reliquae plantae rubentis. Semen insigne nigrum forsan nomen svecicum *Läppgräs* dedit.

ORD. TETRAGYNIA.

164. PARIS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 683. Juss. gen. p. 48. Gærtn. fr. 2. p. 19. t. 83.

Calyx tetraphyllus. Petala quatuor subfiliformia. An-

theræ filamentis medio adnatæ. Bacca supera quadr locularis: seminibus ordine duplici in loculamen quocunque dispositis. — *Herba foliis verticillatis caule unifloro. Ord. nat.* 12. *Sarmentaceæ.*

440. PARIS *quadrifolia:* foliis obovatis subquaterni *Linn. svec. n.* 346. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 47 *Sv. Bot t.* 6. *Fl. Dan. t.* 139. *Wahlenb. lapp. n.* 19

Hab. locis humosis umbrosis ad radices rupium p totam Sveciam, alpibus tantum et regionibus suba pinis exceptis, passim.

Radix perennis, repens, sine foliis ullis. Folia in vert cillo quatuor (nisi monstrositate plura), unde Blekingis *Kor ört*, obovata. Flos fine veris et initio aestatis explicatu totus viridis praeter antheras pallidiores et pistillum fusc nigricans. Bacca nigra inamoena svecice *Trollbär, Orm bär, Fans onda bett.*

165. ADOXA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 684. *Juss. gen. p.* 343. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 141. *t.* 111.

Calyx diphyllus, persistens. Corolla monopetala, pla na, quadrifida, demum marcescens. Bacca semiinfer ob calycis lacinias adnatas, globosa, unilocularis, te trasperma. — *Herbula foliis binis oppositis, pedun culo floribus quinis subcapitatis, quorum laterales i calyce tertiam, in reliqua fructificatione quintam par tem numero addunt. Ord. nat.* 31. *Succulentæ sectio Saxifragæ.*

441. ADOXA *Moschatellina: Linn. svec. n.* 347. *spe pl. ed. Willden.* 2. *p.* 472. *it. vestgoth. p.* 37. *S Bot. t.* 435. *Flor. Dan. t.* 94. *Næzén in Fan diss. de Ulricæhamn p.* 31. *Samz. neric. p.* 3 *Wahlenb. ups. n.* 261. *Nov. Act. Ups. VIII. p.* 21

Hab. in humo molli nemorum lætiorum a Scania a Bahusiam, Vestrogothiam, Nericiam, Uplandiam Gotlandiam passim; dein vix nisi Dalecarliæ a Säter, et denique sub rupibus locis occultissimis a mare septentrionale in Lapponia maxime orientali septentrionali Fælles dicta rarius (*Deinböll*).

Radix perennis, repens, tenuis, sed squamis dentifor mibus carnosis. Herba tota praecipue capitulum floru

odore moschi, quare svecice *Desmansknopp*. Folium radicale subbiternatum lobatumque; caulina ternata trifidaque. Flores fine mensis germinationis, virescentes. Pedunculus tetragonus demum incurvus: baccis nonnullis viridibus, inconspicuis.

166. ELATINE.

Linn. gen. ed. Schr. n 685. Juss. gen. p. 333. Gaertn. fr. 2. p. 142. t. 112.

Calyx tetraphyllus, persistens. Petala quatuor, sessilia, patentia. Capsula supera, depressa, quadrivalvis, quadrilocularis: receptaculo centrali; seminibus numerosis curvulis. — *Herbulae aquaticae oppositifoliae, numero fructificationis variantes. Ord. nat.* 26. *Caryophylleae, sectio Alsinaceae.*

442. ELATINE *Hydropiper:* foliis oppositis, floribus alternis, caule repente. *Linn. svec. n.* 348. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 472. *it. scan. p.* 417. *Flor. Dan. t.* 156. *Sv. Bot. t.* 597. (*Wahlenb. lapp. n.* 193). *Hisinger verml. p.* 11.

β. triandra *Sv. Bot. l. c. fig.* 2.

Hab. locis ab aqua passim inundatis diuque humectatis ad ripas fluviorum et lacuum præcipue campestrium vel maritimorum a Scania ad Torneå passim; β in ripis lacus Vettern ad Bispmotala Ostrogothiæ (*Agrelius*).

Radix annua constituta fibris cauliculorum repentium. Herbula in aqua virens, extra aquam magis rubens foliis oblongo-obovatis. Flores omnino sessiles circa solstitium aperti, aliquantum ex albo rubentes. Capsulae umbilico impresso, magnitudine et figura fere grani Piperis, unde nomen (nec ob saporem totius plantae, mitem et herbaceum).

CLASSIS IX.

ENNEANDRIA.

CONSPECTUS.

ORD. DI-TRIGYNIA.

Calyx persistens minor semine alato - - - - - - - 167. RHEUM

ORD. HEXAGYNIA.

Petala sex marcescentia. Capsulae sex polyspermae - - 168. BUTOMUS

ORD. DI-TRIGYNIA.

167. RHEUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 692. Juss. gen. p. 92. Gærtn. fr. 2. p. 177. t. 119

Calyx sexpartitus: laciniis alternis parum majoribu semine semper minoribus. Semen nudum triqu trum: marginibus membranaceis; embryone rect in axi nuclei. — *Herbae foliis expansis pluricostat acidis ut in Acetosis in genere Rumicum.*

443. RHEUM *digynum:* floribus hexandris digynis, f liis reniformibus. *Wahlenb. lapp. n.* 194. *t.* 9. *f. Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 97. 103. *Hisi ger jemtl. p.* 74. *herjed. p.* 47.

Rumex digynus *Linn. svec. n.* 517. *spec. pl.* e *Willd. p.* 258 *Flor. Dan. t.* 14.

Oxyria reniformis *Smith engl. fl.* 2. *p.* 188.

Hab. ad latera irrigata alpium omnium nivalium Lapponia ultima ad Jemtlandiam frequenter.

Radix perennis, multiceps, squamis fuscis obvallata. F lia fere omnia radicalia, petiolis longis filiformibus elevat vix plus quam unciam longa, sed saepe tres uncias lat costis pluribus radiatis fere ut in Rheis majoribus. Scap in alpibus rarius pedalis, infra alpes interdum bipedalis. S minum alae ratione nuclei majores quam in Rheis maxim et embryonis directio satis evincunt hanc plantam Rhei sp ciem esse, quamquam versus septentrionem ultimam itaq pauperrimam, cujus ob solum alpinum tertia pars fructific tionis demta est. — Sapor praecipue foliorum grate acidu unde nomen svecicum *Fjällsyra.*

ORD. HEXAGYNIA.

168. BUTOMUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 693. Juss. gen. p. 5 . Gærtn. fr. 1. p. 74. t. 19.

Petala nuda, sena, marcescentia: alternis minoribus e terioribus acutioribus. Capsulæ sex superæ, margir interiore dehiscentes, intus undique seminiferæ. *Planta junciformis grandiflora. Ord. nat.* 8. *Tri petaloideae.*

441. BUTOMUS *umbellatus: Linn. svec. n. 550. spec. pl. ed. Willd. 2. p. 491. it. vestrog. p. 46. Sv. Bot. t. 296. Flor. Dan. t. 604. Samz. neric. p. 36. Wahlenb. ups. n. 263 Vet. Ac. Handl. 1809. p. 218. Nov. Act. Ups. VIII. p. 217.*

Hab. in fluviis majoribus turbidioribus regionum maxime campestrium regni interioris a Scania, ad Vestrogothiam, Nericiam et Uplandiam frequenter; sed rarescit in maritimis provinciis ut Gotlandiæ, Hallandiæ superioris (desideratur omnino Oelandiæ, ~~Blekingiæ~~).

Radix valde perennis, horizontalis, valida. Folia omnia radicalia, subtriquetro-ensiformia. Scapus teres laevissimus, bipedalis et ultra. Umbella involucro triphyllo scarioso fulcrata, multiflora, a solstitio in autumnum florens: floribus albo-roseis insignibus Nericiis *Blomvass* vel *Vassvioler*, aliis *Camelblom*.

CLASSIS X.

DECANDRIA.

CONSPECTUS.

1. ORD. MONOGYNIA (Bicornes).

Calyx pentaphyllus petalis quinq. æqualis. Caps. 5 locul. 169. MONOTROPA
Corol. pentapet. subnuda. Caps. 5 locul.: dissep. e med. valvul. 175. PYROLA
dissepim. e marginibus 170. LEDUM
Corol. monop. infundibulif. Caps. dissep. e marg. valv. 171. RHODODENDRON
ovata - - Caps. ut in praec. - - 172. MENZIESIA
campanulata. Caps. dissepim. e medio valv. 173. ANDROMEDA
basi fenestrata. Bacca supera - - - - 174. ARBUTUS

2 ORD. DIGYNIA.

Corolla nulla. Capsula reniformis unilocularis - 176. CHRYSOSPLENIUM
Corolla pentapetala. Capsula birostris bilocularis - - 177. SAXIFRAGA
Corolla nulla. Capsula monosperma - - - - - 178. SCLERANTHUS
Corol. pentap. Calyx urceol. quinquefid. Caps. polysperma 179. GYPSOPHILA
Calyx cylindricus apice quinquedentatus - 180. DIANTHUS

3 ORD. TRIGYNIA (Caryophylleæ).

Calyx inflatus subcoriaceusve apice quinquedentatus - 181. CUCUBALUS
Calyx subcylindricus membranaceus apice quinquedentatus - 182. SILENE

Calyx pentaphyllus patens. Petala bipartita - - - 183. Stella
erectiusculus. Pet. subinteg. Caps. trivalv. 184. Als
patens. Pet. integ. Caps. apice sexdent. 185. Arena

ORD. PENTAGYNIA.

Calyx tubulosus coriaceus. Caps. uniloc. polysp. 186. Agrostei
membranaceus - - - - - - - - 187. Lych
Calyx pentaphyllus. Petala quinque bifida - - - - 188. Cerast.
indivisa - - - 189. Sperg
Calyx quinquepartitus. Petala quinque. Capsula 5 discreta - 190. Se
Caps. quinquelocular. 191. Oxa

ORD. I. MONOGYNIA.

169. MONOTROPA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 337. Juss. gen. p. 470. Gaertn. fr. 3. p. 45. t. 18

Calyx pentaphyllus: foliola petalis subsimilia in cyli drum conniventia. Petala quinque basi gibba. A theræ inermes. Stigma discoideum. Capsula qui quelocularis; loculamentis medio latere dehiscentibu dissepimentis e medio valvularum. Semina scobifo mia arillata. — *Herba parasitica aphylla; attam Pyrolis in Ord. nat. 29. Bicornium satis affinis*

445. MONOTROPA *Hypopithys:* floribus spicatis cili tis; lateralibus octandris. *Linn. svec. n. 351. sp pl. ed. Willd. 2. p. 573. Sv. Bot. t. 97. Fl. Da t. 232. Bjerkander Vet. Ac. Handl. 1776. p. 8 Sams. neric. p. 37. Wahlenb. ups. n. 273.*

β. Hypophega: pauciflora, glabrior: filamentis st loque glaberrimis.

M. Hypophega *Wallroth sched. cr. p. 191. Fri nov. p. 87.*

Hab. in sylvis antiquis præsertim acerosis terraq foliis putrescentibus obtecta per regiones aliâs m gis campestres a Scania ad Vestrogothiam, Ner ciam, Vestmanniam (Skinskatteberg), Uplandian Gotlandiam rarius. β in fagetis Scaniæ et Hal landiæ.

Radix vix nisi pars infima intumescens caulis squamis cr brioribus tecta, semel tantum florens ideoque quodammoc annua. Planta tota sordide lutescens, exsiccatione nigrescen vix pedalis. Squamae bracteantes superne in pedunculi

ascendunt et demum quintam partem fructificationi complere videntur. Inflorescentia initio recurvata erigitur et floret post foenisecium odore fere Verbasci Thapsi, ob cujus usum etiam *Lungört* dicitur.

170. LEDUM.

Lin. gen. ed. Schr. n. 744. Juss. gen. p. 177. Gartn. fr. 2. p. 145. t. 112.

Calyx quinquedentatus, minimus. Corolla pentapetala. Antheræ biporæ inermes. Capsula quinquepartibilis: dissepimentis dupplicatis, ab axi sæpe deorsum discedentibus. Semina numerosissima, arillata. — *Frutex.* Ord. *nat.* 29. *Bicornes, ut genera quinque sequentia.*

446. LEDUM *palustre:* foliis sublinearibus margine revolutis subtus hirsutis. *Linn. svec. n.* 352. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 602. *n.* 1. *α. Sv. Bot. t.* 18. *Fl. Dan.* 6. *t.* 1031. *Leche scan. p.* 36. *n.* 65. *Wahlenb. lapp. n.* 195. (excluso syn. ult. Willdenow.) *Nov. Act. Ups. VIII. p.* 217.

Hab. in paludibus cæspitosis sylvaticis totius Sveciæ præsertim septentrionalis usque ad alpes Lapponicas frequenter.

Frutex bipedalis et ultra odoris quam maxime graveolentis, quare plerisque Svecis *Vill-pors*, rarius *Kållpors*, *Getpors*; Gothis ob usum contra tussin ferinam *Kågrabuske*, *Sqvåkra*, etiam *Squatram.* Folia praeteriti anni persistunt subtus ferrugineo-tomentosa; praesentis anni vix prodeunt ante mensem florescentiae primum subtus albida. Flores fere eodem tempore cymam albam insignem constituunt. Pedunculi fructiferi recurvati: capsulis a basi dehiscentibus.

171. RHODODENDRON.

Lin. gen. ed. Schr. n. 746. Juss. gen. p. 176. Gærtn. fr. 1. p. 304. t. 63.

Calyx quinquelobus minutus. Corolla subinfundibuliformis: limbo patente quinquelobo. Stamina subdeclinata: antheris biporis inermibus. Capsula quinquelocularis: dissepimenta ex inflexis valvularum marginibus duplicata. Semina numerosa, exarillata. — *Frutices foliis subtus squamoso-punctatis, annuis.*

447. RHODODENDRON *lapponicum:* corollis infun-

dibuliformibus, foliis ellipticis foveolatis resinos punctatis, trunco depresso. *Wahlenb. lapp. n.* 1(*Sv. Bot. t.* 481. (foliis longe nimium angustis).
Azalea lapponica *Linn. svec. n.* 180. *lapp. n.* *t.* 6. *f.* 1. *lackes. lapp.* 1. *p.* 299. (Micheli *Flor. Dan.* 6. *t.* 966. *Liljeblad Vet. Ac. Han* 1793. *p.* 205. 206. *Læstadius ib.* 1822. *p.* 3 *Zetterstedt res.* 2. *p.* 45.
Hab. locis duris elatis in plaga Svecica alpium Lule sium ad oram orientalem lacus Virih-jaur passi nec non alpium Torneusium ad Torneåträsk et Kumma-eno paroeciæ Enontekis copiose; Finma kiæ adjacentis ad Alten in Sakkavari (*Marklin*).

Fruticulus depressus, ut tantum fasciculi foliorum et fl rum in apicibus ramulorum emineant. Folia plerumque qui que lineas longa et tres lata, in pagina inferiore demum n parum ferruginea fere ut in Rh. ferrugineo, annua. P dunculi foliis parum longiores. Flores initio aestatis expl cati, foliis vix latiores, rubro-violacei.

172. MENZIESIA.

Smith ic. ined. 1. p. 56. Juss. ann. mus. 1. p. 55. t. 4. f. A.

Calyx quinquepartitus. Corolla ovata indivisa: o quinquedentato. Antheræ biporæ, inermes. Capsu quinquelocularis: dissepimenta ex marginibus valvu larum inflexis duplicata. Semina scobiformia arill ta. — *Fruticulus foliis angustis sempervirentibus.*

448. MENZIESIA *cærulea*: foliis linearibus obtusis ca tilagineo-dentatis, pedunculis fasciculatis terminalibu *Sv. Bot. t.* 535. *Wahlenb. lapp. n.* 197. *Smi comp.* 1818 *p.* 61. *Engl. fl.* 2. *p.* 222. *Engl. Bo* 35. *t.* 2469. *Hising. herjed. p.* 14. *dal. p.* 23.
Andromeda cærulea *Linn. svec. n.* 354. *lapp.* 164. *t.* 1. *f.* 5. *Flor. Dan. t.* 57.
Erica cærulea *Willden. spec. pl.* 2. *p.* 393.
Hab. in collibus et campis elatis tum alpinis cu subalpinis omnibus a summo nostro septentrione f nibusque ultimis versus Russiam usque ad fines al pium meridionales in Dalekarlia prope Transtran ubique frequenter.

fruticulus interdum pedem altus, habitus Ericae Tetralicis ramis virgatis. Folia omnino perennia et sempervirentia, quatuor lineas longa et vix unam lata. Pedunculi in apicibus ramorum fasciculati, foliis multiplo longiores, una cum calycibus colorati, fusco-violacei. Corollae longitudine foliorum, nutantes, rubro-violaceae, summa aestate explicatae.

173. ANDROMEDA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 747. Juss. gen. p. 179. Gærtn. fr. 1. p. 304. t. 63.

Calyx quinquepartitus, parvus. Corolla globoso-campanulata; ore quinquefido. Antheræ bicornes inclusæ. Capsula quinquelocularis, angulis dehiscens; dissepimentis e medio valvularum. Semina pauciora nitida (non arillata) — *Fruticuli sempervirentes*, (*spec. ult. calyce calyculato et antheris inermibus discedens*: CHAMÆDAPHNE *Moench.*)

449. ANDROMEDA *polifolia*: floribus subglobosis fasciculatis pedunculatis, foliis sparsis lanceolatis margine revolutis subtus argenteis. *Linn. svec. n.* 353. *lapp. n.* 163. *t.* 1. *f.* 3. *spec. pl. ed. Willd.* 2 *p.* 610. *n.* 13. *β.* media. *it. scan. p.* 34. 52. *Sv. Bot. t.* 445. *Flor. Dan. t.* 54. *Rosén Nov. Act. Ups.* VIII. *p.* 217. *Aspegren bleking. p.* 30.

Hab. in paludibus desertis profundis totius Sveciæ, optima autem et copiosissima Lapponiæ tum sylvaticæ cum alpinæ.

Fruticulus vix pedalis, foliis et situ florum quodammodo Ledo similis, sed insigniter rubens, unde Nericiis aliisque non male *Rôd-Pors* dicitur. Folia utplurimum fere uncialia longa, sed latitudine varia ut in Ledo a 1½ ad 3 lineas. Pedunculi foliis longiores una cum calyce et corolla pulchre rosei, initio aestatis florentes.

450. ANDROMEDA *hypnoïdes*: floribus campanulatis solitariis terminalibus pedunculatis, foliis confertis acicularibus. *Linn. svec. n.* 354. *lapp. n.* 165, *t.* 1. *f.* 3. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 608. *Fl. Dan. t.* 10. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 104. 105. *Hisinger jemtl. p.* 74.

Hab. locis duris editis alpini jugi proximarumque re-

gionum alpinarum Svecicarum a Lapponia max orientali prope districtum Fælles dictum usque Jemtlandiam frequenter.

Fruticulus omnium tenuissimus, surculis decumbent nonnullas uncias longis et crassitudine chordae Hyp quoddam admodum referens. Folia vix plus quam lin longa, acu tenuiora. Pedunculi circiter tres lineas lo ejusdem coloris brunnei ac calyx. Corolla dilatato-camp lata, dilute rosea.

451. ANDROMEDA *tetragona:* floribus campanul solitariis lateralibus pedunculatis, foliis quadrifari imbricatis subtriquetris sagittatis. *Linn. svec.* 356. *lapp. n.* 166. *t.* 1. *f.* 4. *laches. lapp.* 2. *p. spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 607. *Fl. Dan.* 6. *t.* 10 *Wahlenb. lapp. n.* 200. *Liljebl. Vet. Ac. Han* 1793. *p.* 206. 207. *Læstadius ibid.* 1822. *p.* 3 *Zetterstedt res.* 2. *p.* 49.

Hab. in collibus et campis vastissimis per alpi Tornensium jugum proximasque alpes Nordland septentrionalis frequentissime, unde passim dispe est tum ad Finmarkiam occidentalem cum al Lulenses adjacentesque Pitenses.

Fruticulus interdum unius alteriusve pedis longitudine, vagus, ramis quodammodo sursum incrassatis fere ut in L copodio Selagine, ideoque non inepte Norvegis *Lu mer-lyng*, vel etiam *Lum-kråkling* quasi ob similitudin foliorum Empetri. Folia circiter duas lineas longa, margi bus ita revolutis ut subtriquetra fiant. Pedunculi semiunc les. Flores albedine nitente et figura fere ut in Conva laria majali, initio aestatis obvii. Antherarum aristae ip antheris duplo longiores ut etiam in praecedente.

452. ANDROMEDA *calyculata:* floribus urceola bracteolatis in racemo secundo folioso, foliis spar planis oblongis obtusiusculis squamuloso-punctat *Linn. svec. n.* 557. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 61 *n.* 26. *α.* ventricosa. *Sv. Bot. t.* 583. *Wahlen lapp. n.* 199. *Regensb. bot. Zeit.* 1821. *p.* 411.
Chamædaphne calyculata *Moench.* — *Buxbaum co petr.* 1. *p.* 241.

Hab. in paludibus umbrosis supra sinum bottnicum, ut ad flumen Kemense et Tornense inferius passim; (ad Skellefteå rarius? *Agrelius*).

Frutex duarum vel trium pedum altitudinis, reliquis speciebus longe firmior, habitu magis salicino, unde Svecis Bottniae *Andvide* (Fennonibus *Hanhen-paju*). Folia circiter unciam longa et quatuor lineas lata, plana, praecipue subtus albescenti-squamulosa. Calyx longitudine fere dimidii floris, substantia foliorum et ceterum calyculo auctus, quasi a squamis gemmae ortus et constituens gemmam unifloram hyeme exsertus. Corolla postea primo vere florens lutea, stylum exserens. Antherae inermes oblique dehiscentes magis quam in ipso Ledo. — Quo septentrionalior eo majores flores et insigniora folia evadere videntur. Folia bracteantia ante fructum cadunt.

174. ARBUTUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 750. Juss. gen. p. 179.

Calyx quinquepartitus, minimus. Corolla ovata: ore constricto, revoluto; basi pellucida. Antheræ bicornes. Bacca supera calva quinquelocularis: seminibus solitariis osseis. — *Fruticuli apud nos procumbentes, latifolii.*

355. ARBUTUS *Uva ursi:* caulibus procumbentibus, foliis cuneiformibus subtus reticulatis integerrimis perennibus. *Linn. svec. n.* 358. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 618. *it. scan. p.* 134. *gotl. p.* 169. 182. etc. *Sv. Bot. t.* 85. *Flor. Dan. t.* 33. *Wahlenb. lapp. n.* 202. *Forsand. veg. scan. p.* 14. *Aspegren bleking. p.* 30.

Hab. in collibus campisque saxosis vel arenosis sylvaticis totius Sveciæ a Scania superiore et Gotlandia usque in alpes Lapponicas frequenter.

Fruticulus fere totus sempervirens. Flores albi, primo vere e gemmis propriis. Folia supra nitida, subtus venis obscurioribus reticulata, initio evidentissime ciliata. Baccae thecaseiformes, rubrae, intus cellulosa alba farinacea, unde vulgo svecice *Mjölbär* et *Mjölon.*

356. ARBUTUS *alpina:* caulibus procumbentibus, foliis rugosis serratis marcescentibus. *Linn. svec. n.*

359. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 618. *Sv. Bot. t.* *Flor. Dan. t.* 73. *Wahlenb. lapp. n.* 203. *Hi ger dal. p.* 23.

Hab. in campis apricis tum alpium omnium tum gionum subalpinarum a summo nostro septentr usque ad finem infimam alpium Dalekarliæ pr Transtrand frequenter.

Fruticulus valde procumbens et magis flexilis quam p cedens. Flores initio veris ante folia prodeunt quamq ex eadem gemma, albi, minores quam in praecedente. lia paullo majora, eximie flexilia, annua sed statu emar vere proximo adhuc residua. Baccae succosae, nigrae, i gniores quam aliae similes in alpibus, unde prae cet *Fjällbär* dicuntur, etiam *Rypebär* ut esca avis La alpini, Norvegis minus apte *Korpebär* s. *Ravnebär.*

175. PYROLA.

Linn gen. ed. Schr. n. 752. *Juss. gen p.* 179. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 303. *t.* 6

Calyx quinquepartitus, minutus. Petala quinque, co cava. Antheræ basi binis tubulis sese aperientes, n invertendæ. Capsula quinquelocularis: angulis de scentibus; dissepimentis e medio valvularum. Se na arillata, numerosissima. — *Plantæ perennes, fo sempervirentibus (plerumque Svecis Vintergró Ord. nat.* 29. *Bicornium.* 1) PYROLA *p. s. d.* s *lo elongato, filamentis linearibus* a) *floribus racen sis* *) *staminibus adscendentibus n.* 455. 456. **) s *minibus rectis pistillo declinato n.* 457. ***) *stam nibus pistilloque rectis n.* 458. 459. b) *flore soli rio n.* 460. 2) CHIMAPHILA: *stigmate sessili, fi mentis supra basin in discum dilatatis, floribus u bellatis n.* 461.

455. PYROLA *chlorantha:* scapo racemoso infe squamis linearibus herbaceis, staminibus adscend tibus, pistillo declinato petalis conniventibus l giore. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1810. *p.* 190. *t Sering mus. helv. p.* 35. 162. *Flor. Dan. t.* 16 *Sv. Bot. t.* 453. *Wahlenb. ups. n.* 268. *Fries h land. p.* 70. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 2 *Videgren österg. p.* 28. *Aspegren bleking. p.*

P. asarifolia *Michaux bor. amer.* 1. *p.* 251.
Hab. in sylvis siccioribus densis abiegnis per provincias ceterum satis campestres (fere ut Monotropa), ut Dalecarliæ ad Hyckjeberget, Uplandiæ ad Upsala et Stockholm, Vestrogothiæ in Klyftamoen, Ostrogothiæ in Kisa, ad Godegård etc., Smolandiæ passim, Blekingiæ, Hallandiæ ad Thorup, Gotlandiæ ad Thorsborg, etc.
Folia plerumque dimidio minora quam proxime sequentium, saepius latiora quam longa, saturatius viridia et magis coriacea ut tota planta. Squamae omnes angustae non amplectantes, virescentes. Flores fere globosi, paullo post solstitium obvii, coloris citrini. Filamenta, stylus et stigma etiam virescunt.

456. PYROLA *rotundifolia:* scapo racemoso inferne squamis amplectentibus scariosis, staminibus adscendentibus, pistillo declinato colorato petalis expansis longiore. *Linn. svec. n.* 560. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 621. *Sv. Bot. t.* 304. *Wahlenb. lapp. n.* 204.
Hab. in sylvis subhumidis per totam Sveciam præcipue septentrionalem passim; Scaniæ rarius.
Folia ad basin scapi plerumque tria, subrotunda, saepe bis unciam lata. Squamae inter folia scapum amplectentes et tegentes obtusae. Flores post solstitium maxime aperti majoresque quam in proximis, nivei. Pistillum rubens. Antheræ tubulis angustioribus aurantiacis.

457. PYROLA *media:* scapo racemoso inferne squamis amplectentibus scariosis, staminibus rectis, pistillo florem globosum subexcedente clavato radiato. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1804. *p.* 257. *t.* 7. *Sv. Bot. t.* 311. *Smith engl. fl.* 2. *p.* 256. *Engl. Bot.* 28. *t.* 1945. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 217. 237. *Retz. diss. fl. scand. suppl.* 2. *p.* 8. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 98. *Fries halland. p.* 71. *Wahlb. gothob. p.* 43.
P. rotundifolia *Flor. Dan. t.* 110.
Hab. in sylvis lætioribus sive formatione transitionis fundatis ut Gotlandiæ ad Friggård Fåröæ et

Vestö paroeciæ Hall, Ostrogothiæ ad Ku Norrby, Dalecarliæ ad Gärseby (*Kröningssvä* Jemtlandiæ ad Storsjön, — sive mari propi bus ut Stockholmiæ ad Carlberg, Hallandiæ S landiæque adjacentis et Bahusiæ.

Folia et squamae fere praecedentis. Flores vero p sequentis, sed majores, pallidiores. Antherae fere tota l tudine hiantes. Pistillum aliquantum rubens. Huc perti videtur *Gmel. sib.* 4. *p.* 128. *n.* 16. *a. t.* 56. *f.* 1.

458. PYROLA *minor:* scapo racemoso inferne squa subnullis, staminibus pistilloque rectis æquali flore globoso inclusis. *Linn. svec. n.* 361. *spec. ed. Willd.* 2. *p.* 621. *it. gotl. p.* 206. 221. *vestgo p.* 18. 20. 83. *Smith engl. fl.* 2. *p.* 257. *Sv. B t.* 550. *Flor. Dan. t.* 55. *Leche scan. p.* 25. *n.* *Wahlenb. lapp. n.* 205. *Swartz Vet. Ac. Han* 1798. *p.* 41. *Aspegren bleking. p.* 30. P. rosea *Engl. Bot.* 36. *t.* 2543.

Hab. in sylvis macris fere totius Sveciæ a Scania Gotlandia usque in Lapponiam et Dalecarliam s periorem passim.

Folia tenuiora et plerumque angustiora quam praecede tium. Squamae vix ullae. Flores omnino globosi, mino quam in ceteris omnibus utpote grano piperis parum maj res, albi cum quadam rubore.

459. PYROLA *secunda:* racemo unilaterali, florib oblongis pendulis. *Linn. svec. n.* 362. *spec. pl. e Willd.* 2. *p.* 621. *Sv. Bot. t.* 566. *Flor. Dan.* 402. *Wahlenb. lapp. n.* 206.

Hab. in sylvis acerosis totius Sveciæ ubique.

Radix et stolones longiores totaque planta magis oblo gata. Folia evidenter terna, ovato-oblonga, argute serra Racemus bracteis albicantibus. Flores post solstitium, vir scentes. Stylus fructu multoties longior.

460. PYROLA *uniflora:* pedunculo radicali uniflo *Linn. svec. n.* 364. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 62 *it. vestgoth. p.* 36. *oel. p.* 145. *Sv. Bot. t.* 17 *Flor. Dan. t.* 8. *Wahlenb. lapp. n.* 207.

Hab. in sylvis majoribus succosioribus totius Sveciæ ubique.

Folia terna, subrotunda, digito minimo vix latiora. Pedunculus circiter digitalis. Flos in hoc genere maximus, fere unciam latus, albissimus, svaveolens, solstitialis. Norrlandis *Ögonsjukegrås* utpote contra lippitudinem usitata.

461. PYROLA *umbellata:* floribus subumbellatis, disco filamentorum ciliato, foliis lanceolato-cuneiformibus. *Linn. svec. n.* 363. *spec. pl. ed. Willd.* 2. p. 622. *it. oel. p.* 152. *Rogberg smol. p.* 23. *Sv. Bot. t.* 27. *Flor. Dan.* 8 *t.* 1336. *Wahlenb. ups. n.* 271. *Samz. neric. p.* 38. *Carls. strengn. p.* 25. *Fries halland. p.* 71. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII.* p. 217. *Holmberg Vet. Ac. Handl.* 1776. *p.* 229. *Videgren österg. p.* 28.

Chimaphila umbellata *Radius diss ex R. bot. Z.* 1823.

Hab. in sylvis antiquissimis altissimis per provincias ceterum magis campestres vel meridionales rarius, ut: Uplandiæ ad Upsala et Stockholm, Nericiæ ad Hjelmarsberg et Ölsboda, Sudermanniæ ad Strengnäs et Ö. Vingåker, Vestrogothiæ in Thorsö ad Starkåkra, Hunneberg ejusque latere occidentali versus Stormossan, Ostrogothiæ in V. Harg prope Spellinge etc., Smolandiæ orientalis ad Dalhem, occidentalis ad Femsjö, Gotlandiæ ad Garnegård in paroecia Bäl, inter Vestergarn et Klinta, Gärdvaldsskog inter Norrgårda et Bjestes paroeciæ Sanda; Oelandiæ prope Byerum paroeciæ Böda, Norrlandiæ meridionalis.

Fruticulosa omnino: caulibus digito saepe longioribus. Folia terna quinave stellata, multo duriora quam in ceteris, cuneiformia, dentata. Scapi vel pedunculi communes foliis duplo tantum longiores; umbella circiter quadriradiata. Flores rubentes, erecti; ideoque stigma sessile. Uplandis *Rylört* uti efficax in Rhevmatismo.

ORD. 2. DIGYNIA.

176. CHRYSOSPLENIUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 763. *Juss. gen. p.* 343. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 208. *t.* 44.

Calyx coloratus, capsulæ inferne adnatus, 4-5-fidus.

Corolla nulla. Capsula reniformis unilocularis, se mibivalvis: seminibus fundo adfixis pluribus. — *Hei bula Saxifragis proxime affinis, floribus minutis, fo liis renifoimibus: superioribus flores fulcrantibus.*

467. CHRYSOSPLENUM *alternifolium:* foliis alterni floribus lateralibus octandris. *Linn. svec. n.* 36 *lapp. n.* 151. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 637. *it. sca. p.* 16. 100. 101. *vestrog. p.* 62. *am. ac.* 8. *p.* 37. 9 *Flor. Dan. t.* 366. *Wahlenb. lapp. n.* 208. *Hartr Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 98. *Carls. strengn. p.* 2 *Samz. neric. p.* 38. *Wahlb. gothob. p.* 41. *Fri halland p.* 71. *Bjerkand. Vet. Ac. Handl.* 177 *p.* 81. *Videgr. österg. p.* 28. *Aspegr. blek. p.* 3

Hab ad scaturigines rivulosque limpidissimos sylva rum per provincias magis montosas passim, ut Lapponiæ usque ab Enontekis, Jemtlandiæ Medelpadiæ et Helsingiæ copiose, Dalecar liæ, Gestriciæ, Roslagiæ, Vestmanniæ a Fremshyttan, Vermlandiæ saltem ferrimontana Sudermanniæ ad Åkerö et Strengnäs, Nerici ad Tångsäter, Ostrogothiæ ad Medevi, Kisi Omberg, Sturefors etc., Vestrogothiæ præcipu ad cacumina lapide Trapp tecta ut Kinnekulle, Bi lingen, Hunneberg; Smolandiæ in sylva Holvo den inter Hester et Säthälla alibique, Blekingia Hallandiæ et Scaniæ sylvestris ad Malteshol

Radix perennis quidem, sed tenuis filiformis, vage repe Caules adscendentes, vix plus quam digitum alti, succosi reliqua herba; prima aetate pilosiusculi. Folia inferiora lo gius petiolata, plerumque semiuncia parum latiora; superi ra subsessilia fere in orbem circa flores posita, unde u bilicata facies totius plantae, quare non nullis svecice *Jor nafle;* aliis Nericiae dicitur *Wif.* Flores intense lutei etiam fructus, minuti, initio aestatis explicati.

177. SAXIFRAGA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 764. *Juss. gen. p.* 342. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 177. *t.* 36.

Calyx quinquepartitus. Petala quinque. Capsula bil cularis birostris, inter stylos binos dehiscens, polyspe ma, calyce plus minusve vestita. — *Ord. nat.* 3

Succulentæ β Saxifragæ. Herbæ 1) foliis indivisis a) coriaceis perforatisque n. 463. 464. b) radicalibus herbaceis n. 465. 466. c) caulinis angustissimis (fl. luteis) n. 467. 468. 2) foliis divisis a) lobatis (Lobaria Haworth) n. 469-471. b) palmatis fissisque n. 472. 473.

463. SAXIFRAGA *Cotyledon*: foliis radicalibus aggregatis lingulatis perforato-albide serrulatis, caule nudiusculo paniculato: ramis laxis compositis, calycibus glanduloso-pilosis. *Linn. svec. n.* 366. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 638. *laches. lapp.* 2. *p.* 196. *Flor. Dan. t.* 241. *Wahlenb. lapp. n.* 209. *Hartman Vet Ac. Handl.* 1818. *p.* 138. *Læstadius ib.* 1822. *p.* 341. *Hising. jemtl. p.* 69. (*herjed. p.* 37).
Chondrosea pyramidalis *Haworth sax. enum.*

Hab. in rupibus irrigatis infra alpes per Nordlandiam Norvegicam meridionaliorem citra Loffodden et exinde ad oram totam Norvegiæ frequenter, unde transcendit per loca humiliora alpini jugi et pervenit in Jemtlandiam usque ad Kallsjön, in Lapponiam Lulensem ad Njunnas, Njammats, Karvek etc. prope Quickjock, in Lapponiam Tornensem ad Torneåträsk.

Radix valde perennis, caespitosa, proferens rosulas (vel orbes) magnas foliorum fere cartilagineorum, quae Norvegis *Bergdusk* nuncupantur. Folia haec radicalia interdum digitum minorem longa lataque, serraturis albidis pulchre marginata. Caulis vel potius scapus (quia folia vix alia quam fulcrantia) saepius bipedalis et ultra. Flores albissimi copiosissimi, seriore aestate explicati.

464. SAXIFRAGA *oppositifolia*: foliis oppositis quadrifariam imbricatis ovatis ciliatis apice unipunctatis, calycibus subciliatis. *Linn. svec. n.* 369. *lapp. n.* 179. *t.* 2. *f.* 1. *laches. lapp.* 1. *p.* 287. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 648. *n.* 24. *α. Flor. Dan. t.* 34. *Wahlenb. lapp. n.* 210. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 103.
Antiphylla cærulea *Haworth sax. enum.*

Hab. locis aqua nivali irrigatis per alpes altiores et

altissimas a summo nostro septentrione usque ad Jemtlandiam frequenter.

Radix valde perennis, sarmenta longa in superficie terra vel supra rupes emittens, quae etiam ob folia dura interdum *Bergdusk* apud Norvegos nominantur. Folia vero singula vi sesquitertiam lineam longa. Caulicull ipsi vel potius pedunculi uniflori vix unciam elevati. Calyx tantum fundo capsulae adnatus. Petala pulchre rubro-violacea, initio aestati conspicua.

465. SAXIFRAGA *stellaris:* foliis oblongis serratis scapo nudo: ramis primum recurvatis, petalis lanceolatis inferis, calyce reflexo. *Linn. svec. n.* 367 *lapp. n.* 175. *laches. lapp.* 1. *p.* 286. *spec. pl. ed Willd.* 2. *p.* 644. *Fl. Dan. t.* 23. *Wahlenb. lapp n.* 212. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 105 1818. *p.* 132. *Hisinger herjed. p.* 46.
Spathularia stellaris *Haworth.*
* comosa: coma granulata *Linn. lapp. t.* 2. *f.* 3.
Hab. locis suboccultis irrigatis, ad rivulos per omnes alpes altiores et juxta eas a NordCap usque ad Sylfjället Jemtlandiæ meridionalis ubique.

Radix biennis vel parum perennans, tota fibrosa. Folia radicalia in orbem expansa, circiter octo lineas longa, tenuia. Scapus gracilis, vix spithamam altus; superne ramis paucis subunifloris. Petala alba calyce fere duplo longiora plus quam duas lineas longa, media aestate expansa. Capsula tota bipartibilis.

466. SAXIFRAGA *nivalis:* foliis obovatis truncatis crenatis subsessilibus, scapo nudo, floribus congestis semisuperis, calyce petala subæquante. *Linn. svec n.* 368. *lapp. n.* 176. *t.* 2. *f.* 5. 6. *spec. pl. ed Willd.* 2. *p.* 645. *Flor. Dan. t.* 28. *Wahlenb. lapp. n.* 211.
Dermasea nivalis *Haworth.*
β. tenuior: foliis subpetiolatis, floribus minus congestis. *Wahlenb. lapp. n.* 114. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 133. 1814. *p.* 105.

Hab. solo occultiore aqua nivali irrigato alpium al-

tiorum præcipue maritimarum a Finmarkia orientali usque ad Jemtlandiam passim; β præcipue in Svecico latere alpium et fere sola Jemtlandiæ.

Radix certe perennis, quod ad maximam partem fibrosa. Herba tota crassior et strictior quam praecedentis, magnitudine magis varians. Folia subcoriacea, subtus plerumque rubicunda, obtusa et obtuse crenata. Scapus firmus, spithamalis et ultra, semper aphyllus. Bracteae pedunculis suis vix latiores. Pedunculi nunquam reflexi, bracteis vix longiores. Calyces quoque numquam reflexi, rubicundi. Petula oblonga, alba, sed superne plerumque rubedine levi tincta.

467. SAXIFRAGA *aizoides:* foliis caulinis lineari-subulatis subciliatis mucronatis, caulibus decumbentibus, floribus planis semiinferis. *Linn. svec. n.* 371. *lapp. n.* 178. *laches. lapp.* 1. *p.* 297. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 650. *Wahlenb. lapp. n.* 214. *Smith engl. fl.* 2. *p.* 268. *Engl. Bot. t.* 39. *Hising. herjed. p.* 46. 52. 53.

S. autumnalis *Flor. Dan. t.* 72.

Leptasea aizoides *Haworth.*

Hab. ad rivulos et loca uliginosa per omnes alpes altiores et juxta eas a Finmarkia orientali usque ad Herjedalen frequenter.

Radix perennis, longe vagans et stolones cauliculosque undique expandens. Folia omnia acuta superioraque insigniter mucronata, linea una vix latiora, coriaceo-crassiuscula. Caulis florens adscendit, plerumque spithamam longus; ramulis et pedunculis non nisi tenuissime glanduloso-pubescentibus. Flores planiores quam in ceteris omnibus: petalis a se invicem distantibus, circiter duas lineas longis, sublanceolatis, flavis non nihil croceo-punctatis, serotinis. Capsula subglobosa.

468. SAXIFRAGA *Hirculus:* foliis caulinis lineari-lanceolatis nudis obtusiusculis, caule erecto, floribus campanulatis inferis. *Linn. svec. n.* 370. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 649. *Sv. Bot. t.* 625. *Flor. Dan. t.* 200. *Wahlenb. lapp. n.* 215. *Rosén. scan. p.* 25. *n.* 18. *Retz. Vet. Ac. Handl.* 1769. *p.* 246. *n.* 13. (S. autumnalis) *Regensb. bot. Zeit.* 1820. *p.* 701. — 1824. *p.* 117.

Hirculus ranunculoides *Haworth.*

Hab. in paludibus sterilissimis per partem sylvaticam et subsylvaticam Lapponiæ Tornensis et Kemensis usque ad sinum Varangriæ frequenter ceterum non nisi rarius Smolandiæ septentrionalis in confiniis sylvæ Holveden ad Bredestad, e Scaniæ exterioris in palude maxima Yngsjömoss inter Föreboda et Olseröd copiosissime, sed inte Skabersjö et Lilla-Roslätt raro.

Radix perennis quamquam tenuis; stolonibus filiformibus vagis. Caulis ceterum solitarius, nec basi divisus; unam alteramve spithamam altus. Pedunculi lanugine tenui ferruginea tecti. Flores fere maximi in hoc genere apud nos eleganter aurei et punctis croceis intus versus basin concinne notati, post foenisecium aperti. Capsula omnino supera cylindracea, quatuor lineas longa.

469. SAXIFRAGA *granulata:* foliis caulinis multifidis; radicalibus reniformibus crenatis, caule paniculato germine semiinfero, radice granulata. *Linn. svec n.* 372. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 651. *it. scan. p.* 28 *Sv. Bot. t.* 153. *Fl. Dan. t.* 514. *Wahlenb. Vet Ac. Handl.* 1809. *p.* 218. 1811. *p.* 26. *Hartm. ib* 1818. *p.* 123.

Hab. in collibus et campis graminosis apricis per Sveciam temperatiorem præcipue orientalem a Scani ad Vermlandiam mediam, Vestmanniam superiorem, Dalecarliam infimam ex. gr. Hedemoræ e Gestriciam frequenter.

Radix perennis; granulis magnitudine seminis cannabini Oelandis *Hällsknoppar.* Caulis vix pedalis, pubescens superne glanduloso-viscosus. Flores erecti, mense florescentiae optime explicati, latitudine digiti minoris, albidi, Bl kingis *Lärftsblommor;* petalis oblongo-obovatis.

470. SAXIFRAGA *cernua:* foliis radicalibus reniformibus subseptemlobis; caulinis quinquelobis petiolatis, caule simplicissimo bulbifero unifloro, germine supero. *Linn. svec. n.* 373. *lapp. n.* 172. 2. *f.* 4. *Laches. lapp.* 1. *p.* 293. *spec. pl. ed. Will* 2. *p.* 652. *Fl. Dan. t.* 22? *Zetterstedt res.* 2. *p.* 2

β caule minus bulbifero, germine subtus magis tumescente.
S. bulbifera *Gunner. norv. n.* 1006. *Flor. Dan. t.* 590. *Wahlenb. lapp. n.* 216.
Hab. ad rupes suboccultas aliaque loca irrigata in alpibus a glacie perenni non longe remotis Lapponiæ Lulensis frequenter, Toruensis et Pitensis parcius, adjacentisque Finmarkiæ rarius.
Radix eximie perennis, granulata: Caulis circiter dodrantalis, quod ad maximam partem strictus et in axillis bulbiferus, sed denique terminatus pedunculo gracillimo fere capillari florem cernuum fere semper abortientem gerente. Petala tunc calyce vel quadruplo longiora, albissima. — Sed in β caulis parcius bulbiferus, pedunculus firmior, germen majus fructiferum, petala minora calyce vix triplum longiora.

471. SAXIFRAGA *rivularis:* foliis radicalibus subquinquelobis; summo florali obovato, caule nudiusculo subbifloro, germine semiinfero. *Linn. svec. n.* 374. *lapp. n.* 174. *t.* 2. *f.* 7. *laches. lapp.* 1. *p.* 287. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 652. *Fl. Dan. t.* 11. *Zetterres.* 2. *p.* 100. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 105. 106. 1818. *p.* 153. *Lœstadius ib.* 1822. *p.* 341. *Hisinger herjed. p.* 36. 45.
Hab. locis succosis occultis, sub rupibus et ad rivulos per omnes alpes nivales a Finmarkia maxime orientali et Capite septentrionali usque ad Sylfjället Jemtlandiæ meridionalis ubique.
Radix biennis videtur, sed saepe plures caules vel potius caulem unum basi divisum edens. Caulis plerumque digitum minorem longus, gracilis. Folia vel petiolo basi dilatato vel superne basi ipsius folii caulem amplectunt, ceterum vix ungve digiti minimi majora. Petala alba, calyce duplolongiora.

472. SAXIFRAGA *tridactylites:* foliis caulinis trifidis cuneiformibus; infimis oblongis subintegris, caule paniculato, germine infero demum globoso: stigmatibus calycem subæquantibus. *Linn. svec. n.* 375. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 654. *it. scan. p.* 77. *it. oel. p.* (14.) 53. 72. 115. *Sv. Bot. t.* 478. *Flor.*

Dan. 9. *t.* 1517. *Videgren österg. p.* 28 *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 98.
Tridactylites annua *Haworth.*

β. petræa: procerior, caule subcymoso, fructu stigmatibus longioribus.
S. petræa *Wahlenb. lapp. n.* 219. *Fl. Dan. t.* 68

Hab. in petris calcareis formationis transitionis Gothlandiæ, Oelandiæ, Scaniæ, Ostrogothiæ, Vestrogothiæ, Nericiæ, Jemtlandiæ (sed non Dalecarliæ) ubique; ceterum vel ad rudera majora calce scatentia ex. gr. Upsaliæ, Blekingiæ, vel ad fodinas calcem edentes ut Salæ, Vermlandiæ in Persberg, Nordmark etc. vel denique ad littora maris conchas etc. ejicientia Nordlandiæ Norvegicæ, unde etiam in alpes proximas adscendit ibique β sistit.

Radix annua magis quam in ulla alia; sed β potius biennis. Planta α vix plus quam digitalis longitudinis, magis rubicunda, capsulis crassioribus brevioribus; sed β cauli saepe spithamalis, foliis semper viridibus, capsulis angustioribus; quae differentiae a duratione multum pendere videntur et ad fodinas Salae parum valere conspiciuntur.

473. SAXIFRAGA *cæspitosa:* foliis radicalibus aggregatis subcuneiformibus palmatis; laciniis obtusiusculis, caule nudiusculo paucifloro, germine subinfero demum urceolato; stigmatibus calyce dupl longioribus. *Linn. svec. n.* 376. *mant. p.* 583. *spec. pl. ed. Willd.* 2, *p.* 656. *Smith engl. fl.* 2. *p.* 275. α. β *Wahlenb. lapp. n.* 220. *Gunner. norv. n.* 1047 et 689. *t.* 7. *f.* 1. 3. 4. *Flor. Dan t.* 71 *et* 1588 *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 135. *Læstadius ib.* 1822. *p.* 341. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 156.

Hab. in petris locis expositis ad mare septentrionale ejusque alpes per Finmarkias utrasque et Nordlandiam omnem vulgatissime, unde pervenisse videtur in alpium jugum paucis locis, præcipue ad aquas maximas, ut Torneåträsk Lapponiæ Tornensis et Virihjaur nec non Saggatträsk in Njammats et Vallekårså Lapponiæ Lulensis, ut quoque in Snasahögar et Klöfsjöfjällen Jemtlandiæ parcius.

Radix valde perennis, caespites magnos ferens. Planta ceterum valde polymorpha pro diverso loco: in inferalpinis occultis extensa, floribus albis magnis, petalis tres lineas longis obovatis; in alpinis summis et maritimis extimis contracta, petalis duas lineas longis oblongatis, flavescenti nervosis (quo in statu S. groenlandica Linn).

178. SCLERANTHUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 767. Juss. gen. p. 348. Gaertn. fr. 2. p. 190. t. 126.

Calyx infundibuliformis, quinquedentatus, demum indurans. Corolla nulla. Stamina minima, callo nectarino insidentia. Capsula monosperma tenuissima, sed nectario tubum calycis implente indurato undique tecta quasi nucularis. — *Herbulæ foliis oppositis subulatis svecice Knaflegrås. Ord. nat.* 30. *Holoraceae.*

474. SCLERANTHUS *annuus*: calycibus fructus patulis acutis undique concoloribus. *Linn. svec. n.* 377. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 660. *it. scan. p.* 164. 209. *Flor. Dan. t.* 504.

Hab. in agris arvisque præcipue arenosis provinciarum magis campestrium a Scania ad Bahusiam, Vermlandiam inferiorem, Dalecarliam ad Lerdal et Gestriciam in Lumsheden frequenter.

Radix annua multicaulis. Caules vagi, circiter digitales, superne pubescentia tenui recurvata paullo canescentes. Folia suprema prominent extra flores initio aestatis praecipue staminiferos, ceterum totos virescentes usque in apices dentium. Svecice *Tandgrås*; etiam *Fröfylla* ob fructus deciduos copiosos.

475. SCLERANTHUS *perennis*: calycibus fructus subclausis obtusis: marginibus membranaceis discoloribus. *Linn. svec. n.* 378. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 661. *it. scan. p.* 209. 341. *Fl. Dan. t.* 563. *Retz. oec. p.* 664. *Fries halland. p.* 72. *Wahlb. gothob. p.* 45. *Ahlquist runst. p.* 16. *Næzén in Fant diss. de Ulricæh. p.* 31. *Wahlenb. ups. n.* 277. *Aspegren bleking. p.* 31.

Hab. in collibus glareosis vento quam maxime expositis regionum valde campestrium præcipue meri-

dionalium frequenter; sed etiam Upsaliæ in ju
meridionali, ad Carlstad Vermlandiæ nec non pr
pe mare orientale ad Sundsvall raro.

Radix perennans et caules persistentes magis depressi. I
lia breviora nunquam prominent extra flores magis scario
et obtusos, albidiores.

179. GYPSOPHILA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 768. Juss. gen. p. 334

Calyx urceolatus, angulatus, quinquefidus. Petala qui
que breviter ungviculata. Capsula unilocularis, su
globosa, quadrivalvis: receptaculo centrali. — *Herl
angustissimæ. Ord. nat.* 26. *Caryophylleæ p.
d. ut genera sequentia* 3.

476. GYPSOPHILA *fastigiata*: foliis linearibus subca
nosis obtusiusculis lævibus, floribus fastigia
confertis; staminibus pistillisque corolla longioribu
Linn. svec. n. 379. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 66
it. gotl. p. 282. *Gmel. sib.* 4. *p.* 144. *t.* 61. *f.* 1. *Wal
lenb. Vet. Ac. Handl.* 1805. *p.* 129. *Ahlquist* i
1821. *p.* 299. 294.

β. arenaria: foliis planioribus. *Fries nov. p.* 114
G. arenaria *Willd. spec.* 2. *p.* 664.

Hab. locis aridissimis apricis in petris calcareis fo
mationis transitionis ad Gotlandiæ oras passir
ut Fåröæ ad Mölnerträsk, inter Hauträsk et Får
sund, in insula Stora Carlsöen, Oelandiæ in S
dra Alfvaren usque ad Dröstorp paroeciæ Sandl
frequenter, nec non ad Odens flisor; *ß* in areno
ripariis sterilissimis, Scaniæ ad lacum Snogeh
mensem versus Söfdeborg, nec non Dalekarli
ad pagum Ses fere dimidia via inter Mora et d
versorium Garberg (*Kröningssvärd*).

Radix valde perennis, caespites latos gerens. Folia om
caule angustiora, semilinea parum latiora. Caulis infer
declinatus, vix pedem longus, filo parum crassior, ad ge
cula lividus. Inflorescentia cujusque caulis vix pollice
tior. Calyx etiam sublividus. Petala vero omnino alba, c
as lineas tantum longa, serotina. Capsula semine canna
non major.

477. GYPSOPHILA *muralis*: foliis linearibus subula

planis, caule dichotomo, pedunculis nudis solitariis, petalis emarginatis. *Linn. svec. n.* 380. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 666. *Flor. Dan. t.* 1268. *Retz. Vet. Ac. Handl.* 1769. *p.* 247. *oec. p.* 291. *Aspegren bleking. p.* 31.

β. serotina: crassior, foliis floribusque majoribus. *Fries nov. p.* 32. 101.

Hab. in ruderatis, arvis viisque prope pagos rarius, ut: Scaniæ inter Käflinge et Lund, nec non ad Rosenlund, Hallandiæ ad Laholm, Blekingiæ ad Carlskrona, Smolandiæ ad Vexiö, Ostrogothiæ ad Godegård; nec non prope lacum Mälarn ad Vesterås et Alsike, (sed in Nordlandia Norvegica post *Linn. lapp. n.* 171. non reperta).

Radix annua. Planta minima suae sectionis, vix digito minimo longior. Flores albescentes, serotini.

180. DIANTHUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 770. Juss. gen. p. 334. Gærtn. fr. 2. p. 227. t. 129.

Calyx tubulosus cylindricus apice quinquedentatus, basi squamis oppositis calyculatus. Petala quinque, longe ungviculata. Capsula cylindrica unilocularis, apice dentibus quatuor dehiscens: receptaculo centrali; semina compressa. — *Herbæ foliis linearibus, floribus insignibus Nejlikor dictis.*

478. DIANTHUS *Armeria:* floribus fasciculatis; squamis bracteantibus lanceolatis calycem villosum tubumque æquantibus, foliis latitudine caulis. *Linn. svec. n.* 581. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 673. *it. gotl. p.* 301. *Flor. Dan. t.* 230. *Ahlquist Vet. Ac. H.* 1821. *p.* 302. *Leche scan. p.* 25. *n.* 28. *Videgren österg. p.* 29.

Hab. in arvis Gothiæ orientalis rarius, ut: Gotlandiæ ad Wisby et Ballingbo, Oelandiæ ad Borgholm et Skogsbybet, Scaniæ ad Hvällinge, Helsingborg et Fogelsång, Calmariensis gubernationis ad Seglerum, Ostrogothiæ adjacentis in Kisa (sed Vestrogothiæ et Vestmanniæ sine speciali loco forsan incerta).

Radix annua vel subbiennis, simplex. Planta tota circiter

bipedalis, praecipue superne insigniter pubescens. Ca superne dichotomus; ramis tamen inferioribus flores su insertionem sequentium vix attollentibus. Fasciculi flo circiter sexflori. Calyx circiter octo lineas longus. Pe serotina atro-purpurea; laminis duas lineas longis. *Saro blömster* saepe dicuntur.

479. DIANTHUS *prolifer:* floribus capitatis incl calyce communi ovato obtuso mutico tubum sup ante. *Linn. faun. svec. app. p.* 557. *spec. pl. Willd.* 2. *p.* 673. *Flor. Dan. t.* 221. *Wahle Vet. Ac. Handl.* 1805. *p.* 130. *Fries nov.* 118. (sub Medicag. minima).

Hab. in petris calcareis aridis Gotlandiæ passi ut in monte Thörsborg, in insula Lilla-Carlsö etc.; ceterum tantum Scaniæ extimæ ad Kåseb ga in clivis arenariis.

Radix annua, simplex. Caulis vix pedalis glaberrim ut reliqua planta. Folia radicalia oblonga, sed reliqua cau vix latiora. Capitulum in caule plerumque solitarium fa minore vix majus; squamis latis, totis pallidis et scario Flores minimi in hoc genere, dilute rosei. Capsula eti brevissima, tantum tres lineas longa.

480. DIANTHUS *deltoides:* floribus solitariis, ca multifloro foliisque subpubescentibus obtusiuscul squamis calycinis ovato-lanceolatis subquaternis br vibus, petalis crenatis. *Linn. svec. n.* 382. *spec. ed. Willd.* 2. *p.* 676. *Sv. Bot. t.* 477. *Flor. Da t.* 577. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 98. *Wa lenb. ib.* 1811. *p.* 37.

β. glaucus: herba glaucescente, petalis albicantibu *spec. pl. l. c. Smith engl. fl.* 2. *p.* 288. *Wahl gothob. p.* 43.

Hab. in pascuis et pratis aridis fere totius Svec scil. usque ad Dalecarliam superiorem, Jemtlandia et Vestrobottniam meridionalem frequenter, β B husiæ septentrionalis maritimæ in ruderibus m nimenti Hornborg dicti paroeciæ Quille.

Radix perennis. Caules numerosi adscendentes plerumq spithamales. Flores aestate seriore valde venusti: peta purpureis, circulo dilutiore ad faucem; Svecis pletumq

...smejlikor. — Ad lacus majores plerumque ramosior et ...lidior, demumque ad mare occidentale β glaucus.

...1. DIANTHUS *superbus:* floribus solitariis, caule paniculato erecto, foliis obtusiusculis, squamis calycinis acuminatis (brevissimis), petalis barbatis multipartito-capillaribus. *Linn. svec. n.* 383. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 679. *it. scan. p.* 372 *Sv. Bot. t.* 436. *Fl. Dan* 4. *t.* 578 *Wahlenb. lapp. n.* 221. *Fries halland. p.* 72. *Retz. oec. p.* 220

Hab. ad permeatus omnes pro vento septentrionali in littoribus sabulosis maris septentrionalis ultimi Finmarkiæ prope Kistrand et sinum Varangriæ copiose; dein vero non antequam in confiniis freti Danici ut Hallandiæ ad Trönninge, Eldsberg, Stjernarp, Laholm etc. et Scaniæ ad Wram-Gunnarstorp, Röstånga, Torn et Skarhult prope Lund; — et denique ad summum finem sinus Bottnici præcipue in coemetereis templorum Torneå et Kemi, unde etiam ad fodinam calcis prope Akankoski Lapponiæ Kemensis.

Radix perennis quidem, sed non dense caespitosa. Folia ...raecipue radicalia sublanceolata, sesquilineam lata et ter...nciam longa, virentia et satis flexilia. Caulis plerumque ...edalis, inferne foliosus simplex, superne paniculatus. Ca...yces circiter octo lineas longi. Flores sesquiunciam lati, ro...ei, serotini, Svecis *Pragt Nejlikor.*

82. DIANTHUS *arenarius:* caulibus subunifloris, foliis linearibus acutis, squamis calycinis obtusis ovatis, petalis barbatis multipartito-capillaribus. *Linn. svec. n.* 384. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 681. *it. scan. p.* 74. 97. 104. 109. 372. (*gotl. p.* 318). *Sv. Bot. t.* 613. *Rosén scan. n.* 57. *Retz. oec. p.* 219. *Leche scan. p.* 7. *n.* 29. *Fuiren in Barthol. cist. med. p.* 286. *Fries halland. p.* 73. *Schrad. diar.* 1800. 2. *p.* 226.

Hab. in arena mobili Scaniæ campestris orientalis inter Fjelkinge et Cimbrishamn frequentissime; occidentalis rarius ad Lackalänga, Dysiebro, Barsebeck etc., adjacentium provinciarum raro ut Ble-

kingiæ infimæ ad Sölvitsborg Hallandiæque no alterove loco, nec non Bahusiæ in Otterö, Radix valde perennis, caudice digitum minorem cr alte descendens, sursum caespitem compactum more pla rum alpinarum gerens. Folia omnia caespitis linearia, milinea vix latiora et uncia non longiora, margine se lata, glaucescentia rigida subecarinata, plana. Caules rumque digitales tantum et uniflori, bracteis potius quam liis praediti; sed interdum spithamales et ultra tuncque dichotomiam e radice usque divisi in pedunculos ad si mum quatuor floriferos (nunquam paniculam in caule s plici constituentes). Calyces circiter octo lineas lo Flores plusquam unciam lati, nivei, maxime svaveole praecipue noctu, aestivales, Svecis *Sand Nejlikor.*

ORD. 3. TRIGYNIA.

181. CUCUBALUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 771. Juss. gen. p. 335.

Calyx inflatus - vel in spec. poster. contractus sul riaceusque — apice quinquedentatus. Petala quin anguste ungviculata, ad faucem nuda. Capsula trilocularis, apice sexfariam dehiscens.

483. CUCUBALUS *Behen:* calycibus subglobosis bris reticulatis, petalis bipartitis, floribus panic tis cernuis, foliis ovato-oblongis. *Linn. sve* 385. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 684. *it. scan. p.* 268. 398. *Fl. Dan.* 6. *t.* 914. *Wahlenb. lapp. n*

β. maritimus: caulibus decumbentibus subunif floliis lanceolatis, fructu floreque longiore coro *Linn. l. c. it. vestgoth. p.* 149. 164. *gotl. p.* *Decand. synops. syst. nat.* 1. *p.* 368. (Sil. infla *Flor. Dan.* 857.

Silene maritima *Willden. spec. pl.* 2. *p.* 700.

Hab. in pratis et pascuis siccioribus, agris, rud fere totius Sveciæ, alpibus tantum exceptis, ubi frequentissime autem in provinciis intermediis tosis ut Vermlandia, Dalecarlia, Norrlandia etc. littoribus omnibus marium frequenter et Oel in Alfvaren copiose.

idix perennis, repens. Herba tota glaucescens, glaberri- plerumque sesquipedalis. Flores dichotome paniculati, foenisecio optime explicati, albi. Calyces singulares ma- udine fabae minoris, vesiculaeformes, Svecis Scaniae ter, aliis *Smällor*, Nericiae *Dufveägg*, etiam *Har- r, Tarald.* β magis repens, foliis crassioribus ideo- angustioribus, calyce quoque angustiore magis caesio, lis evidenter coronatis.

CUCUBALUS *tataricus:* calycibus oblongis ave- niis glabris, petalis bipartitis, caule adscendente racemifero, foliis sublinearibus. *Linn. spec. pl. ed. Willd* 2. *p.* 687. *hort. ups. p.* 111. *n.* 3. *Gort. ingr.* 68. *Gmel. sib.* 4. *p.* 139. *n.* 33. *Liljebl. sv. fl. ed.* 3 p. 179.

Hab. ad fluvios Lapponiæ Kemensis inter Enare et Muonioniska: *Gröndal;* ut puto in districtu Pel- dovuoma.

Radix perennis, repens; caulibus pluribus inferne decum- entibus; ramis interdum foliosis unifloris. Quo dein ere- ctior fit caulis eo magis densiflorus racemus fere ut in spe- ciminibus extraneis et cultis, sed pedunculis vix plus quam positis, folio bracteante longioribus. Flores albi.

CUCUBALUS *viscosus:* calycibus oblongis constri- ctis costatis viscosis, floribus lateralibus verticillatim confertis cauli simplicissimo, foliis undulatis basi reflexis. *Linn. svec. n.* 386. *spec. pl. ed. Willd.* 2. p. 685. *Flor. Dan. t.* 1209. *Retz. oec. p.* 203. Fries *phys. sällsk. årsb.* 1823. *p.* 88.

Hab. locis montosis aridissimis insularum extremarum ad oram maris orientalis vastissimi (usque e sinu Fennico vento expositi) extra Nyköping rarius, sed extra Norrköping et exinde usque ad Virbo Guberna- tionis Calmariensis ubique frequenter; (sed Scaniæ oc- cidentalis ad Kulla-Gunnarstorp jamdudum evanuit).

x biennis vel perennis. Planta tota circiter sesquipe- undique viscoso-pubescens et ceterum obesior quam affines, non parum lutescens. Caulis saepe penna crassior, firmus. Folia radicalia non semper un- digitum minorem et longa et lata; sed caulina exi-

mie undulata, basi connata, ibique ob undulationem infima quasi reflexa. Flores in pedunculis trifidis ita elevantur verticillum sexflorum quasi constituant, albissimi, aestivale Calyx fructificans pennam anserinam crassus. Receptaculu floris intra calycem sesquilineam longum. Capsula ipsa ci citer quinque lineas, unilocularis.

182. SILENE.

Linn gen. ed. Schr. n. 772. Juss. gen. p. 334. Gartn. fr. 2. p. 233. t. 130.

Calyx angustus, subangulatus costatusve, apice quinquedentatus. Petala quinque ungviculata, ad fauces coronata. Capsula basi trilocularis, apice sexfariam dehiscens.

486. SILENE *nutans:* panicula secunda nutante pubescente, petalis bipartitis: laciniis linearibus, folii lanceolato-spathulatis. *Linn. svec. n.* 388. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 694. *it. vestgoth. p.* 39. *oel. p.* 72 106. 131. 156. *Flor. Dan. t.* 242. *Samz. neric p.* 39. *Aspegren bleking. p.* 31.

β. glabrior: *Fries nov. p.* 69. *Decand. synops. syst nat.* 1. *p.* 377.

Hab. in pratis collinis et rupestribus regionum magi campestrium et littoralium a Scania ad Bahusiam Vestrogothiam, Nericiam meridionalem et prope mare orientale usque ad Skulskogen Angermanniæ frequenter; *β* in formatione transitionis Vestrogothia ex. gr. ad Leaby, et Oelandiæ prope Borgholm.

Radix perennis. Folia utplurimum undique tenuiter ciliata et caulis superne glanduloso-pubescens, ceterum laxu Petala alba circiter solstitialia.

487. SILENE *noctiflora:* caule viscoso superne dichotomo, calycibus alaribus erectis decemangulatis; dentibus tubum corollæ æquantibus, petalis bifidis *Linn. svec. n.* 389. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 701 *Engl. Bot.* 5. *t.* 291. *Fries halland. p.* 74. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1805. *p.* 130.

Hab. in agris præcipue inter Hordeum variarum provinciarum campestrium, ut: Scaniæ, Hallandiæ, Vestrogothiæ, Ostrogothiæ, Gotlandiæ, Oelandiæ, Uplandiæ etc. rarius.

Radix annua. Caulis saepe pedalis. Folia infima obovata, superiora lanceolata. Calyces ob pilos glandulosos manui omnino adhaerentes, fere unciam longi, demum fructiferi digito minimo vix angustiores et venis viridibus picti. Corolla alba solis impatiens noctuque explicata.

488. SILENE *rupestris:* caule dichotomo; floribus fastigiatis, calycibus decemnervibus, petalis emarginatis, foliis ovato-lanceolatis. *Linn. svec. n.* 390. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 707. *it. vestrog. p.* 144. 146. 164. *laches. lapp. p.* 525. *Flor. Dan. t.* 4. *Kalm bohusl. p.* 111. *Fries halland. p.* 74. *Vidgren østerg. p.* 29. *Samz. neric. p.* 59 *Wahlenb. lapp. n.* 225 *Zetterstedt res.* 2. *p.* 128. 117. 59. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 134. 159. *Læstadius ib.* 1822. *p.* 341.

Hab. in saxis rupibusque granitoideis ad mare occidentale Bahusiæ et Hallandiæ septentrionalis (supra Nissam) frequentissime, nec non Nordlandiæ Norvegicæ usque ad Alten rarius; ut etiam in provinciis magis campestribus mediæ Sveciæ per saxa sylvatica passim, ut: Daliæ, Vestrogothiæ in Heklaberg, in Edsveden aliisque sylvis districtus Laske-härad, Ostrogothiæ ad Bråviken, in insulis lacus Vettern Rökneöarna dictis et ad Medevi etc., Nericiæ prope Edsön lacus Hjelmarn et in Käglan, Vestmanniæ ad Skinskatteberg, Upsaliæ ad Kettinge, Himrarna etc.; sed in provinciis magis septentrionalibus non nisi in montibus altissimis, ut: Vermlandiæ in monte ad Rådasjön, in Aronsberg prope Philipstad, Dalecarliæ in Bisbergsklack, Hyckje, Skrollstäd etc., Angermanniæ in Skulberget (sed nullibi ad mare orientale descendens), Jemtlandiæ in Åreskutan, Lapponiæ Lulensis in Njammats.

Radix annua, sed valde multicaulis. Herba eximie glaucescens, glaberrima, plerumque spithama non altior, demum dichotome divisa in paniculam fastigiatam. Calyx etiam fructificans semine cannabis vix major. Petala semper alba.

489. SILENE *acaulis:* cæspitosa, pedunculis radicalib unifloris, petalis emarginatis, capsulis oblongis, f liis ciliatis. *Linn. svec. n.* 387. *lapp. n.* 184. *ches. lapp.* 1. *p.* 290. *spec. pl. ed. Willd.* 2. p. 7 *Decand. prodr. syst. nat.* 1. *p.* 567. *Flor. Dan.* 21. *Wahlenb. lapp. n.* 224. *Hartman Vet. A Handl.* 1814. *p.* 105. *Hisinger herjed. p.* 46.
Hab. locis irrigatis et succosioribus omnium alpi nivalium etiam maritimarum ab ultimis insulis Fi markiæ usque ad Sylfjället Jemtlandiæ meridiona frequenter.

Radix valde perennis, caudicibus numerosissimis caes tem tantum constituens. Folia imbricata, vix lineam lata quatuor lineas longa, lutescentia. Pedunculi florum abortie tium s. masculorum foliis vix longiores, sed fertilium p anthesin elongantur (S. exscapa Allion). Petala pulch purpurascentia, praecocia. Capsula calyce duplo longior.

183. STELLARIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 773. Juss. gen. p. 334. Gærtn. fr. 2. p. 229. t. 13

Calyx pentaphyllus, patens. Petala quinque biparti Stamina alterna breviora interdum sterilia (n. 49 Alsine Linn.). Capsula unilocularis sexvalvis. *Ord. nat.* 26 *Caryophylleæ β Alsinaceæ genera sequentia ordinis. — Flores ob petala bipa tita stellatim decemradiati, semper albidi. Her eximie angustifolia in graminoideis n.* 490-495, *m gis latifolia in ceteris.*

490. STELLARIA *graminea:* foliis sublinearibus marg ne asperulis, panicula subterminali divaricata, caly trinervi petala subæquante capsulis breviore. *Lin svec. n.* 393. *lapp. n.* 187. *spec. pl. ed. Willden. p.* 711. *Flor. Dan. t.* 414.
β. Dilleniana: foliis longioribus, pedunculis su terminalibus paucifloris. *Willden. l. c.*
γ. alpina: foliis brevioribus, pedunculis lateralib paucifloris. *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1822. 335. *Hising. norr. p.* 71.
Hab. in graminosis totius Sveciæ usque ad subalpi loca frequenter.

Radix perennis. Herba tota laetius virens. Folia vix unquam sesquilinea latiora. Calyces plerumque tantum lineas duas longi. — Ceterum valde varians quasi mater vulgatissima plurimarum specierum sequentium rariorum et extremarum, quarum limites ab hac varie determinantur.

491. STELLARIA *longifolia*: foliis linearibus margine carinaque serrulatis, panicula laterali divaricata, calyce subenervi petala subæquante capsulis breviore. *Fries nov. p.* 49. *halland. p.* 74. *Sv. Bot. t.* 506. (*Forsander veg. scan. p.* 8. 10.)

Hab. in sylvis præcipue fagineis Smolandiæ occidentalis copiose adjacentisque Hallandiæ rarius; ceterum vix nisi in Norvegia inferalpina.

Radix perennis. Herba eximie virens, valde fragilis et aspera, magis etiam quam praecedens, cui certe proxime affinis. Fructificatio magis lateralis, ceterum fere eadem.

492. STELLARIA *glauca*: foliis lineari-lanceolatis undique lævissimis glaucis, panicula terminali erecta, calyce trinervi petalis duplo breviore capsulis longiore. *Smith engl. fl.* 2. *p.* 303. *Engl. Bot. t.* 825. *Wahlenb. ups. n.* 286. *Gmel. sib.* 4. *p.* 145. *n.* 44. *t.* 61. *f.* 2. *Decand. prodr. syst. nat.* 1. *p.* 397.
S. palustris *Willden. spec. pl.* 2. *p.* 712.
S. graminea β *Linn. svec.*

Hab. in pratis humidis inter gramina majora præsertim Alopecurum pratensem per Sveciam temperatiorem usque ad Vermlandiam ferrimontanam passim.

Radix perennis. Herba erectior, strictior, saepe bipedalis, valde glauca; foliis sesquitertiam lineam latis. Panicula semper terminalis quasi a caule superne dichotome diviso facta. Calyces lineas quatuor longi et capsulas excedentes, attamen petalis duplo breviores.

493. STELLARIA *uliginosa*: foliis lanceolato-oblongis lævissimis basi ciliatis glaucis apice fusco-callosis, pedunculis lateralibus paucifloris, calyce enervi petalis duplo longiore. *Smith engl. fl.* 2. *p.* 303. *Engl. Bot.* 15. *t.* 1074. *Wahlenb. ups. n.* 285. α. (excl. β. γ. uti ad n. 490. jam relatis).

S. aquatica *Poll. pal. n.* 422. *Decand. prodr. sys nat.* 1. *p.* 398.

Hab. ad fontes aquasque puriores Sveciæ temperati ris magis campestris usque ad Uplandiam rariu dein vix nisi in Lapponia Pitensi infima ad Glon mersträsk (*Læstadius*).

Radix annua. Herba quoque valde laxa et flexilis, inte dum pedem longa, itaque ex majoribus hujus tribus. Fol saepe quatuor lineas lata, crassiuscula et ad apicem punc fere nigricante insignia. Bracteae pedunculorum valde alb cantes. Calyces quoque albo-marginati, sesquitertiam lin am longi.

494. STELLARIA *humifusa:* foliis ovato-oblongis sub secundis, caulibus prostratis tetragonis, peduncul solitariis axillaribus folia subæquantibus, calyce e nervi obtuso petalis breviore. *Rottboll Act. Hafi* 10. *p.* 47. *t.* 4. *n.* 14. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 178 *p.* 125. *t.* 6. *f.* 1. (*Zetterstedt res.* 2., *p.* 108?)

Hab. in littoribus maris ad Finmarkiam orientale inprimis Varangriæ passim, Nordlandiæ raro.

Radix annua tenuissima, vage repens. Planta tota valde mo lis, omnino debilis et flexuosa, longitudine varia, digitalis v. sp thamaea. Folia plerumque quatuor lineas longa, carnosi scula. Pedunculi crassiusculi. Calyx quoque latior, fe duas lineas longus. Petala obtusa. — Sequenti tamen val affinis est.

495. STELLARIA *crassifolia:* foliis ovato-lanceolat crassiusculis, caulibus quadrangulis, pedunculis s litariis ex dichotomia caulis folio triplolongior bus demum reflexis, calyce subenervi acuto petal breviore. *Willden. spec. pl.* 2. *p.* 712. *Ennes Ve Ac. Handl.* 1807. *p.* 225. *Fl. Dan. t.* 978. *Fri halland. p.* 74. *Wahlb. gothob. p.* 44. *Wahlen lapp. n.* 228.

Hab. in aggeribus fucorum littoralibus ad Saltvik paroeciæ Löddeköping alibique Scaniæ occident lis, ad Halmstad Hallandiæ, extra Göthebor denique trans alpes ad Nordlandiam et Finmarki frequenter.

Radix annua fere ut praecedentis. Planta magnitudine a

modum varia, spithamaea saepius, sed et uncialis, semper vero strictior, plerumque inferne decumbens, superne adscendens. Folia quoque magnitudine varia. Flores vero semper iidem, minores vel potius angustiores quam in praecedente.

496. STELLARIA *cerastoides:* foliis lanceolatis obtusis enervibus, caule decumbente: linea unilaterali pubescente, pedunculis gemminatis pubescentibus, petalis capsulisque calyce duplolongioribus. *Linn. svec. n.* 394. *spec pl. ed. Willd.* 2. *p.* 714. *Smith engl. fl.* 2. *p.* 305. *Flor. Dan. t.* 92. *Gunn. norv. n.* 951. *t.* 6. *f.* 2. *Wahlenb. lapp. n.* 251. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 103. — 1818. *p.* 132. 147. *Hisinger herjed. p.* 46. *norrig. p.* 71.

β S. multicaulis *Willden. l. c. Regensb. bot. Zeit.* 1820 *p.* 359.

Hab. locis irrigatis in alpibus nivalibus Lapponiæ totius et Jemtlandiæ usque ad Sylfjället frequenter.

Radix perennis, filiformis, repens. Herba glaberrima praeter lineam lateralem pubescentem in superiore caule, rarius plus quam digitalis. Folia plerumque quatuor lineas longa. Pedunculi cum apice caulis eriguntur circiter unciam longi, eximie pubescentes. Calyx sesquitertiam lineam longus. Styli plerumque tres, rarius quatuor, nunquam plures.

497. STELLARIA *Holostea:* foliis lanceolatis marginibus carinaque serrulatis, petalis calyce enervi duplolongioribus bifidis. *Linn. svec. n.* 392. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 711. *it. scan. p.* 65. 134. 280. 398. *oel. p.* 40. 61. *Smith engl. fl.* 2. *p.* 301. *Fl. Dan. t.* 698. *Aspegren bleking. p.* 32. *Fries halland. p.* 75. *Wahlb. gothob. p.* 44.

Hab. in dumetis et lucis amoenissimis siccioribus provinciarum australium littoralium, ut: Scaniæ passim ex. gr. ad Christianstad, Häckeberga, St. Roslätt, Kiviks Esperöd, Tjörndala, Sinclairsholm; Blekingiæ ad Carlskrona, Oelandiæ ad Färjestaden et Björnhofda, Runsten etc., Calmariæ Gubernationis passim usque ad Fogelvik paroeciæ Tryserum, Ostrogothiæ ad Lärketorp paroeciæ

Mölby, Hallandiæ haud frequenter usque Götheborg.

Radix perennis, repens, filiformis. Caulis laxus, acı tetragonus, circiter pedalis. Folia interdum plus quam qı tuor lineas lata prope basin, dein continue angustata. Fl res maximi hujus generis fere pollicem lati, nivei, ante s| stitium obvii. Capsula etiam magna, fere quatuor lineas lo ga ut calyx. — Scanis *Perer.*

498. STELLARIA *nemorum:* foliis inferioribus cord tis petiolatis; superioribus bracteantibus ovatis se silibus, panicula dichotoma. *Linn. svec. n.* 3| *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 710. *it. vestrog. p.* 20 *scan. p.* 101. 255. 269. *Flor. Dan. t.* 271. *Wal lenb. lapp. n.* 230. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 181 *p.* 98. *Kalm bohusl. p.* 291. *Wahlb. gothob. p.* 4 *Fries halland. p.* 75. *Forsander veg. scan. p.* 1 *Samz. neric. p.* 39. *Videgren österg. p.* 29. *A spegren bleking. p.* 31.

Hab. locis occultis humidis, ad rivulos, in regionibı montosis præcipue occidentalibus fere totius Sveciæ ut infra alpes Nordlandiæ et Finmarkiæ, Jeml landiæ et dein prope alpes usque ad Säter Dalecaı liæ, Vestrogothiæ in Kinnekulle et Hunnebeı (Bragnumsäng), Ostrogothiæ ad Medevi et in Sand ön lacus Vettern adjacentisque Nericiæ, Smolandiı ad Serarp, Bahusiæ ad Uddevalla etc., Hallandiæ Blekingiæ, Scaniæ frondoso-sylvestris ad Esperö Kivikensium, St. Roslätt etc.

Radix perennis. Herba pedalis et ultra, praecipue infern ciliata, sed nullibi viscosa. Folia semiuncia latiora, mollia Calyx fere totus glaberrimus, marginibus latis scariosis prae ditus, tres lineas longus. Petala et capsula calyce fere dimi dio longiora.

499. STELLARIA *media:* foliis ovatis, caulibus pro cumbentibus: linea laterali pilosa alterna. *Smith brit.* 2. *p.* 473. *engl. fl.* 2. *p.* 301. *Engl. Bot.* 8. *t* 537. *Wahlenb. lapp. n.* 229. *Decand. prodr. syst nat.* 1. *p.* 396.

Alsine media *Linn. svec. n.* 267. *syst. ed. Roem.* 6 *p.* 680. *Flor. Dan. t.* 525. *et t.* 458.

Hab ad domos totius Sveciæ quousque homines degunlur frequenter.

Radix annua. Planta tota fragilis succosa vel potius aquosa Svecis *Vattennarf* contracte *Vassarf.* Flores tota æstate obvii axillares, solitarii: pedunculis demum longitudine foliorum. Petala calyce breviora, interdum minima. Stamina aliquando tria ut styli, saepe quatuor, nonnumquam quinque, raro decem.

184. ALSINE.

Gærtn. fr. 2. p. 223. t. 129. Wahlenb. lapp. p. 129. Arenariæ spec. *Linn.*

Calyx pentaphyllus plerumque connivens. Petala quinque indivisa. Capsula unilocularis trivalvis. — *Herbulae foliis plerumque subulatis nudis n.* 500-503, *rarius stipulis membranaceis ad Spergulas accedentes* (*Lepigonum Fries*) *n.* 504. 505, *rarissime foliis latioribus* (*Halianthus Fries*) *n.* 506.

500. ALSINE *stricta:* foliis subulatis teretiusculis muticis, pedunculis subradicalibus subunifloris longissimis glaberrimis, calyce lævissimo capsulam ovatam subæquante. *Wahlenb. lapp. n.* 232. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 107. — 1818. *p.* 135. *Læstadius ib.* 1822. *p.* 341. *Hisinger norr. p.* 71. Spergula stricta *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1799. *p.* 235-239. *t.* 3. *Flor. Dan. t.* 12. *Linn. lapp. n.* 158. (Sagina) *svec. ed.* 1. *n.* 316. *am. ac.* 2. *p.* 264. (Moehringia).

Hab. locis præruptis meridiei expositis siccioribus per summum alpium jugum, præcipue prope lacus ejus maximos, ut ad Virihjaur alpium Lulensium passim, et in Snasahögen alpium Jemtlandicarum rarius.

Radix perennis, caudicibus numerosissimis caespitem constituens. Planta tota glaberrima. Folia omnia filo vix crassiora. Pedunculi vel si mavis scapi plerumque unico tantum pari foliolorum vel bractearum instructi ibique interdum divisi, demum plus quam digitum medium longi. Calyx sesquilineam longus, sine nervis ullis. Petala vix calyce longiora, integra.

501. ALSINE *biflora:* foliis subulatis planiusculis mu-

ticis, pedunculis subradicalibus subbifloris pub[
scentibus, calycibus trinervibus obtusis capsula o[
longa corollaque dimidio brevioribus. *Wahlen*
lapp. n. 233. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 10
105. — 1818. *p.* 135. *Hisinger norrige p.* 71.
Stellaria biflora *Linn. svec. ed.* 2. *n.* 395. *spec.* [
ed. Willden. 2. *p.* 715. *laches lapp.* 1. *p.* 29
Swartz Vet. Ac. Handl. 1789. *p.* 41 *t.* 1. *f.* 1.
Hab. locis aliquantum succosis subirrigatis prærup[
alpium omnium majorum nivalium a Finmark
usque ad Jemtlandiam in Åreskutan etc. fere ub[
que, in alpibus Lulensibus copiosissime.

Radix etiam duratior quam in praecedente, caudicib[
plerumque longioribus. Folia aliquantum planiora et lo[
giora. Pedunculi s. scapi vix longitudine digiti minimi,
tamen paribus saltem tribus foliorum praediti. Calyx du[
lineas longus; apicibus saepe non parum inflexis. Petal[
calyce longiora emarginata.

502. ALSINE *rubella:* foliis subulatis bisulcatis mutici[
pedunculis subradicalibus unifloris subpubescentibu[
calycibus trinervibus acuminatis capsula brevior[
bus corolla longioribus. *Wahlenb. lapp. n.* 234.
6. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 49. *Wahlberg in Hisin*[
norr. p. 71.
(*β.* hirta: Aren. hirta *Flor. Dan. t.* 1646. *Decan*[
prodr. syst. nat. 1. *p.* 405.)
Hab. locis maxime expositis alpium summarum Nord[
landiæ septentrionalis rarius ex. gr. in Lyngentin[
nec non Lapponiæ adjacentis Tornensis prope Tor[
neåträsk.

Praecedenti maxime affinis. Planta tota aliquantum te[
nuior et minor. Petala calyce eximie breviora, rubella, in[
tegerrima.

503. ALSINE *viscosa:* caule erecto dichotome panicu[
lato viscoso-pubescente, foliis subulatis muticis, ca[
lycibus subulatis striatis corolla capsulaque longiori[
bus. *Schreb. spicil. p.* 30. *Persoon syn.* 1. *p.* 53[
Fries nov. p. 50. (Arenaria).
Arenaria tenuifolia *β Willden. spec. pl.* 2. *p.* 726
Flor. Dan. t. 389. *Smith engl. fl.* 2. *p.* 308.

Hab. in arvis arenosis littoralibus Scaniæ orientalis ad Raflunda, Maglehem, Degeberga, Ifvetofta etc abunde (*Fries*).

Radix annua, tenuitate fili. Planta ipsa vix plus quam digitalis, usque a radice continue dichotoma; pedunculis e dichotomia caulis folio duplo longioribus. Calyces sesquilineam vix longi. Petala maxime inconspicua alba.

504. ALSINE *rubra:* stipulis membranaceis acuminatis, foliis filiformibus, petalis calyce brevioribus, seminibus compressis immarginatis. *Hall. helv. n.* 872. *Wahlenb. ups. n.* 290.

Arenaria rubra *Linn. svec. n* 399

β. media s. salina: magis grandiflora, seminibus infimis marginatis. *Linn svec. n.* 399 *β. it. oel. p.* 88. *gotl. p.* 269. *vestrog. p.* 148. *Fl. Dan. t.* 740.

A. media *Wither. arr. p.* 422. *Wahlb. gothob. p.* 46.

Hab. in campis glareosis ad vias per regiones magis campestres a Scania ad Vermlandiam prope Munkforsen Elfdaliæ, Vestmanniam ad Skinskatteberg, Dalecarliam ad Säter, Svärdsjö etc., nec non ad Uplandiam passim; dein in maritimis usque ad Vestrobottniam, ubi in β abit alias in maritimis et salsis locis vulgarem.

Radix annua. Caules numerosi filo nullibi crassiores, vix spithamam longi, saepius aliquantum pubescentes. Folia caule fere angustiora, submucronata, internodiis elongatis plerumque breviora. Petala calyce definite breviora, rubicunda, aestivalia. Capsula longitudine calycis, sesquilineam tantum longa. — β vero capsula calyce longior, fere tres lineas longa.

505. ALSINE *marina:* stipulis membranaceis acutis, foliis subulatis, petalis calyce reflexo majoribus, seminibus omnibus membranaceo-marginatis. *Wither. arr.* 422. *Wahlb. gothob. p.* 47.

Arenaria marina β *Smith brit. p.* 480. *Linn. it, scan. p.* 198.

A. media *Decand. prodr. syst. nat.* 1. *p.* 401.

Hab. in littoribus limosis exterioribus vel mari maxime expositis ad oram occidentalem regni, a Malmö

Scaniæ per Hallandiam et Bahusiam usque ad Nor(landiam et Finmarkiam extimæ Norvegiæ passim

Radix certe perennis, caudicibus pluribus pennam gal naceam crassis, caespitem insignem efficientibus. Herba to glaberrima nitida, carnosula, lutescens, parum spithama m jor. Folia filo utique duplo triplove crassiora, obtusiuscul internodiis fere semper longiora. Pedunculi et calyces gla duloso-pubescentes. Petala calyce evidenter longiora, pu chre rosea, serotina. Capsula calyce suo fere duplo longic saltem quatuor lineas longa. Semina omnia brunnea, cu margine eleganter hyalino radiato.

506. ALSINE *peploides:* foliis ovatis acutis carnosis. Arenaria peploides *Linn. svec. n.* 396. *lapp. n.* 14 *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 717. *it. oel. p.* 15 *scan. p.* 126. 134. 140. *Flor. Dan. t.* 624.

Hab. in littoribus omnibus salsis marium nostroru ab ultima Finmarkia per fretum danicum usque a Roslagiam passim.

Radix perennis valde repens. Planta succulenta plerum que decumbens, ob folia decussata saepe tetragona. Petal calyce breviora, alba. Capsula subglobosa, quasi ob succ sitatem non nisi tribus valvulis dehiscens, quamquam cet rum tota planta sequenti generi simillima.

185. ARENARIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 774. (partim) *Gaertn. fr.* 2. *p.* 232. *t.* 130.

Calyx pentaphyllus patens. Petala quinque integerrim Capsula unilocularis, apice sexfariam dehiscens. – *Herbulæ foliis subovatis, petalis semper albidis.*

507. ARENARIA *trinervia:* foliis inferioribus petiola tis ovatis acutis trinervibus, calycibus glabris carin scabriusculis petala excedentibus, capsulis cernui *Linn. svec. n.* 397. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 71(*Flor. Dan. t.* 429.

Hab. in lucis et umbrosis a Scania ad Vermlandia supremam et Norrlandiam passim.

Radix annua. Herba diffusa mollis, (Stellariae me diae non dissimilis unde Svecis *Skogsnarf*), dichotoma undique ciliata. Pedunculi e dichotomia caulis, solitari Calyces fructiferi foliis duplo triplove minores.

508. ARENARIA *serpyllifolia:* foliis sessilibus ovatis acutis, calycibus pubescentibus petala excedentibus capsulam æquantibus. *Linn. svec. n.* 398. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 720. *it. scan. p.* 154. *Flor. Dan.* 6. *t.* 977.

Hab. in glareosis aridis apricis fere totius Sveciæ, Lapponia tantum similibusque regionibus subalpinis exceptis, ubique.

Radix annua, valde multicaulis. Caules circiter digitales, adscendentes, demum superne dichotome paniculati. Folia floribus vix majora, linea parum latiora. Calyx et capsula sesquilineam longa.

509. ARENARIA *ciliata β:* foliis ovalibus acutis basi subciliatis angustatis, calycibus puberulis corolla capsulaque brevioribus. *Wahlenb. Nov. Act. Ups.* VIII. *p.* 217. 238. *Flor. Dan. t.* 346. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 69.

A. norvegica Gunn. norv. n. 1100. *t.* 9. *Fl. Dan.* 8. *t.* 1269.

Hab. in petris calcareis maxime elatis Gotlandiæ raro, sed montis Vestrogothici Kinnekulle supra Martorpsklef vel in Martorpsklint alibique frequenter; Nordlandiæ Norvegicæ ad Evenäs etc.

Radix saltem in nostra svecica planta omnino annua ut in praecedente, sed minus multicaulis. Caules raro plus quam unam alteramve unciam longi. Folia angustiora praecipue basin versus, et tantum ibi parum ciliata. Flores majores. Capsula cum calyce suo saltem duas lineas longa, unde praecipue diversitatem a praecedente et affinitatem A. ciliatae exterorum concludimus.

510. ARENARIA *humifusa:* glaberrima, foliis oblongis enervibus, caulibus procumbentibus, flore ramorum terminali sessili foliis fulcrato, staminibus exsertis. *Wahlenb. lapp. n.* 235.

Hab. locis præruptis siccioribus meridiei expositis ad alpes glaciales summas raro, ut Lapponiæ Lulensis ad Virihjaur in alpe Lill-Tokin parce.

Radix perennis quamquam crassitie vix fili; cauliculis undique diffusis etiam tenuioribus, semper in superficie terrae

serpentibus, tantum unciam unam alteramve longis. Ram fructificantes tantum nonnullas lineas longi. Folia in his mulis fere imbricata, semilinea vix latiora. Flos inter h folia omnino sessilis, magnitudine fere praecedentis, n quam patens, sed foliola calycis non scariose marginata, tala et stamina omnia conniventia fere ejusdem longitudi Capsula calyce longior, apice aurantiaca.

ORD. PENTAGYNIA.

186. AGROSTEMMA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 795. *Juss. gen p.* 335. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 228. *t.* 13

Calyx tubulosus, coriaceus, decemcostatus, dem grandefactus capsulam includens. Petala quinq ungviculata; laminis indivisis. Capsula unilocular apice dentibus quinque dehiscens. — *Herba gran flora. Ord. nat.* 26. *Caryophylleae p. s. d.*

511. AGROSTEMMA *Githago:* hirsuta, calycibus c rollam nudam (nec coronatam) subæquantibus. *Li svec. n.* 407. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 805. *it. sca p* 221. 422. *Sv. Bot. t.* 488. *Flor. Dan. t.* 5 *Hagström jemtl. p.* 35.

Hab. in agris secalinis Sveciæ usque ad Norrlandia et Jemtlandiam ubique.

Radix annua. Herba pilis insignibus non parum ca scens, circiter sesquipedalis superne pauciflora. Folia line ria. Flores circa solstitium explicati majores quam in a nibus svecicis, roseo-violacei, Svecis *Korn Nejlikor, Åke rosor, Rödklätt* e. s. p. Petala calyce parum longio cum ungvibus sesquiunciam longa. Semina quoque majo nigra, quare Svecis etiam *Svartklätt*, Cerealia interdu depravantia.

187. LYCHNIS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 706. *Juss. gen. p.* 335. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 229. *t.* 130

Calyx tubulosus, membranaceus, læviusculus. Peta quinque ungviculata; laminis sæpius divisis. Capsu plerumque ad basin quinquelocularis, apice dentib quinque dehiscens. — *Herbæ radicibus perennibus.*

512. LYCHNIS *Flos cuculi:* petalis quadrifidis, calyc

bus decemangulatis, foliis lanceolatis glabris, caule pubescente. *Linn. svec. n.* 408. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 807. *Flor. Dan. t.* 590.

Hab. in pratis humentibus omnium provinciarum Sveciæ usque ad Dalecarliam Angermanniamque summam ubique.

Folia radicalia sursum latiora. Caulis gracilis pedalis et ultra, praecipue superne pubescens. Petala circa solstitium explicata, saturate rosea; laciniis lateralibus multo brevioribus.

513. LYCHNIS *Viscaria:* petalis crenatis, calycibus clavatis subracemosis, bracteis margine lanatis supra internodia glutinosa, foliis lineari-spathulatis glabris. *Linn. svec. n.* 409. *spec. pl. ed. Willd.* 2. p. 808. *it. scan. p.* 124 157. 104. *vestgoth. p.* 23. 59. *gotl. p.* 20. 106. 131. *Flor. Dan.* 6. *t.* 1032. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1809 *p.* 218. 1811. *p.*

Hab. in pratorum collibus apricis provinciarum præcipue campestrium arenosarum et littoralium a Scania ad Vermlandiam infimam prope lacum Venern, Vestmanniam ferrimontanam Dalecarliamque, sed dein juxta mare orientale usque ad Angermanniam meridionalem (Säbrå) frequenter.

Folia omnia sublinearia. Caulis circiter pedalis, infra nodos superiores viscositatem brunneam exsudans, unde Sveciae *Tjárórt*, *Beckblomster*, *Flugfånga.* Petala eleganter purpurea explicantur ante solstitium.

514. LYCHNIS *alpina:* petalis bifidis, calycibus obovatis subcapitatis, bracteis cauleque glaberrimis, foliis sublinearibus glabris. *Linn. svec. n.* 410. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 809. *Smith engl. fl.* 2. *p.* 328. *Flor. Dan. t.* 65. *Wahlenb. lapp. n.* 243. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 126. 127. *Hisinger dal. p.* 23. *norr. p.* 72. *Ahlquist runst. p.* 17. *Vet. Ac. Handl.* 1821. *p.* 299. (*Fries halland. p.* 77. *Forsander veg. scan. p.* 11). *Aspegren bleking. p.* 33. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 108.

Hab. locis graminosis fertilioribus meridiei expositis præcipue in latere Svecico alpium Lapponica-

rum ubique frequenter et ad flumina inde descendentia per Lapponiam totam passim; in latere autem Norvegico alpium rarius vixque in tota Jemtlandia; sed revenit in alpibus Herjedalensibus et Dalekarlicis altioribus (ex. gr. Städjan Svucku) et dein dispergitur in Helsingiam et Dalecarliam inferiorem ex. gr. Garpenberg in scoriis metallicis antiquis (slaggvarpshögar), et sic deniqu per mare proventa esse videtur in Oelandiam extra Sandby et Ottenby, Blekingiam extr Jemjö et Thorhamn.

Planta tota glaberrima et sine omni viscositate, sed sub glauca et superne colorata, rarius plus quam spithamam alta, interdum praecipue Oelandiae subacaulis. Folia plerumque duas lineas tantum lata. Fructificatio tota multo brevior quam praecedentis. Petala rosea, aestivalia. Capsula tantum tres lineas longae, et calyce vix longiores.

515 LYCHNIS *dioica:* petalis bifidis; ungvibus calycem excedentibus. floribus dioicis; filamentis pilosis, caule multifloro ♂ paniculato ♀ dichotomo *Linn. svec. n.* 411. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 810 *it. scan. p.* 268 *Smith compend.* 1818. *p.* 71. *engl. fl.* 2. *p.* 528.

α. sylvestris plerumque rubra: hirsuta gracilior capsula angustiore. *Linn. it. oel. p.* 156. *Wahlenb. lapp. n.* 244 *Engl. Bot.* 22. *t.* 1579. *Hisinger norr. p.* 72.

L. sylvestris *Willden. en. hort. berol. p.* 491.

* floribus carneis *Smith engl. fl. l. c.* γ.

β. campestris alba: pubescens subviscosa obesiorque, capsula turgidiore. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl* 1811. *tab. Hartman ib.* 1818. *p.* 129.

L. dioica *Willden. l. c. Flor. Dan. t.* 792.

Hab. α locis occultis humosis in regionibus montanis et sylvestribus a radicibus alpium Lapponicarum per totam Norrlandiam, Vermlandiam, partem Uplandiæ Ostrogothiæque, Oelandiam, Smolandiam orientalem etc. frequenter; * in agrestibus calcareis ad Boda Dalecarliæ rarius; β locis apertioribus in regionibus magis campestribus et littoralibus a Sca

nia usque ad Skog Helsingiæ, sed dein non nisi in formatione transitionis Jemtlandiæ.

Planta ultra pedem alta undique non parum viscose pubescens. Folia inferiora oblongata, saepe latitudine digiti. Flores quoque maximi hujus generis. Capsulae magnitudine omnino fabae in *β*, aliquantum minor in *α*. Planta intermedia saepius hermaphrodita, quasi a genio speciei magis abnormis.

516. LYCHNIS *apetala:* petalis bifidis demum calyce inflato inclusis, caule unifloro, seminum marginibus inflatis. *Linn. svec. n.* 412. *lapp. n.* 181. *t.* 12. *f.* 1. *laches. lapp.* 1. *p.* 301. *n.* 42. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 810. *Flor. Dan.* 5. *t.* 805. *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1822. *p.* 341. *Wahlenb. lapp. n.* 245. *t.* 7. *Gunner. norv. n.* 680. *Hising. norr. p.* 72.

Hab. locis declivis herbosis per latera alpium circa lacus maximos summi alpini jugi ut: ad Virihjaur fere ubique, in Njunnas, ad Torneåträsk passim; ceterum in arenosis maritimis districtus Fælles dicti Norvegiæ ultimæ valde copiose, ut etiam Finmarkiæ et Nordlandiæ rarius.

Radix quidem multicaulis, sed caules apud nos semper uniflori, plerumque spithama non altiores. Folia vix tribus lineis latiora, lanceolata, fere glaberrima, sed in caule superiore et calycis venae pubescentia perevidens. Calyx florens pendulus circiter quinque lineas longus, petala leviter rosea in apertura sua ostendens. Capsula vero maxima in toto genere circiter novem lineas longa, ovata.

188. CERASTIUM.

Lin. gen. ed. Schr. n. 797. *Juss. gen. p.* 334. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 231. *t.* 130.

Calyx pentaphyllus, patens. Petala quinque bifida. Capsula unilocularis elongata apice dentibus decem dehiscens, rarius ovata apice quinquevalvis (in spec. ult.). — *Herbulæ vel radice annua floribus minoribus interdum 5- et 4-andris — vel radice perenni floribus majoribus semper completis n.* 520-525.

517. CERASTIUM *viscosum:* annuum, pedunculis cauleque glanduloso-hirsutis, foliis subovalibus obtusis, petalis calycem subæquantibus. *Linn. svec. n.* 414. *β.*

it. scan. p. 77. 95. 154. *vestgoth. p.* 39. *gotl.* 1
20. 39. 131. *Wahlb. in Hising. norr. p.* 72.

β. glutinosum: maxime viscidum, pallidius, caly(
magis scarioso. C. glutinosum *Fries nov. p.* 5
halland. p. 78. *Vaill. par. t.* 30. *f.* 2. *Fl. Da*
t. 1211.

γ. strigosum: valde piloso-canescens. C. strigosu
Fries halland. p. 78. *nov. p.* 88.

Hab. in agris, arvis, pomariis etc. Sveciæ tempera
tioris ultra Upsaliam procedens ubique; β ad lit
tora maris meridionalia passim; γ in collinis Sve
ciæ occidentali-meridionalis ut. Hallandiæ rarius.

Radix tenuis, sed saepe multicaulis. Herba laetius viri
dis, plerumque spithamam longa. Flores proveniunt aestat
maturiore et versus autumnum, minores: calyce tantum li
neas duas longo, non nisi ad apicem scarioso. Sed varia
insigniter ut affines.

518. CERASTIUM *semidecandrum*: annuum, floribu
pentandris, petalis emarginatis calyce brevioribus
pedunculis glanduloso-pubescentibus, foliis oblongi
obtusis. *Linn. svec. n.* 416. *spec. pl. ed. Willd.* 2
p. 812 *it. scan. p.* 77. *gotl. p.* 17! *Fl. Dan. t.* 1212

β? macilentum: glaberrimum, foliis angustioribus
C. macilentum *Aspegren bleking. p.* 34. *Fries nov*
p. 114.

Hab. in collibus elatis exsuccis denudatis regionum
campestrium a Scania saltem ad Upsaliam passim
β prope mare Blekingiæ ad Gredby.

Totum vernale et breviter duraturum, vix plus quam pol
licare, erectum. Flores minimi, sesquilineam tantum longi.

519 CERASTIUM *tetrandrum*: annuum, floribus te
trandris tetraphyllisque, petalis obcordatis calyc
acuminato brevioribus, caule dichotomo glanduloso
pubescente, foliis ellipticis. *Smith brit. p.* 498
engl. fl. 2. *p.* 332. *Engl. Bot.* 3. *t.* 166. *Wahlb*
gothob. p. 49. — Sagina cerastoides *Smith linn*
trans — *Decand. prodr. syst. nat.* 1. *p.* 389

Hab. inter gramina brevissima in colle aprico insulâ
Domsö paroeciæ Styrsö extra Götheborg rarius.

Planta minima generis, tantum pollicaris, ob caulem brachiatum et numerum quaternum floris Saginis quodammodo similis. Petala quoque sursum lata, in calyce angustato insueta. Capsula calyce longior ut in proximis, sed 8-dentata.

520. CERASTIUM *vulgatum*: petalis calycem scariosum subexcedentibus, pedunculis cauleque hirsutis, foliis subovatis obtusis. *Linn. svec. n.* 415. *mant.* p. 390. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 811. *Flor. Dan.* t. 1645. *Fries nov. p.* 52.

β. holosteoides: floribus superne approximatis subumbellatis; caulibus tantum linea unilaterali pubescentibus. C. holosteoides *Aspegr. bleking. p.* 34. *Fries nov. p.* 52.

Hab. in graminosis pratis, pascuis, hortis ubique usque in subalpina loca Lapponiæ frequenter; β ad Carlskrona Blekingiæ rarissime.

Radix perennis ut in omnibus sequentibus, valdeque multicaulis. Herba tota plerumque major et firmior quam praecedentium, sed siccior pilisque saltem foliorum magis adpressis. Flores majores: calycibus fere tres lineas longis, marginibus nitentibus. — β ab hoc differre videtur fere ut C. *macilentum* a *C. semidecandro* et *C. glabratum* ab *alpino*; igitur omnia a solo singulari maritimo orta videntur.

521. CERASTIUM *arvense*: petalis calyce duplolongioribus, pedunculis glanduloso-pubescentibus, caule prostrato stolonifero, foliis lineari-lanceolatis (α acutis glabris). *Linn. svec. n.* 417. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 813. *it. scan. p.* 208. *Flor. Dan. t.* 626. *Leche scan. p.* 8. *n.* 31. *Ahlquist runst. p.* 17. *Aspegren bleking. p.* 34.

β. foliis obtusiusculis hirsutis. *Rosén Nov. Act. Ups.* VIII. *p.* 218 *et* 238.

Hab. in collibus apricis provinciarum maritimarum orientalium formationibus junioribus substratarum, ut: Scaniæ in Högstebackar trans Malmö, ad Fogelsång et Simonstorp in Björket, Blekingiæ, Oelandiæ ad Borgholm et Runsten; β Gotlandiæ in ruderibus munimenti Carlsvärdsskans.

Radix valde repens, filiformis, caulibus stoloniferis demum substratis continuata. Caules ob fasciculos stolonum valde nodosi, interdum pedem longi. Folia in ipsa α line non latiora, continue attenuata et falcata. Flores in ho genere apud nos ex maximis, sub solstitio explicati; petali quinque lineas longis. Capsula vero vix tribus lineis longio
β foliis quoque latioribus differt, sed certe specie non divers

522. CERASTIUM *alpinum:* petalis calyce duplolongioribus, pedunculis eglandulosis, foliis oblongi hirsutis. *Linn. svec. n.* 418. *spec. pl. ed. Willd.* 2 *p.* 814. *Smith engl. fl.* 2. *p.* 333. *Fl. Dan. t.* 6 *Wahlenb. lapp. n.* 246. *Hartm. Vet. Ac. Handl* 1814. *p.* 103.

β. glabratum: foliis sublanceolatis glabris. *Linn. l c. laches. lapp.* 1. *p.* 302. *n.* 47. *Flor. Dan.* 6. *t* 979. *Hisinger norr. p.* 72.

Hab. in lateribus et convallibus siccioribus alpium nivalium a summo nostro septentrione usque ad Jemtlandiam frequenter.

β præcipue ad sinus maris septentrionalis et transitus humiliores alpini jugi passim.

Radix quodammodo caespitosa, caudicibus brevibus. Caules plerumque digitales et uniflori vel biflori. Folia latitudine et pubescentia varia. Flores revera maximi in tot genere; petalis semiunciam longis. Capsulae fere quinqu lineas emetientes.

523. CERASTIUM *aquaticum:* fructibus subrotundi pendulis, petalis calyce longioribus, foliis cordati subamplexicaulibus undulatis. *Linn. svec. n.* 413 *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 816. *it. scan. p.* 269. (Alsine). *am. ac.* 8. *p.* 38. *Smith engl. fl.* 2. *p.* 335 *Flor. Dan. t.* 1337. *Fries halland. p.* 77. *Aspegren bleking. p.* 31. *Wahlenb. ups. n.* 295. *Vi degren österg. p.* 29. *Carls. strengn. p.* 27.
Stellaria aquatica *Persoon syn.* 1. *p.* 500.
Larbrea aquatica *Decand. syst. nat. prodr.* 1. *p.* 39

Hab. in humentibus umbrosis ad aquas majores provinciarum campestrium magis temperatarum præci pue formatione transitionis substratarum, ut: Sca

niæ ad Ryssberga, Hallandsås, Blekingiæ littoralis, Vestrogothiæ in radice montis Kinnekulle prope lacum Venern, Ostrogothiæ ad Slaka, Sudermanniæ etc. juxta lacum Mälaren versus Strengnäs, Upsala alibique.

Folia stolonum radicalium petiolata, sed caulina fere omnia sessilia, saepe unciam lata. Caules pedales et ultra, flaccidi, ad genicula succosa fragiles, superne glanduloso-pubescentes. Pedunculi ex dichotomia solitarii. Calyx totus viridis et glutinoso-pubescens (sine marginibus scariosis). Petala post solstitium explicata. Capsula intra calycem inclusa, sesquitertia linea non longior.

189. SPERGULA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 798. Juss. gen. p. 333. Gærtn. fr. 2. p. 230. t. 130.

Calyx pentaphyllus, patens. Petala quinque ovata integerrima. Stamina alterna interdum sterilescentia. Capsula ovata unilocularis, quinquevalvis. — *Herbæ foliis subulatis subfasciculatis, interdum intra membranam stipularem. Radix in majoribus annua et non nisi in minimis ultimis quodammodo perennis. Flores semper albi.*

524. SPERGULA *arvensis*: stipulis membranaceis, foliis fasciculatis subtus canaliculatis, seminibus lenticularibus obsolete marginatis. *Linn. svec. n.* 419. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 818. *it. scan. p.* 422. *Fl. Dan.* 6. *t.* 1033. *Wahlenb. lapp. n.* 249.

β. pentandra: foliis crassioribus brevioribus glaberrimis, seminibus planiusculis alatis. *Smith engl. fl.* 2. *p.* 336. *Engl. Bot.* 22. *t.* 1536. *Sv. Bot. t.* 308. S. pentandra *Linn. spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 818. *Fries halland. p.* 79. *Wahlenb. ups. n.* 300.

Hab. in agris et arvis fere totius Sveciæ frequenter; β in saxis granitoideis siccis temperatioribus usque ad Uplandiam passim.

Herba tota glanduloso-pubescens, non parum succosa, valde nodosa, unde Blekingis non male *Knut-arf*, aliis *Påska*, *Pjyska*, *Nejde*, *Te*, *Fryle* etc. Vermlandis *Hvitglygg*. Caulis plerumque spithamaeus. Flores aestivales. Semina atra, margine parum albicante. — β Habitu magis

nodoso, seminibus planioribus, latius marginatis, ita ut quo crassior herba eo tenuiora semina, quod exemplo non caret in affini Alsine marina et a solo utique oriri potest.

525. SPERGULA *nodosa:* foliis oppositis basi connexis subulatis; superioribus brevissimis fasciculatis pedunculos nodosos efficientibus. *Linn. svec. n.* 420. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 819. *it. gotl. p.* 215. 227. *Flor. Dan. t.* 96. *Wahlenb. lapp. n.* 250. *ups. n.* 301.

Hab. in ripis lacuum et fluminum ipsisque littoribus maris per totam fere Sveciam usque ad Finmarkiam ubique; ut etiam in paludum lateribus aridis aliisque locis passim exsiccatis Uplandiæ, Gotlandiæ etc.

Caules plures decumbentes plerumque digitales. Flores sub foenisecio magis conspicui quam in ceteris.

526. SPERGULA *saginoides:* foliis oppositis subulatis muticis, caulibus stoloniferis adscendentibus superne nudis unifloris; flore nutante pentandro. *Linn. spec. pl. ed Willden.* 2. *p* 820. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1789. *p.* 44. *t.* 1. *f.* 2. *Flor. Dan. t.* 1517. *Wahlenb. lapp. n.* 251. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 98. *Hisinger norr. p.* 72.

Hab. locis uliginosis passimque irrigatis per alpes nivales præcipue in confiniis lacuum maximorum ut ad Torneåträsk, Virihjaur, Storsjön in Jemtlandia frequenter; ut etiam in inferalpinis Nordlandiæ et ad flumina Lapponiarum passim.

Radix perennis, quamquam filo tenuior, caespitem parvum sustinens. Planta tota magnitudine et habitu Saginae procumbenti tam similis, ut multi eam varietatem habuerunt, quod tamen numerus constans quinarius non comprobat. Petala calycem saltim aequant. Capsula calyce duplo longior.

527. SPERGULA *subulata:* foliis oppositis subulatis planiusculis cuspidatis ciliatis, caulibus stoloniferis adscendentibus pedunculo longissimo terminatis; flore erectiusculo. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1789. *p.* 45. *t.* 1. *f.* 3. *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 111. *Wahlb.*

gothob. p. 48. *Fries halland. p.* 79. *Ahlquist runst. p.* 17. *Forsander veg. scan. p.* 10.
S. *Linn. it. vestgoth. p.* 147.
S. laricina *Flor. Dan. t.* 858.
β. minor: flore nutante.
S. saginoides *Osbeck gôtheb. handl.* 4. *p.* 17.

Hab. in humentibus supra saxa inque aliis sterilibus apricis ad mare occidentale per Bahusiam et Hallandiam frequenter; *β* Scaniæ supremæ in jugo Hallandsås ex. gr. supra Margretetorp, in Toreko-ö, unde etiam ad Femsjö Smolandiæ vicinæ et Alingsås Vestrogothiæ pervenit; (ceterum non nisi Oelandiæ ad Runsten rarissime observata).

Radix perennis magis quam in praecedente, caespitem palmam latum saepe constituens. Caules in *α* plerumque biunciales erectiusculi. Folia carinata. Pedunculi sesquiunciam longi strictissimi. *β* Caulibus implicatis, pedunculis semiuncia vix longioribus, floribus nutantibus ad praecedentem speciem magis accedere videtur.

190. SEDUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 789. Juss. gen. p. 341. Gaertn. fr. 1. p. 313. t. 65.

Calyx quinquepartitus. Petala quinque lanceolata. Squamulæ vel glandulæ nectarinæ quinque extra basin germinum. Capsulæ quinque discretæ compressæ uniloculares univalves: seminibus arillatis ad suturam internam dehiscentem affixis. — *Herbæ foliis succulentis, floribus plus minus cymosis, nectariis semper flavis, sed petalis albis rubentibusve in n.* 528-531. *luteis in n.* 532-535. — *Ord. nat.* 31. *Succulentæ.*

528. SEDUM *Telephium:* foliis planiusculis subovatis serratis, cyma composita foliosa, caule erecto. *Linn. svec. n.* 400. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 760. *n.* 2. *α. it. scan. p.* 251. 429. *Sv. Bot. t.* 447. (*Fl. Dan. t.* 686. var. rubr.). *Wahlenb. Vet. Ac. H.* 1811. *p.* 54.

Hab. in muris, lapidum acervis, saxis per provincias omnes usque ad Vermlandiam Vestmanniamque ferrimontanam frequenter, dein ad loca littora-

lia magis magisque restringitur usque dum in Angermannia etiam ibi crescere desinit.

Radix eximie perennis: fasciculis carnosis fusiformibus, interdum digitum minimum crassis. Herba longe maxima sui generis, svecice *Huslök*, *Taklök*, etiam *Käringkål*, (*Kärleksört*, *Affodil*). Caulis laevissimus, vix pedalis. Folia latitudine fere digiti et lineam crassa. Cyma palmam lata, mense Augusti florens apud nos semper ex viridi pallescens; antheris rubicundis.

529. SEDUM *villosum*: foliis teretiusculis oblongis pedunculisque glanduloso-pubescentibus subunifloris, petalis ovatis obtusiusculis *Linn. spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 768. *Flor. Dan. t.* 24. *Wahlenb. lapp. n.* 241.

Hab. in saxis humentibus ad littora maris septentrionalis Nordlandiæ ex. gr. in Önes Saltensium copiose.

Radix annua, quamquam herba globulis gemmaceis demum sese separantibus ultra hiemem propagatur. Planta tota in his locis digitum minimum tantum alta, superne undique pubescens, non parum rubescens, vix plus quam novemflora. Folia duabus lineis vix longiora. Petala medio Julii explicata, calyce plus quam duplo majora, dilute violacea.

530. SEDUM *anglicum*: foliis subtrigonis ovatis sub basi productis glaucescentibus, cyma bifida, petalis sublanceolatis. *Smith brit. p.* 486. *engl. fl.* 2. *p.* 317. *Engl. Bot.* 3. *t.* 171. *Sv. Bot. t.* 604. *Willden. spec. pl.* 2. *p.* 768. *Wahlb. gothob. p.* 50. S. rubens *Flor. Dan. t.* 82.

Hab. ad latera rupium prope mare occidentale extra Götheborg in insula Styrsö duobus locis copiose.

Radix annua, stolonibus vagis. Caules quoque vagi vix unciis duabus longiores. Herba florens glaucescens, sed cum capsulis maturescentibus rubens. Cyma pauciflora, sed flores majores quam in sequenti: petalis elongatis lineas duas longis, albis: carina apiceque dilute roseis. Filamenta quoque rosea; antheris atropurpureis.

531. SEDUM *album*: foliis teretiusculis oblongis basi gibbis, panicula nuda ramosa. *Linn. svec. n.* 402. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 766. *it. gotl. p.* 72. 127.

131. 187. 227. 274. *vestrog.* p. 231. *Sv. Bot. t.* 430. *Flor. Dan. t.* 66. *Wahlenb. ups. n.* 503. *Fries halland.* p. 80. *Wahlb. gothob.* p. 50. (*Forsander veg. scan.* p. 8. 11). *Carls. strengn.* p. 27. *Aspegren bleking.* p. 33.

Hab. in saxis et petris provinciarum magis campestrium præcipue orientalium et mediarum a Blekingia maritimæ per Oelandiam et Gotlandiam ad Upsala frequenter; versus mare occidentale et meridionale rarescere videtur utpote tantum ad Hasslöf Hallandiæ et paucis locis Bahusiæ lectum, Vestrogothiæ in Kinnekulle.

Radix perennis, repens; stolonibus foliosis rubris subglobosis inprimis svecice *Hålleknoppar.* Caulis plerumque palmaris; ramis florescentiae primum nutantibus. Flores ad initium foenisecii: petalis oblongatis, albis, inferne rubentibus.

532. SEDUM *rupestre*: foliis subulatis glaucis quinquefariam imbricatis sub basi in membranam productis, floribus cymosis. *Linn. svec. n.* 401. *spec. pl. ed. Willden.* 2. p. 764. *it. gotl.* p. 178. *vestrog.* p. 146. 213. 218. *scan.* p. 129. *Fl. Dan. t.* 113. *Ahlquist runst.* p. 17. *Kalm bohusl.* p. 65. *Wahlb. gothob.* p. 50. *Leche scan.* p. 25. *n.* 29. *Bjerkander Vet. Ac. Handl.* 1776. p. 83. *Videgren österg.* p. 29.

S. glaucum *Fries halland.* p. 80

β. magis rubescens. S. rupestre *Fries l. c.* S. reflexum *Linn. sveo. n.* 1296?

Hab. in petris calcareis formationis transitionis Gotlandiæ ad Stenkyrka, Fårö etc., Oelandiæ in Södra Alfvaren et adjacente Runsten frequenter, unde migrasse videatur in Stenshufvud Scaniæ copiose nec non ad N. Vi et Oppeby Ostrogothiæ; dein in montibus transitionis Vestrogothiæ lacu Venern proximis ut Kinnekulle, Hunneberg et Halleberg, ad Ulricæhamn, nec non denique ad exitum fluminis Götha elf et Hallandiæ adjacentis passim.

Radix perennis; stolonibus foliosis numerosis egregie quinquefariis, unam alteramve unciam longis. Caules ipsi fere

pedem longi (ut in S. Telephio), sed tantum adscende tes. Folia caulina circiter quatuor lineas longa. Flores a stivales flavi; petalis calyce duplo longioribus vel sesquite tiam lineam longis. — β forsan loco minus proprio macri et minus glaucum; foliis angustioribus magis reflexis. Coı *Regensb. bot. Zeit.* 1824. *p.* 185.

533. SEDUM *sexangulare:* foliis teretibus obtusis seı fariam imbricatis sub basi productis, cyma pauc flora foliis fulcrata, capsulis cuspidatis *Linn. sve n.* 404. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 767. *Flor. Da t.* 1644. *Engl. Bot.* 28. *t.* 1946. *Wahlenb. up n.* 305. *Carls. strengn p.* 27. *Hartman Vet. A Handl.* 1814. *p.* 98.

Hab. in saxis et glareosis apricis campestribus in confiniis lacus Mälaren ad Upsala, Streugnäs etc. copiose, Jemtlandiæ ad Storsjön; ceterum raro.

Radix perennis; stolonibus cylindricis evidentissime sexfariam imbricatis. Herba ceterum magnitudine et colore fere sequentis, sed undique tenuior. Petala paullo ante foenisecium explicata, calyce triplo longiora, sed vix latiora.

534. SEDUM *acre:* foliis subovatis gibbis sparsis sub basi productis, cyma foliis fulcrata. *Linn. svec. n.* 403. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 767. *it. scan. p.* 77. 95. 221. 240. *vestgoth. p.* 180. *Sv. Bot. t.* 149. *Flor. Dan.* 9. *t.* 1457. *Wahlenb. lapp. n.* 239.

Hab. in saxis, glareosis, muris, tectis fere totius Sveciæ usque in Vestrobottniam frequenter; sed dein non nisi ad mare septentrionale usque ad Caput septentrionale ubique; nec in aliis regionibus elevatioribus nisi calcareis ut Osmundsberget Dalecarliæ.

Radix perennis. Herba vage decumbens caespitosaque, sapore acri, svecice *Munkpeppar, Fetknoppar,* et ob locum *Hallborre, Pallgräs.* Folia valde gibba et imbricata. Flores inter solstitium et foenisecium explicant petala calyce triplo longiora et latiora.

535. SEDUM *annuum:* foliis teretibus obtusis sparsis, cyma foliis fulcrata, petalis linearibus calycem sub-

æquantibus, radice caulifera nuda. *Linn. svec. n.* 405. *spec. pl. ed.* 2. *p.* 620. *am. ac.* 8. *p.* 38. *it. vestgoth. p.* 49. *Wahlenb. ups. n.* 304. *lapp. n.* 240. *Fries halland. p.* 80. *Wahlb. gothob. p.* 50. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814 *p.* 98. *Leche scan. p.* 8. *n.* 53. *Vet. Ac. Handl.* 1744. *p.* 272 *Forsander veg. scan. p.* 12. *Aspegren bleking. p.* 55.

S. rupestre *Flor. Dan. t.* 59.

Hab. in saxis campestribus in confiniis lacus Mälaren, Vettern, Venern etc. frequenter; prope mare orientale hinc inde usque ad Sundsvall, sed latius dispersum est in maritimis Hallandiæ borealis et Bahusiæ nec non in alpibus maritimis Nordlandiæ Finmarkiæque, unde perventum esse videatur ad Quickjock Lapponiæ Lulensis et Jemtlandiam; Dalecarliæ quoque ad Säter.

Radix annua; caule tantum solitario di-trichotomo, cum tota planta fusco-punctato, vix digitum minorem alto. Flores praecociores, ante solstitium obvii, inconspicui lutescentes. Denique versus autumnum restant tantum capsulae aridae.

191. OXALIS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 784. *Juss. gen. p.* 300. *Gartn. fr.* 2. *p.* 152. *t.* 113.

Calyx quinquepartitus. Petala quinque ante explicationem spiraliter contorta. Stamina alterna exteriora breviora basi connata. Capsula quinquelocularis, angulis extrorsum dehiscens. Semina axi capsulæ adfixa, arillo elastice se revolvente desilientia. — *Herbæ foliis ternatis.* — *Ord. nat.* 32. *Gruinales.*

536 OXALIS *Acetosella:* foliolis obcordatis, pedunculo radicali foliis longiore, stylis longitudine staminum interiorum, radice articulato-squamosa. *Linn. svec. n.* 406. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 780. *it. scan. p.* 19. *Smith engl. fl.* 2. *p.* 324. *Sv. Bot. t.* 10. *Fl. Dan.* 6. *t.* 980. *Wahlenb. lapp. n.* 242.

Hab. in sylvis muscosis acerosis totius Sveciæ, alpinis et subalpinis regionibus tantum exceptis, ubique

Radix perennis repens, subfiliformis. Petioli cum pedunculis radicales digitum minorem longi. Foliola integerrima glabriuscula subtus purpurascentia, grati aciduli saporis unde

svecice *Surklöfver*, *Harsyra*, *Göksyra*, etiam *Vårha* e. s. p. Flores cernui impatientes vernales albescentes: neis violaceo-rubicundis. Semina e capsulis summa aest longe desiliunt. — Planta pulchella nonnullis *Lujula*, *A-leluja* corrupte ab Italico *Juliola*.

CLASSIS XI.

DODECANDRIA.

CONSPECTUS.

1. ORD. MONOGYNIA.

Calyx campanulatus trifidus coriaceus - - - - - 192. Asar
Calyx cylindricus duodecimdentatus - - - - - 193. Lythr

2. ORD. DIGYNIA.

Calyx setis uncinatis superne cinctus dispermus - 194. Agrimon

3. ORD. TRIGYNIA.

Capsula immatura inter stylos hians polysperma - - 195. Rese
Capsula tricocca trisperma pedicellata - - - - 196. Euphorb

ORD. POLYGYNIA.

Petala pistillaque circiter duodecim - - - - 197. Sempervivi

ORD. 1. MONOGYNIA.

192. ASARUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 801. Juss. gen. p. 81. Gaertn. fr. 1. p. 47. t. 14.

Calyx campanulatus, coriaceus, persistens, trifidus; laciniis apice inflexis. Corolla nulla. Filamenta supra antheras in corniculum producta. Stigma sexradiatum. Capsula intra calycem eique adnata, sexlocularis, non dehiscens: dissepimentis seminiferis ad axi solutis. — *Herbæ foliis oppositis inter se florem solitarium gerentibus. Ord. nat. 12. Sarmentace*

537. ASARUM *europæum*: foliis reniformibus obtusis calyce pubescente. *Linn. svec. n.* 421. *spec. pl. e* *Willd.* 2. *p.* 858. *it. scan. p.* 280. *Fl. Dan. t.* 63 *Sv. Bot. t.* 31. *Leche scan. p.* 8 *n.* 34.
Hab. in dumetis ad radicem montis Romeleklint ve

sus planitiem amnis Höjeå prope Björstorp (*Fries*) et Heckeberga (in sylva ad Södra Vången) Scaniæ mediæ rarius.

Radix perennis repens, hinc inde tuberculosa. Cauliculus vix uncialis, apice bina folia et florem intermedium ferens. Folia interdum palmam lata, sed vix plusquam unciam longa. Pedunculus calycis longitudine. Calyx extus virescens, intus atrofuscus, primo vere florens.

193. LYTHRUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 815. Juss. gen. p. 368. Gærtn. fr. I. p. 296. t. 62.

Calyx cylindraceus, 12-dentatus: dentibus alternis interioribus brevioribus. Petala sex, calycis margini inserta. Capsula supera bilocularis, polysperma; receptaculo centrali. — *Herba foliis oppositis, floribus verticillatis.* — *Ord. nat.* 34. *Calycanthemæ.*

558. LYTHRUM *Salicaria:* foliis oppositis ternisve cordato-lanceolatis, floribus verticillato-spicatis. *Linn. svec. n.* 422. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 865. *it. scan. p.* 295 *vestgoth. p.* 31. *Sv. Bot. t.* 256. *Flor. Dan. t.* 671. *Samz. neric. p.* 40. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 29. 34. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 159.

Hab. ad ripas fluviorum et lacuum solo glareoso omnium provinciarum a Scania ad Vermlandiam, Nericiam et juxta mare orientale usque ad Angermanniam summam passim; dein non nisi rarissime Finmarkiæ intimæ.

Radix perennis lignosa, valde styptica. Caulis 4-6-angulus, bipedalis et ultra, strictus. Folia integerrima; marginibus scabriusculis saepe rubicundis. Spica insignis purpurea, unde Svecis *Fackelblomster*, (Nericiis *Strandblommor*). Calyx dentibus exterioribus diu ante florem patentibus, sed interioribus florem claudentibus alternantibus cum petalis. Floret diu post solstitium.

ORD. 2. DIGYNIA.

194. AGRIMONIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 830. Juss. gen. p. 372. Gærtn. fr. I. p. 347. t. 73.

Calyx calyculo bipartito fulcratus, turbinatus, decem-

svecice *Surklöfver, Harsyra, Göksyra* ... e. s. p. Flores cernui impatientes verna... neis violaceo-rubicundis. Semina e cap... longe desiliunt. — Planta pulchella non... ...leluja corrupte ab Italico *Juliola.*

CLASSIS ...

DODECAN...

CONSPEC...

1. ORD. MONO...

Calyx campanulatus trifidus coriaceus ...
Calyx cylindricus duodecimdentatus ...

2. ORD. DI...

Calyx setis uncinatis superne cinctu...

3. ORD. TR...

Capsula immatura inter stylos hiar... ...jectis
Capsula tricocca trisperma pedicel... ...ica saepe
...ces fructifer...

ORD. PO...

Petala pistillaque circiter duodec... ...vecice *Smábo*...

ORD. 1. MO... ...YNIA.

192. ...DA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 801. ... *p. 271. Gærtn. fr. 1. p. 368.*

Calyx campanulatus, c... . Petala tria v. plura ... ciniis apice inflexis. ... mellifero. Capsula su... antheras in cornicu... ...mper hians, unilocular... tum. Capsula intr... ...is capsulæ adfixa reniform... ris, non dehiscens: ...s, *foliis alternis basi bi*... solutis. — *Herbæ* ...*32. Gruinales?* *litarium gerentibi*...

537. ASARUM *eu*... ...: foliis lanceolatis integris ... calyce pubesce... ...midentatis, calycibus quadri... *Willd.* 2. *p.* 8... ...*spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* ... 170 265. 297. 309. *Sv. Bot. t.* ... *Sv. Bot. t.* 3... ...*Leche scan. p.* 25. *n.* 30. ... Hab. in dumeti... ...*egren bleking. p.* 35.

aniæ extimæ
icur; ma-
Malmö,
tc.
ve
au:
us e-

ertn. fr. 2.

or inflexis.
calycis nata
unctis nectari-
aucta cornibus
ctis. Stamina fi-
ta. Capsula pedi-
entis monospermis.
(*svecice Mjölkört*,
oribus inconspicuis lu-
l. nat. 19. *Tricoccae.*
petalis rotundatis, capsu-
lævibus, cyma multiradia-
coloratis, foliis lanceolatis
s sterilibus. *Linn. svec. n.*
ld. 2. *p.* 922. *it. gotl. p.* 226.
Sv. Bot. t. 329. *Wahlenb. Vet.*
p. 131. (*Leche scan. p.* 40. *n.*
usl. p. 96. 133. 144. 205. *Wahlb.*

udosis insularum orientalium Got-
r. inter Eista et Sproge, ad Gothem,
ad Ottenby, Melby paroeciæ Segersta,
svalla, Ormöga etc. ut etiam maris oc-
ahusiæ in Domsö, Styrsö, Vinga, O-
backa, Musö etc. copiose.
perennis. Caules semiorgyales, digitum cras-
el rubicundi. Cyma saepe spithamaeae latitudi-
ris valde lutescentibus. Flores aestivales. Capsulae
e fere pisi. — *Svecice Vargmjölk, Kärr Törel.*

sulcatus, cingulo setarum uncinatarum superne mu tus, demum terminatus dentibus quinis semina teg tibus. Petala quinque staminaque margini calycis serta. Semina duo calyce indurato inclusa. — *He foliis pinnatis.* — *Ord. nat.* 37. *Senticosæ* ß.

539. AGRIMONIA *Eupatoria:* foliis caulinis pinna foliolis ovato-oblongis, stipulis multidentatis, sp pedunculata, petalis calyce duplolongioribus *Li svec. n.* 423. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 875. *it. sc p.* 242. *vestgoth. p.* 6. 39. *Sv. Bot. t.* 99. *Fl Dan. t.* 688. *Samz. neric. p.* 40. *Wahlenb. V Ac. Handl.* 1809. *p.* 218. — 1811. *p.* 26.

Hab. in pratis apricis siccis et ad vias regionum m gis campestrium et littoralium a Scania ad Bahu am, Vestrogothiam, Nericiam et Gestriciam fr quenter.

Radix perennis ramosa. Planta saltem bipedalis, strict pilosa. Folia interrupte pinnata: foliolis majoribus circiter n vem, deorsum decrescentibus, inciso-serratis; interjectis mi mis integris trifidisve. Stipulae magnae. Spica saepe pe lis, post solstitium diu florens, flava. Calyces fructiferi r flexi oblongati, setis uncinatis adhaerentes, svecice *Småborra* rarius commutate *Munklöss.*

ORD. 3. TRIGYNIA.

195. RESEDA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 831. *Juss. gen. p.* 271. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 368. *t.* 76.

Calyx quadri s. pluripartitus. Petala tria v. plura, in æqualia, fissa; supremo mellifero. Capsula super tridentata, inter stylos semper hians, unilocularis, po lysperma. Semina angulis capsulæ adfixa reniformia.– *Herbæ floribus spicatis, foliis alternis basi biglan dulosis.* — *Ord. nat.* 32. *Gruinales?*

540. RESEDA *Luteola:* foliis lanceolatis integris plan basi utrinque unidentatis, calycibus quadrifidi *Linn. svec. n.* 424. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 87 *it. scan. p.* 157. 170 265. 297. 309. *Sv. Bot. t.* 8 *Flor. Dan. t.* 864. *Leche scan. p.* 25. *n.* 30. *Ret oec. p.* 589. *Aspegren bleking. p.* 33.

Hab. in colle arenoso ad Gladsax Scaniæ extimæ orientali-meridionalis copiose et omnino cicur; magis autem adventitia videtur ad Lund, Malmö, Landskrona, Helsingborg, Sölvitsborg, Kalmar etc. Radix saepius biennis. Herba pedem unum alterumve longa; spicis pedalibus et ultra, luteolis Tinctorum *Wau:* capsulis demum pisorum magnitudine, omnino sessilibus erectis.

196. EUPHORBIA.

Lin. gen. ed. Schr. n. 832. Juss. gen. p. 424. Tithymalus Gærtn. fr. 2. p. 115. t. 107.

Calyx urceolatus, persistens: dentibus quatuor inflexis. Petala plerumque quatuor, e margine calycis nata ejusque dentibus alterna, succulenta, punctis nectarinis pertusa, interdum (in n. 543-546) aucta cornibus e dente calycis accessorio utrinque factis. Stamina filis plumosis circumdata, uniarticulata. Capsula pedicellata, tricocca, elastica: loculamentis monospermis. Herbæ *eximie albo-lactescentes* (*svecice Mjölkört, Ringormsgräs, Törel*); *floribus inconspicuis luteolis in cyma foliosa.* — *Ord. nat.* 19. *Tricoccae.*

541. EUPHORBIA *palustris:* petalis rotundatis, capsulis verrucosis, seminibus lævibus, cyma multiradiata, involucellis obovatis coloratis, foliis lanceolatis obtusis, ramis caulinis sterilibus. *Linn. svec. n.* 427. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 922. *it. gotl. p.* 226. *oel. p.* 91. 94. 112. *Sv. Bot. t.* 329. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1805. *p.* 131. (*Leche scan. p.* 40. *n.* 90. γ.) *Kalm bohusl. p.* 96. 133. 144. 205. *Wahlb. gothob. p.* 52.

Hab. in pratis paludosis insularum orientalium Gotlandiæ ex. gr. inter Eista et Sproge, ad Gothem, Oelandiæ ad Ottenby, Melby paroeciæ Segersta, Persnäs, Husvalla, Ormöga etc. ut etiam maris occidentalis Bahusiæ in Domsö, Styrsö, Vinga, Orost, Fjällbacka, Musö etc. copiose.

Radix valde perennis. Caules semiorgyales, digitum crassi, punctati vel rubicundi. Cyma saepe spithamaeae latitudine, involucris valde lutescentibus. Flores aestivales. Capsulae magnitudine fere pisi. — Svecice *Vargmjölk, Kärr Törel.*

542. EUPHORBIA *Helioscopia:* petalis rotundatis, ca sulis lævibus, seminibus reticulatis, cyma quinqu radiata trichotomaque, involucellis basi colora foliisque subcuneiformibus serratis sessilibus. *Li svec. n.* 425. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 914. *it. sc p.* 240. *Sv. Bot. t.* 70. *Flor. Dan. t.* 725. *Ha strôm jemtl. p.* 41.

Hab. in hortis oleraceis et agris magis campestrib a Scania ad Uplandiam ubique; Dalecarliæ et No landiæ inferioris rarius, sed non in montanis.

Radix annua. Herba vix pedalis. Semina brunnea. Svecice *Råformsgrås*, *Råfmjölk*.

543. EUPHORBIA *Peplus:* petalis bicornibus, capsu ad angulos verrucosis, seminibus foveolatis, cyn trichotoma, involucris ovato-triangulis, foliis ob vatis petiolatis integerrimis. *Linn. svec. n.* 42 *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 903. *Flor. Dan. t.* 110 *Wahlenb. ups. n.* 311. *Hartman Vet. Ac. Hand* 1818. *p.* 123.

Hab. in hortis oleraceis præcipue campestribus a Sc nia ad Uplandiam passim, Gestriciæ rarius.

Radix annua. Herba plerumque spithamaea, tenera. S mina glaucescentia.

544. EUPHORBIA *exigua:* petalis bicornibus, capsul ad angulos verrucosis, seminibus transverse rug sis, cyma trichotoma dichotomaque, involucell sublanceolatis basi uniauriculatis, foliis linearib acutiusculis. *Linn. am. ac.* 5. *p.* 118. *spec. pl. e Willd.* 2. *p.* 903. *Flor. Dan. t.* 592. *Retz. dis obs. bot.* 1. *p.* 17. *oec. p.* 246. *Rosén Nov. Ac Ups. VIII. p.* 218 *et* 238.

Hab. in agris margaceis provinciarum extimarum, Scaniæ occidentalis prope Malmö ad Borgmästar gården, ad Höjebro, Trolleberg etc. regionis Höje ström copiose; Gotlandiæ ad Taxstens paroeci Läderbro.

Radix annua. Herba tantum digitalis altitudinis, caule fil formi. Involucellorum auricularis lobus apud nos obtusu Semina glaucescentia, semine carvi non majora.

545. EUPHORBIA *Esula:* petalis bicornibus, capsulis seminibusque lævibus, cyma multiradiata, involucris late ovatis mucronatis, foliis sublinearibus: infimis brevissimis. *Linn. spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 919. *Flor. Dan. t.* 1270. *Retz. scand.* 2. *p.* 114. *Videgren österg. p.* 29. *Aspegren bleking. p.* 35.
Hab. in marginibus agrorum Ostrogothiæ inferioris ex. gr. ad Norrköping versus Vestralund, Blekingiæ ad Vedby.
Radix perennis. Caules plusquam pedales, graciles. Folia circiter tres lineas lata et bis unciam longa. Involucra omnia flava.

546. EUPHORBIA *Cyparissias:* petalis bicornibus, capsulis seminibusque lævibus, umbella multifida; involucris subcordatis, foliis inferioribus convoluto-filiformibus. *Linn. spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 920. *Retz. diss. suppl. fl. scand. p.* 9. *Fries in phys. sällsk. årsb.* 1823. *p.* 94.
Hab. in collibus arenosis Scaniæ arenoso-campestris orientalis ad Hvitaby, Andrarum alibique rarius.
Radix perennis, edens stolones varios. Caulis quoqne versus apicem ramulosus, circiter spithamaeus. Folia omnia caule angustiora, fere aciformia. Involucra tamen latitudine unguis minoris, pulchre citrina.
Euphorbiae genus secundum regulas methodi naturalis utique flosculos diclinos in flore quodammodo composito haberet et ad Monoeciam Monandriam pertineret; sed quum flores compositi androgyni ad classes diclinas secundum regulas systematis sexualis non referuntur et ceterum tota haec dispositio non satis evidens est, locum huic generi a Linnaeo in systemate artificiali, considerationes e longinquo petitas non assumente, adsignatum etiam nunc servavi.

ORD. POLYGYNIA.

197. SEMPERVIVUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 837. *Juss. gen. p.* 341. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 314. *t.* 65.
Calyx circiter duodecimpartitus persistens. Corolla circiter 12-petala calyci simillima. Capsulæ duodecim et ultra, in orbem sæpe multiplicatum dispositæ, mar-

542. EUPHORBIA **Helioscopia**: ... eræque. — ...
sulis lævibus, **seminibus** ret... *rosulam* ...
radiata trichotomaque, in... 51. *Succulenta*
foliisque subcuneiformibus ... foliis ciliatis, ...
svec. n. 425. *spec. pl. ed.* ... *svec. n.* 428. *spec.* ...
p. 240. *Sv. Bot. t.* 70. ... *p.* 275. *oel. p.* 101.
ström jemtl. p. 41. ... *l. p.* 22. *Sv. Bot. t.*
Hab. in hortis oleraceis ... *quist runst. p.* 18. ...
a Scania ad Upland... *halland. p.* 82. ...
landiæ inferioris rari... *p.* 41.
Radix annua. Herba v... muris rusticorum Go...
Svecice *Råformsgräs*, ... olandiæ orientalis. ...
543. EUPHORBIA *P...* ... landiæ etiam freq...
ad angulos verr... rarius, sed initio pla...
trichotoma, inv... herbaceas sui generis
vatis petiolatis ... foliorum patentibus s...
spec. pl. ed. W... ...virentes. Caulis pedalis
Wahlenb. up... ...undis composita ultra ...
1818. *p.* 123. ... tantum feminei duplic...
Hab. in hortis ... ...ulorum luxuriantes; su...
nia ad Upl... ... rutile punctatis fere ...
Radix annua. ... — Gothis prae ceteris *Hus...*
mina glaucesce...

544. EUPH...
ad ang...
sis, c...
sublan...
acuti...
Will...
obs.
Ups...
Hab.
Sc...
gå...
st...
I...
Ra...
form...
Sen...

...ASSIS XII.

...SANDRIA.

...SPECTUS.

...aceæ (Ord. nat. 38).

MONOGYNIA.

... *solit. simpl.* 198. ...

DIGYNIA.

... 199. CRAT...

TRIGYNIA.

... *apice denudatis* 201. ...
... *membranaceis inclusis* 200. ...

G Y N I A.

dispermis - - - 202. PYRUS.

osæ (Ord. nat. 37).

Y G Y N I A.

laciniæ petalis quinque alternantes.

isposita (monosperma) - 203 SPIRÆA

emum. baccatum inclusa - - 204. ROSA

ili) baccata in receptac. sicco - 205. RUBUS

-fidus: laciniæ alternæ mi-
talis totidem (4-5) oppositæ.

via in receptaculo baccato - - 206. FRAGARIA

fungoso - - 209. COMARUM

rugosa in recept. sicco. Petala 5. 207. POTENTILLA

Petala 4. 208 TORMENTILLA

in receptaculo elongato - - - - - 210. GEUM

8-partitus: laciniæ omnes æquales, petalis totidem (8) alternantes.

rminata in receptaculo depresso - - - - 211. DRYAS

ORD. I. MONOGYNIA.

198. PRUNUS.

gen. ed. Schr. n. 849. Juss. gen. p. 377. cum Ceras. *Gærtn. fr. 2. p. 74. t. 93.*

campanulatus, quinquefidus, inferus, deciduus. tala quinque. Drupa calyce denudata; epidermide evissimo; putamine imperforato impunctatoque; nuceo simplici. — *Arborescentes — sive drupa majore litaria, foliis primum convolutis* (*Prunus p. s. d.*), - *sive drupis minoribus in inflorescentia composita, oliis primum conduplicatis* (*Cerasus. Juss. cui et adus*).

PRUNUS *spinosa:* pedunculis solitariis fructibusque rectis, foliis elliptico-lanceolatis subtus pubescentibus, ramulis spinescentibus. *Linn. svec. n.* 432. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 997. *Sv. Bot. t.* 151. *Flor. Dan.* 6. *t.* 926. *Kalm bohusl. p.* 82. 83. 123.

gine interiore dehiscentes seminiferæque. — *He*
foliis succulentis planis alternis in rosulam conge
floribus cymosis. — *Ord. nat.* 31. *Succulentæ*

547. SEMPERVIVUM *tectorum:* foliis ciliatis, pro
ginibus patentibus. *Linn. svec. n.* 428. *spec. pl.*
Willd. 2. *p.* 932. *it. gotl. p.* 275. *oel. p.* 101. (*s*
p. 18. 425.) *Rogberg smol. p.* 22. *Sv. Bot. t.*
Flor. Dan. t. 601. *Ahlquist runst. p.* 18. *L*
scan. p. 57. *n.* 71. *Fries halland. p.* 82. *R*
oec. p. 671. *Samz. neric. p.* 41.

Hab. non nisi in tectis et muris rusticorum Gotl
diæ, Oelandiæ, Smolandiæ orientalis, B
kingiæ, Scaniæ, Hallandiæ etiam frequen
Nericiæ meridionalis rarius, sed initio plantat

Planta valde perennis, inter herbaceas sui generis m
ma. Propagines vel rosulae foliorum patentibus suis f
saepe palmam latae, sempervirentes. Caulis pedalis et
tra, firmus. Cyma racemis secundis composita ultra paln
lata. Flores inferiores saepe tantum feminei duplici in
interdum triplici serie pistillorum luxuriantes; superio
hermaphroditi petalis expansis rutile punctatis fere unc
lati, pistillis circiter 18. — Gothis prae ceteris *Huslök.*

CLASSIS XII.

ICOSANDRIA.

CONSPECTUS.

I. Divisio Pomaceæ (Ord. nat. 38).

1. ORD. MONOGYNIA.

Calyx deciduus inferus. Fructus drupaceus; nucleo solit. simpl. 198. PRU

2. ORD. DIGYNIA.

Calyx baccatus; seminibus nucularibus (osseis) - - 199. CRATAE

3. ORD. TRIGYNIA.

Calyx baccatus; indumentis seminum osseis apice denudatis 201. MESPI
Fructus baccatus; indumentis seminum membranaceis inclusis 200. SOR

ORD. PENTAGYNIA.

Fructus pomaceus; loculamentis elasticis dispermis - - - 202. PYRUS

II. Divisio Senticosæ (Ord. nat. 37).

ORD. POLYGYNIA.

A. Calyx 5-fidus: laciniæ petalis quinque alternantes.

Capsulæ circiter decem in orbem disposita (monosperma) - 203 SPIRÆA
Semina intra calycis ventrem demum baccatum inclusa - - 204. ROSA
Semina apice calva (stylo laterali) baccata in receptac. sicco - 205. RUBUS

B. Calyx 8-10-fidus: laciniæ alternæ minores, petalis totidem (4-5) oppositæ.

Semina apice calva nuda lævia in receptaculo baccato - - 206. FRAGARIA
fungoso - - 209. COMARUM
rugosa in recept. sicco. Petala 5. 207. POTENTILLA
Petala 4. 208 TORMENTILLA
aristata in receptaculo elongato - - - - - 210. GEUM

C. Calyx 8-partitus: laciniæ omnes æquales, petalis totidem (8) alternantes.

Semina caudâ terminata in receptaculo depresso - - - - 211. DRYAS

ORD. I. MONOGYNIA.

198. PRUNUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 849. Juss. gen. p. 377. cum Cerat. *Gærtn. fr. 1. p. 74. t. 93.*

Calyx campanulatus, quinquefidus, inferus, deciduus. Petala quinque. Drupa calyce denudata; epidermide lævissimo; putamine imperforato impunctatoque; nucleo simplici. — *Arborescentes — sive drupa majore solitaria, foliis primum convolutis (Prunus p. s. d.), — sive drupis minoribus in inflorescentia composita, foliis primum conduplicatis (Cerasus. Juss. cui et Padus).*

538. PRUNUS *spinosa:* pedunculis solitariis fructibusque rectis, foliis elliptico-lanceolatis subtus pubescentibus, ramulis spinescentibus. *Linn. svec. n.* 432. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 997. *Sv. Bot. t.* 151. *Flor. Dan.* 6. *t.* 926. *Kalm bohusl. p.* 82. 83. 123.

Wahlenb. Vet. Ac. Handl. 1809. *p.* 217. — 18
p. 24. *Bjerkander ib.* 1776. *p.* 82.

Hab. ad sepes in pratis collinis agrorumque acer
praecipue regionum campestrium a Scania ad
husiam, Vestrogothiam, Nericiam et Uplandi
frequenter.

Frutex major vel arbuscula, Svecis plerumque *Slån* (
glorum Sloe), valde divaricatus ramisque in spinas
scentibus, unde Scanis prae ceteris *Kjörne* vel *Tjörne* (
strorum Törne?). Flores ante folia e gemmulis propr
copiosi, nivei. Drupae magnitudine fabae minoris, nigr
pruina caerulescente, sapore quam maxime austerae, Sv
pluribus *Stårkebär*.

549. PRUNUS *avium*: umbellis sessilibus, foliis ova
lanceolatis dupplicato-serratis subtus pubescentib
petiolis supra biglandulosis. *Linn. svec. n.* 4
mant. p. 397. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 991.
vestrog. p. 25. 32. 38. *scan. p.* 279. *am. ac.* 5.
190. *Flor. Dan. t.* 1647. (*Sv. Bot. t.* 205. incer
Samz. neric. p. 41. *Retz. oec. p.* 556. *Mor*
Vet. Ac. Handl. 1766. *p.* 239.
P. Cerasus *β Smith engl. fl.* 2. *p.* 354.

Hab. in pratis formatione transitionis substratis V
strogothiæ in Kinnekulle ad Lycksatorp, M
torpsklef etc. ad Billingen in Höglunda etc. S
niæ ad Heckeberga, Smolandiæ in Skuru
prope Ekesjö; nec non Hallandiæ ad Öst
Nericiæ meridionalis aliarumque regionum den
inquilina facta.

Arbor insignis fere ut insequens, ramis flexilibus.
quoque majora quam in Cerasis cultis. Drupae contra
to minores, dulces, semper rubrae, Vestrogothis *Fogel*
— Haec maxime fera et septentrionalis forma forsan a
rasis magis cultis non specie distingvenda, sed de his
loco magis convenit dicere.

550. PRUNUS *Padus*: racemis nutantibus, foliis i
qualiter serratis subrugosis basi subtus biglandul
Linn. svec. n. 431. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.*
n. 1. *α. it. scan. p.* 13. 31. *Sv. Bot. t.* 121.
Dan. t. 205. *Wahlenb. lapp. n.* 253.

Hab. in sylvis subhumidis totius Sveciæ, alpibus tantum exceptis, ubique; rarescit solummodo in maxime campestribus et maritimis regionibus ut Gotlandiæ Oelandiæque, nec non Smolandiæ occidentalis. Arbor mediocris notissima Svecis omnibus *Hägg*. Folia præcoce exeunt rufescentia. Florum racemi quoque explicantur prius quam in affinibus. Drupae nigrae vix magnitudine pisi. Itaque inter Drupaceas ne dicam Pomaceas omnes septentrioni summo maxime idonea.

ORD. 2. DIGYNIA.

199. CRATÆGUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 854. partim. *Lindley pomac.* = Mespili spec. *Gærtn. fr. 2. t. 87.*

Calyx persistens demum baccatus; laciniis quinque herbaceis patentibus. Petala quinque. Semina bina solitariave calyce quod ad maximam partem adnata, sed apice libera ibique cortice carnoso prædita, ossea. — *Frutices vel arbusculæ floribus cymosis; foliis simplicibus angulatis, primum imbricatis plicatulisque.*

551. CRATÆGUS *Oxyacantha:* spinescens, foliis glabris obovatis subtrifidis; lobis obtusis serratis, pedunculis germinibusque glaberrimis. *Linn. svec. n.* 434. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1005. *Sv. Bot. t.* 157. *Flor. Dan. t.* 634. *Kalm. bohusl. p.* 82. 124. *Samz. neric. p.* 42. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 217. — 1811. *p.* 24. *Hartm. ib.* 1818. *p.* 123.

β monogyna: elatior, foliorum laciniis pluribus longioribus, pedunculis pubescentibus, germinibus longioribus. C. monogyna *Jacqu. austr.* 3. *t.* 292. *f.* 1. *Flor. Dan. t.* 1162. *Willd. spec.* 2. *p.* 1006.

Hab. in pratis collinis apricis præcipue regionum campestrium a Scania ad Bahusiam, Vestrogothiam, Nericiam meridionalem et Uplandiam, in orientalibus provinciis frequentior quam in occidentalibus; β in sylvestribus orientalium regionum rarius, occidentalium frequentius.

Frutex interdum orgyalis, maxime rigidus, Svecis *Hagtorn* (Gothis australioribus *Havetorn*), vel ob folia rotun-

data *Rundhagtorn.* Flores mense frondescentiae albi
Baccae serotinae Blekingis *Horsabär.* — β Arbuscula
quam orgyalis, ob folia acutiora Svecis saepius *Spetshag*

ORD. 3. TRIGYNIA.

200. SORBUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 855. *Juss. gen. p.* 371. Piri spec. *Gærtn. fr.* 2

Calyx demum baccam completam constituens; la quinque patentibus. Petala quinque. Semina indumenta baccæ membranacea superne disjunct que indurata. — *Arbores floribus cymosis, foli simplicibus magis coriaceis vel plus minus pinn pinnis primum conduplicatis plicatulisque.*

552. SORBUS *Aria:* foliis subcuneiformibus inæqu serratis subtus niveo-tomentosis. *Persoon sy* 2. *p.* 58. *Hornem. plantel. ed.* 3. *p.* 544.
Cratægus Aria *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 681. *sv* 433. *β. it. vestgoth. p.* 161. *Flor. Dan. t. Hisinger norrig. p.* 37. *Wahlenb. carp. n. helv. n.* 521.

Hab. in maritimis extimis præcipue occidenta raro, ut Bahusiæ in paroecia Thorsby extra K elf, Scaniæ in promontorio Kullen supra Krap nec non in insula maris orientalis maxime sep Gotske Sandö parce.

Arbor humilior, ramis crassioribus obscurioribus, minora vix sesquitertiam unciam longa, et tam indivi audiatur Norvegis *Selj-Asal* i. e. Salicis capra crassiora quam in sequentibus, supra magis nitida; p brevioribus rigidioribus. Cyma minus divisa; baccis majo Itaque tota magis contracta quasi a climate oceanico, in vegia vulgatior, itaque nostratibus *Norsk Oxel.*

553. SORBUS *scandica:* foliis ovatis incisis se subtus cinereo-tomentosis. *Fries halland. p Celsii ups. n.* 181. (Cratægus). *Wahlenb. up* 316. *Aspegren bleking. p.* 36.
S. intermedia *Persoon syn.* 2. *p.* 38. *Hornem. p tel. ed.* 3. *p.* 544.
Cratægus Aria α scandica *Linn. am. ac.* 2. *p.*

5. *p.* 191. *Vet. Ac. Handl.* 1741. *p.* 193. *svec. n.* 433. *Sv. Bot. t.* 45 (Pyrus). *Samz. neric. p.* 41. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 123. *Wahlenb. ib.* 1805. *p.* 131. *Ahlquist runst. p.* 18. *Hülph. medelp p.* 104. *dal. p.* 446. (*Leche scan. p.* 37. *n.* 14 cult.).

Pyrus intermedia *Willd. spec.* 2. *p.* 1021.

* foliis basi subpinnatifidis. *Smith fl. brit. p.* 534. *Sv. Bot. t.* 277. (Sorb. hybrida).

Hab. in lucis pratorum a domibus non longe remotis per Sveciam mediam a Smolandia et Blekingia ad Bahusiam, Vermlandiam, Dalecarliam mediam, Medelpadiam et Gotlandiam passim.

Arbor mediae magnitudinis omnique respectu inter proximas media, etiam loco quare saepe svecice *Svensk Oxel.* Folia saltem tres uncias longa; petiolis fere uncialibus. Cyma plus quam palmam lata. Baccae nostratibus sapidae, nec acerbae.

534. SORBUS *hybrida:* foliis basi pinnatis sursum pinnatifidis serratis subtus cinereo-tomentosis. *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 684. *ed. Willd.* 2. *p.* 1008. *mant. p.* 397 *dec. ups.* 2. *t.* 6. *Flor. Dan. t.* 301. *Retz. oec. p.* 694. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1805. *p.* 131. *Ahlquist runst. p.* 18

Cratægus Aria γ fennica *Linn. svec. n.* 433. *faun. svec. app. p.* 557. (hybrida).

Hab. in pratis insularum orientalium passim, ut Gotlandiæ ad Eista, Östergarn, Bunge, Fårö, Carlsö etc. Oelandiæ ad Runsten.

Utpote nostrarum maxime orientalis *Finsk Oxel* dicitur. Arbor elatior, ramis tenuioribus. Folia tum magnitudine ac incisuris foliis Sorbi aucupariae non dissimilibus (unde *Rönn-Oxel* nonnullis dicitur), plerumque quatuor uncias longa, inferne omnino ad costam mediam vel petiolum communem divisa in pinnas duas quatuorve distinctas. Cyma etiam magis divisa et Baccae minores, acerbiores.

535. SORBUS *aucuparia:* foliis pinnatis; foliolis subapproximatis serratis basi rotundatis, fructu baccæformi. *Linn. svec. n.* 435. *spec. pl. ed. Willd.* 2.

p. 1008. *Fl. Dan.* 6. *t.* 1034. *Sv. Bot. t.* 145.
rus). *Wahlenb. lapp. n.* 254.
(β. foliolis divisis. *Wahlb.* in *Hising. norrig. p*
Hab. in pratis et sylvis præcipue regionum sylve
um et montosarum usque ad alpes Lapponicas
que frequenter.

Arbor praecedentium apud nos maxima maximeque e
sa et divisa; ramis demum fere pendentibus, Svecis *Rön*
Gothis *Runn.* Foliorum ultimae pinnae non raro conn
immo in Norvegia omnes divisae. Cyma maxime sup
composita plusquam palmam lata, alba, odora. Baccae r
res magnitudine tantum pisi, aciditate valde austera.

201. MESPILUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 857. *Lindley pomac.* (cum Cotoneastro).

Calyx persistens demum baccatus; laciniis quinque
iam baccatis inflexis. Petala quinque minora. S
num nuculæ calycis lateri interiori tantum adfixæ,
terum liberæ, nudæ sed calycis laciniis inclusæ,
intus styliferæ, primum nucleis binis foetæ. — *I*
tices floribus plus minus racemosis, foliis indi
utplurimum integerrimis primum conduplicatis.

556. MESPILUS *Cotoneaster:* foliis ovatis integerr
subtus tomentosis, racemis subtrifloris glaberri
Linn. svec. n. 438. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 1
it. vestrog. p. 39. *gotl. p.* 70. 131. 168. *Sv.*
t. 295. *Flor. Dan. t.* 112. *Kalm bohusl.* p.
Bjerkand. Vet. Ac. Handl. 1776. *p.* 81. *Wahl*
ib. 1809. *p.* 217. — 1811. *p.* 24. *Hartm. ib.*
p. 123. 134. — 1814. *p.* 113.
β. nigra: baccis nigris paullo majoribus. *Wa*
gothob. p. 53. *Hising. norrig. p.* 37.
γ. lutea: depressa subspinescens. *Fries nov. p*
halland. p. 83.
δ? eriocarpa? *Linn. it. gotl. p.* 235.
Hab. in pratis rupestribus et glareosis præcipue
gionum campestrium et littoralium a Scania ad
husiam, Vestrogothiam inprimis formationis tra
tionis et Uplandiam frequenter, dein vero vix
in formatione transitionis Jemtlandiæ usque ad Å

skulas vel potius alpes Humldrne dictas; β et γ in extimis oris maris occidentalis extra Götheborg in Donsö et Hallandiæ in Näset ad Varberg; (δ contra Gotlandiæ).

Frutex longe a praecedentibus recedens, laxus, flexilis; ramis fuscescentibus. Folia primum extus sericeo-albicantia (fere ut in Cydonia, unde nomen), dein superne saturate viridia, magnitudine vix unciali. Flores semper globosi; petalis vix exsertis conniventibus albescentibus. Baccae quoque valde singulares, piso non majores, vulgo cinnabarinae (Uplandis *Oxbär*), sed ad mare occidentale variis coloribus ludentes fere ut in Solano nigro.

ORD. PENTAGYNIA.

202. PYRUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 858. Juss. gen. p. 371. (cum Malo).

Calyx persistens, quinquefidus, concavus. Petala quinque. Styli basi villosi. Pomum evidenter quinqueloculare: loculamentis undique conjunctis cartilagineisque dispermis; seminibus plano-convexis majoribus. — *Arbores floribus quodammodo sessiliter umbellatis, foliis indivisis tenuiter serratis primum utrinque involutis.*

567. PYRUS *communis*: staminibus pistillisque distinctis, pomo turbinato, foliis ovatis serrulatis lævibus. *Linn. svec. n.* 436. *spec. pl. ed. Willd.* 2. p. 1016. *am. ac.* 5. p. 192. *it. scan.* p. 280. *gotl.* p. 241. *Engl. Bot.* 25, *t.* 1784. *Fischerstr. mål. p.* 264.
Hab. in sylvis Gotlandiæ omnino fera et spinescens, celerum prope pagos præsertim monasteria antiqua a Scania ad Uplandiam ex. gr. ad Skokloster et Arnö Upsaliæ passim (ut videtur inquilina facta).
Arbor magna torulosa, interdum eximie spinescens, Svecis *Vild-Päron.* Floret paullo ante sequentem, sed fructum austerum sero maturat.

568. PYRUS *Malus*: staminibus basi dilatatis conniventibus circa pistilla inferne coalita, foliis ovato-oblongis serratis rugosis. *Linn. svec. n.* 437. *spec. pl. ed. Willden.* 2. p. 1017. *am. ac.* 5. p. 192. *it. scan.* p. 59. 592. *gotl.* p. 61, 146. *westgoth.* p. 23, 51, 67.

93. *Sv. Bot. t.* 229. *Flor. Dan. t.* 1101. *Wa-lenb. ups. n.* 321

Hab. in pratis et sylvis frondosis Sveciæ tempera-ris usque ad Upsaliam frequentius.

Arbor mediae magnitudinis, firma, Svecis *Skogsapel* *Vildapel.* Flores primum rosei pulcherrimi. Poma p- plerumque acidissima svecice *Suräplen*, rarius magis aus- *Beskäplen.*

ORD. POLYGYNIA.

203. SPIRÆA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 862. Juss gen. p. 375. Gærtn fr. 1. p. 336. t. 6

Calyx quinquefidus, patens. Petala quinque. Caps- superæ, (in nostris spec. herbac.) circiter decem, m-nospermæ, non dehiscentes — *Herbæ foliis pinna- floribus albis cymosis, radice perenni.*

559. SPIRÆA *Filipendula:* foliis interrupte pinna- foliolis lateralibus terminalique subuniformibus ctinato-incisis glabris, floribus cymosis, capsulis ctis. *Linn. svec. n.* 459. *spec pl. ed. Willd.* 2 1061. *it. vestrog. p.* 39. *Sv Bot. t.* 154. *Fl. D t.* 635. *Samz. neric. p.* 42. *Wahlenb. Vet. Handl.* 1809. *p.* 218. — 1811. *p.* 26

Hab. in pratis siccis apricis et ad agros præcipue gionum campestrium a Scania ad Bahusiam, strogothiam, Nericiam, Vestmanniam (usque Skinskatteberg) et Gestriciam frequenter; raresc in Smolandia montosa jamdudum observavit *Li*

Radix passim dilatata in tubercula farinosa vel po amygdaloidea praecipue autumno sapida, Svecis Uplan *Brudbröd*, aliis *Galtbröd*, *Galteknappar*. *Svinmand So-malla, Somilla, Ormylja, Svinkräsla.* Herbae, rumque pedalis, rami et flores extus rubent, unde e Svecis rarius *Röd-stenbräcka.* Flores plerumque solstiti

560. SPIRÆA *Ulmaria:* foliis interrupte pinnatis: pari majori trilobato, cymis proliferis, capsulis c tortis. *Linn. svec. n.* 440. *spec. pl. ed. Willd p.* 1061. *Sv. Bot. t.* 189. *Fl. Dan. t.* 547. *W lenb. lapp. n.* 255.

Hab. in pratis et pascuis humidis vulgatissima per totam Sveciam vix alpibus exceptis.

Herba plerumque bipedalis, foliis plerisque caulinis subtus albescentibus, rarius utrinque viridibus; pinnis circiter digitum latis. Flores paullo ante foenisecium explicati, eximie fragrantes, unde Dalis *Luktgrås*, cerevisiae aliisque potulentis adduntur quare *Ölgräs*, *Mjödört*, *Mjörtgräs*, *Byttegrås*, *Karsört*, *Karsöta*, vel ob locum *Kallgräs*, *Älskogsgrås*; quia alcibus accepta *Elggräs*; Gotlandis *Brake*.

204. ROSA.

Linn gen. ed. Schr. n. 263. Juss. gen. n. p. 371. Gaertn. fr. 1. p. 347. t. 73.

Calyx urceolato-ventricosus; limbo quinquepartito: laciniis binis ternisve exterioribus alternis majoribus. Petala quinque maxima. Semina numerosa, ossea, strigosa et inter se libera, sed inclusa calycis ventre carnoso baccato, e cujus fauce styli liberi elongati exeunt. — *Frutices grandiflori aculeati svecice* Törnbuskar, *foliis æqualiter pinnatis.*

561. ROSA *rubiginosa:* fructibus oblongis, aculeis compressis aduncis, foliolis glabriusculis subtus glanduloso-rubiginosis duplicato-serratis. *Linn. mant. p.* 564. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 1073. *it. scan. p.* 277. *Jacqu. austr.* 1. *p.* 31. *t.* 50. *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 121. *Wahlb. gothob. p.* 54. *Nov. Act. Ups.* VIII. *p.* 218.
R. Eglanteria *Sv. Bot. t.* 463. *Afz. ros. svec. p.* 4.
R. svavifolia *Flor. Dan. t.* 870. *Fries hall. p.* 85.
β. inodora: R. inodora *Fries nov. p.* 9 33. *halland. p.* 85.

Hab. in lapidosis collibus regionum vel campestrium vel littoralium ut Scaniæ ad Falsterbofyr copiosissime, Hallandiæ meridionalis, Bahusiæ ad Götheborg, Vestrogothiæ in Kinnekulle etc. Ostrogothiæ in Omberg etc. Gotlandiæ ad Lummelund, Oelandiæ ad Borgholm, Uplandiæ in confiniis lacus Mälaren etc. β. in Hallandia boreali ex. gr. ad Skorrby.

Frutex habitu et aculeis magnis sequenti simillimus, sed

odore svavissimo fere Malorum e glandulis foliorn
larum etc. pernotabilis, unde Svecis *Lukt-Törne*
geltorn, perverse *Eglantyr* vel *Nejlantyr.* Ca
niae exteriores insigniter pinnatifidae. Petala ser
ante foenisecium explicantur, minora, sed satu
venosa.

562. ROSA *canina:* fructibus oblongis læviuscu
leis compresis aduncis, foliolis glabris a
carinatis serratis. *Linn. svec. n.* 441. *spe*
Willd. 2. *p.* 1077. *it. scan p.* 6. 134. 159.
p. 40. *Afz. ros. sv. p.* 1-58. *Fries nov*
Wahlenb. ups. n. 325. *Vet. Ac. Handl.*
217. *Bjerkand. ib.* 1776. *p.* 82. *Samz. ne*

α. virens: foliis nitentibus subcoloratis pe
que glaberrimis. *Wahlenb. ups. l. c. Vet. Ac*
1811. *p.* 35. *Afz. ros. svec. p.* 48. *n.* 5.
R. Swartziana *Sv. Bot. t.* 541. *Fries ha*
87. *nov. p.* 34.

β. glaucescens: foliis non nitidis pedun
sæpe hispidis. *Linn. it. vestgoth. p.* 55.
Bot. t. 29 et 475. (form. min. nom. R. sen
et 577. (R. Acharii) *Flor. Dan. t.* 555.
R. Afzeliana *Fries halland. p.* 86.

Hab. ad sepes, vias, solo elevato præcipue r
campestrium et littoralium a Scania ad Ba
Vestrogothiam, Nericiam et dein prope m
entale (var. α) usque ad Angermanniam me
lem frequenter.

Frutex extensus arcuatusque; ceterum molestus
magnis aduncis, quare etiam svecice *Hund Törne*,
Hyfventorn, Blekingis *Hibentorn.* Petala solstiti
jora magisque albicantia quam in ceteris. Fructus
tia firmior sed gratius acidula, unde Svecis notior
vel *Nypon*, Gothis *Gjöpon* vel *Kypon*, Roslagis
Helsingis *Klångon.* — Ceterum valde variat et i
in sequentem abire videtur.

563. ROSA *collina:* fructibus oblongis læviuscul
dunculis hispidis, aculeis curvulis, foliolis
villosis simpliciter serratis. *Jacqu. austr.* 2.

Willd. spec. pl. 2. p. 1078. Engl. Bot. 271 & 1895. Wahlenb. ups. n. 526. Fries nov. p. 52.
R. campestris *Fries halland.* p. 86.
β. foliis utrinque villosis. *Wahlenb. l. c.*
γ. coriifolia: fructibus rotundatis, foliis crassioribus. R. coriifolia *Fries halland.* p. 85. *nov.* p. 33. *Ahlquist runst.* p 18. (R. sepium)

Hab. in collibus apricis regionum campestrium plurium provinciarum usque ad Uplandiam passim; γ in provinciis meridionalioribus ut Hallandiæ, Smolandiæ, Ostrogothiæ, Oelandiæ.

Frutex inter proximos quasi medius; habitu plerumque sequenti similior, sed fructibus praecedenti affinior, qui praecipue in γ una cum foliis crassiores subcoriacei duri.

564. ROSA *villosa:* fructibus subglobosis hispidulis mollibus, aculeis rectiusculis, foliolis ovalibus utrinque villosis dupplicato-serratis glandulosisque. *Linn. svec. append.* n. 1295. *spec. pl. ed. Willden.* 2. p. 1069. *Sv. Bot.* t. 513 *et* 571. *Fl. Dan.* 9. t. 1458. *Afz. ros. svec.* p. 5. *Wallroth ann.* p. 61. *Wahlenb. lapp* n. 257. *Vet. Ac. Handl.* 1809. p. 218. *Hartm. ib.* 1814. p. 98.
R. tomentosa *Smith.* — *Fries halland.* p. 85.
β. pomifera: fructu majore initio spinosiore, foliis sparsius villosis. R. villosa *Smith. engl. fl.* 2. p 581.
γ. subrubiginosa:

Hab. in pratis et pascuis glareosis fere omnium provinciarum a Scania ad Bahusiam, Vermlandiam inprimis juxta fodinas ex. gr. Persbergenses, et dein usque ad Jemtlandiam frequenter; postea vero non nisi ad mare septentrionale Nordlandiæ; β in provinciis meridionalioribus usque ad Ostrogothiam; γ Oelandiæ ad Räplinge.

Frutex humilior saepe tantum pedem unum alterumve altus, rigidior et facie torva subcanescente. Calycis foliola fere semper indivisa, dorso eximie glanduloso-hispidula. Petala obstitialia intense rosea, minora quam in proximis. Fructus vero latiores quam in omnibus ceteris; praecipue in β interdum magnitudinem pomorum minimorum attingant.

565. ROSA *spinosissima:* fructibus superne depress
lævissimis mollibus, aculeis stipularibus rectis sp
nulisque stolonum creberrimis deciduis, foliolis e
lipticis subtus cinereis simpliciter serratis. *Lin*
svec. ed. 1. *n.* 407. *ed* 2. *n.* 442. *am. ac.* 8. *p.* 3
5. *p.* 220. *Sv. Bot. t.* 553. (R. cinerea). — *Af*
ros. svec. p. 3. 59.
R. majalis *Retz. obs.* 3. *p.* 33. *Wahlenb. lapp.*
256. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 160.
R. cinnamomea *Smith Engl. Bot.* 34. *t.* 2388 *Fr*
halland. p. 84. *Flor. Dan. t.* 1214. 860 *et* 86
β fructibus basi elongatis. *Flor. ups. p* 171.
Hab. locis magis occultis passimque subhumidis sy
vestribus fere omnium provinciarum, procedens i
primis juxta fluvios maximos usque ad Vermla
diam mediam (ad Uddeholm), Dalecarliam prope C
resjö, et per sylvas Norrlandicas nec non Lappon
cas ultra lacum Enareträsk frequenter.

Frutex primum propullulans quam creberrime spinulis grac
libus (nec aculeis ullis) hispidus, adeo ut nomen Linnaei op
me significans nisi in spinulosam vertendum; sed demu
in adulto statu rami graciles, non nisi aculeolis stipularib
parum evidentibus praediti. Color ramulorum quodammo
cinnamomeus, sed odor vix ullus in toto frutice omnimo
miti. Folia etiam superne omni nitore destituta, exim
mollia et flexilia. Petala paullo praecociora quam praecede
tium, intus saturatius rosea, sed extus evidenter pallidio
Fructus molliores quam in omnibus praecedentibus, un
Uplandis *Smórnjupon*, etiam minores circiter quinque
neas lati et iisdem plerumque breviores ut subcaseiformes

205. RUBUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 864. *Juss. gen. p.* 374. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 350. *t.* 73

Calyx patens, quinquefidus. Petala quinque. Semi
baccata (indumento succoso), stylis interstincta, co
lecta supra receptaculum exsuccum conicum in ba
cam compositam. — *Suffrutices aculeati foliis ina*
qualiter pinnatis n. 566-569. *vel herbæ subinermes r*
dice perenni repente foliis ternatis divisisve n. 570-57

566. RUBUS *fruticosus:* caule suffruticoso adscenden

angulosom: aculeis aduncis foliisque quinatis subtus subtomentosis; foliolis lateralibus subpetiolatis, baccis polyspermis (glabris). *Linn. svec. n.* 444. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 1084. *it. vestrog. p.* 135. *scan. p.* 139. 272. *am. ac.* 5. *p.* 221. *Kalm bohusl. p.* 75. 83. 96. 124. 129. 138. 183. 187. 221. 235. *Wahlb. gothob. p.* 54 *Ahlquist runst. p.* 19.

β. canus: foliis subtus albo-tomentosis angustioribus. R. fruticosus *Smith Engl. Bot.* 10. *t.* 715.

γ. intermedius: minor, baccis non sapidis. *Wahlberg l. c. p.* 57.

Hab. locis apricis ad oras maritimas Sveciæ meridionalioris: α optimus inter Strömstad Bahusiæ et Götheborg, dein sæpius γ per Scaniam orientalem ex. gr. *Tjörndalalund, Blekingiam ex. gr. ad Carlshamn, Calmariensem regionem, Ostrogothiam ex. gr. extra Söderköping ad Mäm, Eknö etc., usque ad Landsort et Stockholm; maxime autem canescens β Oelandiæ ad Fretum Calmariense inter Färjestaden et St. Rör nec non ad Vestervik.

Suffrutex caulibus arcuatim extensis, saepe digitum minorem crassis, eximie angulatis ob aculeos validos compressos. Folia crassiuscula praecipue in β. Flores petalis rubicundis latioribus. Baccae insignes atrae sapidissimae svaveolentes Gothoburgis *Brombär* vel *Brambär* (Anglorum *Bramble-berry*), Bahusiis *Björnbär*; sed praecipue in γ minus acceptae vix sapidae.

567. RUBUS *corylifolius*: caule suffruticoso subprostrato subangulosoo: aculeis rectiusculis foliisque quinatis subtus glabriusculis; foliolis lateralibus subpetiolatis, baccis pubescentibus: acinis paucis. *Smith Engl. Bot.* 12. *t.* 827. *Sv. Bot. t.* 187. (excl. bacca). *Wahlb. gothob. p.* 56. *Fries halland. p.* 87. *nov. p.* 53. *Ahlquist runst. p.* 19.

Hab. in nemorosis montosis intra præcedentem præcipue per provincias occidentales ex. gr. ad Götaelf prope Wenersborg, et paullo magis septentrionem versus ex. gr. in Grötön et Koön ad Marstrand Bahusiæ, etiam Hallandiæ, Oelandiæ adjacentisque Smolandiæ ex. gr. ad Vexiö (*Linn. it. gotl. p.* 36).

Suffrutex caulibus gracilioribus, foliis tenuioribus magi membranaceis, floribus albidis angustioribus, baccis acid non sapidis ab incolis spretis; itaque forsan forma macrio sterilescens praecedentis ob defectum aëris maritimi.

568. RUBUS *cæsius:* caule frutescente prostrato tere cæsio: aculeis rectis, foliis ternatis pilosiusculis: fo liolis lateralibus sessilibus bilobis. *Linn. svec.* n 445. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1084 *Sv. Bot.* 241. *Flor. Dan. t.* 1213. *Kalm bohusl. p.* 13 *Samz. neric. p.* 43. *Wahlenb. Vet. Ac. Hand* 1809. *p.* 217. *Bjerkander ib.* 1776. *p.* 84.
ß. R. hirtus *Aspegren bleking. p.* 37. (*nec Kitaibel*).
Hab. in dumetis præcipue ad mare vel lacus maxi mos a Scania ad Bahusiam summam, Vermlandiam infimam prope lacum Venern, Nericiam et Upsa liam juxta Mälaren nec non Roslagiam frequenter.

Frutescentes caules flagelliformes, passim radicantes, agri colis regionum meridionalium invisi nomine *Åkerrefva* ve *Käringtarmar*, plerumque penna gallinacea non crassiore Folia semper utrinque viridia. Calyx acuminibus longioribu quam praecedentium. Petala alba undulata calyce multo ma jora. Baccae nigrae rore glauco superfusae, debilius acidula parum curantur incolis *Blåhallon*, Uplandiae *Kalfhjortron* Gotlandiae *Psalmbär* e. s. p.

569. RUBUS *idæus:* caule suffrutescente tereti spinulo so, foliis quinato-pinnatis ternatisque subtus nivei petiolis canaliculatis. *Linn. svec. n.* 446. *spec. p ed. Willd.* 2. *p.* 181. *Sv. Bot. t.* 181. *Flor. Dan t.* 788. *Wahlenb. lapp. n.* 258. *Hartm. Vet. Ac Handl.* 1818. *p.* 136.
Hab. in lapidosis præcipue sylvestribus totius Sveciæ alpibus tantum exceptis, frequenter.

Caules suffrutescentes vix plus quam biennes, quamqua saepe orgyalis altitudinis. Folia superiora tantum ternata foliolis rhombeo-ovatis. Flores solstitiales; petalis albescen tibus calyce non longioribus. Baccae rubrae, odorae Svec *Hallon* i. e. *Hallbär*, Gothis occidentalibus *Bringbär* v *Brinkbär*, Scanis *Hingbär*, Dalis *Fallbär*, Jemtland *Brännbär*.

1230. RUBUS *saxatilis:* flagellis herbaceis reptantibus hispidis, foliis ternatis glabriusculis, petalis lanceolatis. *Linn. svec. n.* 447. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1088. *Sv. Bot. t.* 349. *Fl. Dan. t.* 134. *Wahlenb. lapp. n.* 259.

Hab. in lapidosis et saxosis per totam Sveciam ut præcedens ubique.

Flagellis longissimis sterilibus reptat, sed caules ipsi fertiles tantum spithamae altitudinis pauciflori. Petala alba, erecta inconspicua. Baccae rubrae parum sapidae; acinis paucissimis, binis ternisve Svecis *Jungfrubår* vel *Mariebår*, contracte *Majbår*, Dalis *Stenbår*, aliis *Fogelbår*, Scanis *Kobår*, Smolandis *Klasbår*, *Klason*, V.Bottn. *Tågbår*.

1231. RUBUS *arcticus:* caule herbaceo unifloro, foliis ternatis. *Linn. svec. n.* 448. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 1088. *Sv. Bot. t.* 26. *Flor. Dan. t.* 488. *Wahlenb. lapp. n.* 260. *Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 29. *Hartman ib.* 1818. *p.* 124. 128. *Hülphers dal. p.* 242. 615.

Hab. locis occultis roridis per oram maritimam Vestrobottniæ et Norrlandiæ usque ad Hudiksvall frequentissime et baccas optime maturans; alias plerumque sterilis per Lapponiam usque in subalpina loca ubique, ut etiam in convallibus inferalpinis sylvaticis Finmarkiæ, (sed de cetero Norvegico latere alpium non occurrit, neque in Jemtlandia); ab altera parte versus meridiem recedit usque ad Gefle Gestriciæ, Fahlunam Dalekarliæ et summum finem Elfdaliæ Vermlandicæ.

Caules circiter spithamam alti, stipulis herbaceis. Foliola inæqualia et inaequaliter serrata. Flores rosei, vernales. Baccae rubro-violaceae, svaveolentes et sapidissimae Norrlandis *Åkerbår*, Helsingis interdum *Jungfrubår*, Dalecarlis *...tbår*.

RUBUS *Chamæmorus:* caule herbaceo unifloro, foliis simplicibus lobatis, floribus subdioicis. *Linn. svec. n.* 449. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1090. *it. vestrog.* 82. 115. (*scan. p.* 39. 52). *Sv. Bot. t.* 469. *Fl. Dan. t.* 1. *Wahlenb. lapp. n.* 261.; ups.

n. 522. *Carls. strengn. p.* 30. *Samz. neric.* p. *Wahlb. gothob. p.* 58. *Fries halland. p.* 88. *L scan. p.* 38. *n.* 80.

Hab. in paludosis et uliginosis subalpinis inde a r septentrionali et dein per paludes omnes totius L poniæ et Norrlandiæ frequentissime; ut etiam paludibus profundis sylvaticis totius Sveciæ reli passim usque ad Scaniam sylvaticam prope M (desideratur tantum in insulis Gotlandiæ et Oe diæ aliisque maxime campestribus locis calce tr itionis substratis.)

Caules inferne tantum squamosi, superne foliis duo tribusve rugosis. Flores mense florescentiae nitent pe albissimis calyce duplo majoribus. Baccae maximae h generis primum firmae rubentes Svecis *Hjortron* (Jutla *Hiouttinger*), demum molles lutescentes Gothis plerum *Multer* vel *Multebär*, Dalecarlis *Myrbär*, *Moyrbär*, strobottnensibus *Snotter*.

206. FRAGARIA.

Linn gen. ed. Schr. n. 865. *Juss. gen. p.* 374. *Gartn. fr. I. p.* 350. *t.*

Calyx decemfidus: laciniis alternis minoribus. Pe quinque. Receptaculum baccatum demum a cal separabile, semina nuda ovata lævia superficialia rens. — *Herbæ radicibus perennibus, sarmentis l gis, foliis ternatis, floribus albis.*

573. FRAGARIA *vesca:* calyce fructus reflexo, fo lorum serratura extima longiore, pubescentia pe lorum patentissima. *Linn. svec. n.* 450. *spec. ed. Willd.* 2. *p.* 1090. *Wahlenb. lapp. n.* 262. *terstedt res.* 2. *p.* 128. 59. *Hartm. Vet. Ac. Ha* 1818. *p.* 136.

* strigosa, sterilescens, petalis rubicundis. *F halland. p.* 88.

β. elatior: pubescentia etiam pedunculorum pat tissima, fructu magis adhærente. *Sv. Bot. t.* F. elatior *Fries halland. p.* 89. *nov. p.* 115.

Hab. in campis sylvestribus apricis vulgatissima totam Sveciam, Lapponiis Svecicis tantum excep ubi uno alterove loco solummodo lecta est;

maritimis Hallandiæ, Oelandiæ; β in provinciis meridionalibus ut Scaniæ, Hallandiæ, Smolandiæ, Oelandiæ etc.

Folia subtus ad costas sericeo-nitentia. Flores patentissimi. Baccae ad foenisecium maturae a calyce reflexo minore facile separandae, praecipue in adustis sylvaticarum regionum odoratissimae Svecis *Smultron*, Gothis *Jordbär*, Gotlandis *Rödbär*, Norrlandis *Snuggbär*.

594. FRAGARIA *collina*: calyce fructus erecto, foliolorum serratura extima proximis breviore, pubescentia petiolorum patentissima. *Willden. spec. pl.* 2. p. 1093. *Sv. Bot. t.* 548. non opt. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1389. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1805. p. 132. *ups. n.* 354. *Ahlquist runst. p.* 19. *Retz. oec. p.* 262. *Wahlb. gothob. p.* 59. *Web. et Mohr reis. p.* 96.

F. vesca γ *Bjerkand. Vet. Ac. Handl.* 1776. p. 81.

Hab. in collibus aliisque locis meridiei bene expositis per provincias calce transitionis substratas, ut Gotlandiæ, Oelandiæ, Blekingiæ, Scaniæ, Vestrogothiæ in Falbygden et Kinnekulle ad lapidem suillum frequenter; ut etiam in aliis regionibus valde campestribus ut Ostrogothiæ et in confiniis lacus Mälaren passim copiose; sed de cetero non nisi in maritimis ex. gr. Bahusiæ rarius, Hallandiæ, Blekingiæ.

Herba saepe minor, sed praecipue calyces majores baccas pendulas amplectunt et tegunt, (unde Vestrogothis *Hattebär*), quae non nisi difficulter separantur, quare Scanis *Smållon*, Gotlandis *Najkon*; Bahusiis *Backbär*. Paullo dulciores sunt hae baccae, sed vix odorae.

207. POTENTILLA.

Linn. gen. ed. 6. *n.* 634. *Juss. gen. p.* 374. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 349. *t.* 73. (Pentaphyllum.)

Calyx patens, decemfidus; laciniis alternis minoribus. Petala quinque. Receptaculum exsuccum, tuberculatum: seminibus rugosis. — *Frutex vel plerumque herbæ radice perenni, stipulis imo petiolo adnatis,*

foliis compositis, *floribus utplurimum luteis* (in 576. *albis*).

575. POTENTILLA *fruticosa:* foliis quinato-pinna foliolis integerrimis, caule fruticoso. *Linn. s n.* 451. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 1094. *n.* 1. *α. oel. p.* 65. 71. 81. 84. 91. 92 94. *Sv. Bot. t.* (*Wahlb. gothob. p.* 60). *Ahlquist Vet. Ac. Ha* 1821. *p.* 300. *Wahlenb. ibid. p.* 316.

Hab. locis subuliginosis duris Oelandiæ me dionalis a Thorslunda et Gårdby usque ad an lum australem tum in Alfvaren tum infra Lar borgen frequenter; (in colle ad Gunnebo Got burgi forsan adventitia).

Frutex circiter bipedalis, notissimus Oelandis nomine (forsan quia solum sterilissimum indicat). Foliorum par fimum tantum separatum est, sed alterum decurrit in pe lum communem; foliola unciam non longa. Stipulae riosae, rufescentes. Flores fere cymosi, flavi, versus tumnum explicati. Receptaculum valde villosum; villis iam in basin et dorsum seminis adscendentibus.

576. POTENTILLA *rupestris:* foliis pinnatis: foli subseptenis distinctis ovatis crenatis, caule ere *Linn. svec. n.* 453. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 1 *it. vestrog. p.* 63. 76. 84. *Jacqu. austr. t.* 114. *Bjerkander Vet. Ac. Handl.* 1776. *p.* 81. *Wa gothob. p.* 60. *Fries halland. p.* 89.

Hab. in strato calcareo præcipue vero lapidis s montium transitionis Vestrogothiæ scil. Ki kulle, Billingen ex. gr. ad Varnhem, Mösseb Alleberg, Gisberg etc. frequenter; celerum non in rupibus maritimis inter Götheborg et Kun backa, nec non in Smolandia orientali Holtsby paroeciæ Alsheda rarius.

Radix multiceps. Folia pleraque radicalia; petiolis m ma parte nudis. Caulis pedalis et paullo ultra, vix quam uno folio minore instructus, superne cymosus. F circiter decem, albidi, initio aestatis obvii. Semina fu scentia, obsolete venosa.

577. POTENTILLA *Anserina:* foliis interrupte

natis: foliolis argute serratis subtus sericeis, caule repente, pedunculis unifloris. *Linn. svec. n.* 452. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 1095. *Sv. Bot. t.* 152. *Flor. Dan. t.* 544. *Hising. herjed. p.* 50. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 57. *lapp. n.* 263.

Hab. in pascuis depressis ad vias, domos etc. per Sveciæ provincias omnes a Scania ad Bahusiam. Vermlandiam Vestmanniamque ferrimontanam et Herjedaliam inferiorem frequenter; denique vero vix nisi in maritimis sinus Bottnici Vestrobottniæ meridionalis et ad mare septentrionale Nordlandiæ Finmarkiæque.

Caules omnino sarmentosi, filiformes, rubentes. Folia radicalia saepe spithamam longa, in solo argillaceo aprico utrinque argentea (Uplandis *Silfverört*, Nericiis *Fårtunga*, aliis *Gåsgrås*, *Nippramgrås*). Pedunculi foliis breviores nudi. Petala aestivalia, obovata, insignia.

578. POTENTILLA *reptans:* foliis quinatis cuneiformibus, caule reptante, pedunculis unifloris axillaribus. *Linn. svec. n.* 456. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 1108 *it. gotl. p.* 152. 227. *Flor. Dan. t* 1164. *Leche scan. p.* 58. *n.* 83. *Ahlquist runst. p.* 19. *Fries halland. p.* 89. *Samz. neric. p.* 44. *Wahlenb. ups. n.* 539. *Carls. strengn. p.* 51. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 123.

Hab. solo margaceo depresso ad vias, agros regionum campestrium præcipue orientalium, ut Scaniæ (adjacentisque Hallandiæ), Gotlandiæ, Oelandiæ, Nericiæ, circa lacum Mälaren ad Upsala, Strengnäs etc. frequenter; denique Gevaliæ.

Caules valde sarmentosi, toti filiformes. Folia radicalia longius petiolata. Pedunculi petiolis duplo longiores, omnino nudi. Petala ad solstitium et foenisecium explicata.

579 POTENTILLA *argentea:* foliis omnibus quinatis lanceolato-cuneiformibus incisis subtus niveis, petalis calycem subæquantibus, caule erectiusculo. *Linn. svec. n.* 454. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 1101. *Fl. Dan. t.* 865. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 57. *Læstadius ib.* 1822. *p.* 341.

β. virescens: foliis etiam subtus virentibus paullo

latioribus. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p* 21
239. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1821. *p.* 316.
P. argentea *β* sordida *Fries nov. p.* 89. — P. G
theri *Lehman potent. p.* 97. *t.* 10.
*? magis grandiflora brevifolia. P. collina *Leh*
potent. p. 99. *Fries nov. p.* 88. *Aspegr. blek. p*
Hab. locis siccis apricis ad vias, in muris, rude
per Sveciæ provincias a Scania ad Vermlandi
Vestmanniam et Dalecarliam superiorem, nec
prope mare usque ad Umeå Vestrobottniæ frequ
ter; dein non nisi in Lapponia pitensi inferiore
rissime; *β* in maxime campestri et calcarea (
landia ad Borgholm et Runsbäck, nec non G
landia ad Follingbo, Viklou etc., Blekingia
tima rarius; etiam in collibus Upsaliensibus
virescens varietas reperitur.

Radicis caudices tenuiores quam in sequentibus. C
semipedalis et ultra rubicundus. Stipulae apud nos in
sae, rarius uno alterove dente praeditae. Foliola sti
parum latiora, aequalia, unde prae ceteris etiam sv
Femfingersört. Petala post solstitium, calycem parum
cedentia. — Sed in Oelandia etc. foliola latiora undique
rentia.

580. POTENTILLA *verna:* foliis radicalibus qui
obovatis serratis; caulinis ternatis, petalis obco
tis calyce duplolongioribus, caulibus declin
Linn. svec. n. 455. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 1
it. scan. p. 1. 77. *gotl. p.* 20. 72. 227. *Engl.*
1. *t.* 37.
β. major: erectior patentius pilosa. *Wahlenb. l*
n. 264. *Zetterstedt res.* 1. *p.* 259. *Hartman*
Ac. Handl. 1814. *p.* 98. — P. aurea *Flor. Da*
114. (nec Linn.) — P. crocea *Hornem. plant. e*
p. 572. *Lehman potent. p.* 111. — P. alpe
Smith engl. fl. 2. *p.* 418. *Regensb. bot. Zeit.* 1
p. 721.
Hab. in collibus et campis siccis apricis provincia
campestrium præcipue orientalium a Scania ad
strogothiam ex. gr. Kinnekulle, Nericiam, V
manniam ferrimontanam ex. gr. Skinskatteb

Dalecarliam ad Garpenberg et Osmundsberg, Helsingiam (ex. gr. Iggesund) frequenter; dein β non antequam in alpibus Jemtlandicis et Lapponicis nec non locis inferalpinis Norvegiæ adjacentis copiose.

Radix valde multiplex: caulibus divergentibus fere prostratis. Foliola plerumque subcoriacea: pilis simplicibus sparsis. Pedunculi se erigunt et florent primo vere in regionibus campestribus: petalis ad basin fulvescentibus; sed in alpestribus β aestivalis fit et major.

581. POTENTILLA *subacaulis:* foliis radicalibus quinatis obovato-cuneiformibus superne serratis stellulato-canescentibus, petalis calyce majoribus, caule decumbente. *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 715. *mant. p.* 400. *Jacqu. pl. rar.* 3. *t.* 491. *Wahlenb. carp. n.* 510. *Lehman potent. p.* 120. *Regensb. bot. Z.* 1822. *p.* 119.
P. incana *Moench. meth. p.* 279. *Fries nov. p.* 78. *Aspegren bleking. p.* 39 *et XV.*
P. verna *β.* b. *Wallroth sched. crit. p.* 239. —
P. cinerea *Vill.* — *Sering mus. helv. p.* 53.

Hab. in collinis arenosis Smolandiæ meridionali-orientalis ex. gr. ad Braås et Liboholm copiose, Blekingiæ ad Carlskrona.

Praecedenti forsan nimium affinis, habitu magis contracto et superficie quasi e papillis stellatim canescente solummodo differens; quae notae in nostra planta multoties minus evidentes quam in Sibirica.

582. POTENTILLA *opaca β:* foliis radicalibus septenatis lanceolato-cuneiformibus undique serratis pilosissimis, calyce petala subæquante, caulibus decumbentibus filiformibus. *Linn. spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 1103. (*Jacqu. ic. rar.* 1. *t.* 91. *collect.* 1. *p.* 33. *Hall. in Sering. mus. helv. p.* 54. *t.* 4. *f.* 1. major *α*). *Fries nov. p.* 78. *Lehman potent. p.* 105.
P. verna *Flor. Dan. t.* 1648.

Hab. in arenosis lateribus convallium ad fluvios minores Scaniæ occidentalis prope Kjäflinge, Lackalänge etc.

Etiam haec quasi progenies P. vernae, sed ab opposita parte magis in tenuitatem extensa et non nisi pilis longiori-

bus sparsim obsita, inter quos superficies obscurius col eo magis apparet, unde nomen opacae. Foliola vix l duabus latiora, saepe insigniter rubentia. Flores qua tenuitatem pedunculorum rubentium etiam minores.

583. POTENTILLA *nivea:* foliis omnibus ternatis vato-cuneiformibus serrato-incisis subtus ni tomentosis, petalis calyce duplolongioribus, adscendente. *Linn. svec. n.* 458. *spec. pl. ed. W* 2. *p.* 1109. *Flor. Dan.* 6. *t.* 1035. *Wahlenb.* n. 265. *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1822. *p.* *Zetterstedt res.* 2. *p.* 49.

β. pallidior: foliis utrinque viridibus. *Wah* *l. c. Lehman potent. p.* 184.

Hab. locis elevatis humosis ad alpium jugum gla circa lacum magnum Virih-jaur in cacumi variis frequenter, ut etiam ad Torneåträsk; cete non nisi ad Kaafjord sinus Altensis; *β* in inferal Nordlandiæ septentrionalis ex. gr. Tromsöæ.

Radix etiam hujus valde perennis et multicaulis fe in P. verna, cui affinis. Folia fere omnia radicalia, minor et in magis alpino expositoque loco nata est plan subtus albidiora, in occulto primum cinerea, demum i feralpino utrinque viridia fiunt; foliola autem semper esse videntur. Ceterum magnitudine admodum variant tes omnes plantae. Petala semper lutea, sed in exem bus majoribus satis pallida, unde forsan *Gunn. fl.* n. 512. *t.* 3. *f.* 1. non diversa.

β differt tantum ut P. argentea *β* a sua forma p ria; adeo ut hae duae se invicem confirmant. Inter h et *α* *P. macrantha Ledeb.* et *Lehman potent. p.* 18 mnino media.

584. POTENTILLA *norvegica:* foliis omnibus ter foliolo intermedio majore obovato inciso-tri caule erecto folioso superne dichotomo: pedu axillaribus, petalis calycem subæquantibus. *svec. n.* 457. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 1109. (*it* *p.* 422.) *Flor. Dan. t.* 171. *Wahlenb. ups. n* *Fries halland. p.* 89 *Videgren østerg. p.* 29. *gensb. bot. Zeit.* 1822. *p.* 294.

Hab. ad ædes novaccolarum inque cultis præcipue locis carbonariis per provincias alpibus australibus proximas ut Herjedaliam, Dalecarliam et Vermlandiam frequenter; ceterum in agris Nericiæ, Vestmanniæ, Uplandiæ, Ostrogothiæ prope lacum Vettern, in N. Vi, Kisa etc. rarius.

Radix annua, simplex. Planta tota erecta, pedem unum vel alterum alta, undique patenter pilosa, pallidius viridis. Folia pleraque ternata, sed interdum prope radicem quinata, quod tamen luxuria inordinata fieri videtur; fere omnia caulina usque ad dichotomiam caulis adscendentia. Petala pallidius lutea fere tota aestate succedunt.

208. TORMENTILLA.

Linn. gen. ed. 6. n. 635. Juss. gen. p. 374.

Calyx patens octofidus: laciniis alternis minoribus. Petala quatuor. Receptaculum exsuccum, tuberculatum, semina rugosa gerens. — *Herbæ foliis digitatis; stipulis foliaceis a petiolo separatis.*

585. TORMENTILLA *recta:* caule rectiusculo, foliis ternatis; caulinis subsessilibus, calyce petala subæquante. *Linn. svec. n.* 459. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 1112. *it. gotl. p.* 253. *Sv. Bot. t.* 19. *Fl. Dan. t.* 589. *Wahlenb. lapp. n.* 267.

Potentilla Tormentilla *Schreb.* — *Lehm. potent. p.* 149.

β. procumbens: foliis caulinis petiolatis. T. reptans *Flor. Dan. t.* 1217. *Swartz summ. p.* 20. (19) *Aspegren bleking. p.* 39. (nec Linn.)

Hab. in pascuis sylvestribus sterilioribus totius Sveciæ, alpibus tantum exceptis, frequenter; β Blekingiæ maritimæ (et Gotlandiæ?)

Radix valde perennis, torulosa, crassitie digiti minimi, intus rubra, eximie adstringens, Svecis *Blodrot*, *Blodstilla*, Gothis *Rôdrot.* Caules autem filiformes, flaccidi, dichotomi. Foliola lanceolata grosse serrata; stipulis subaequalibus plerumque quadrifidis. Flores aestivales minores; petalis flavis basi saturatioribus. — β caule elongato minus dichotomo, petiolis longitudine foliolorum tantum differt. Flores fere minores quam in α; nec ceterum ad T. reptantem veram accedit.

209. COMARUM.

Linn gen. ed. Schr. n. 869. Juss. gen. p. 374. Gærtn. fr. 1. p. 349. t.

Calyx patens, intus coloratus, decemfidus: laciniis ternis linearibus. Petala quinque calyce triplo b viora. Receptaculum magnum fungosum persist seminibus ovatis lævibus. — *Herba major, foliis p natis, stipulis petiolo omnino insidentibus.*

586. COMARUM *palustre: Linn. svec. n.* 463. *spec. ed. Willd.* 2. *p.* 1119. *Sv. Bot. t.* 310. *Fl. D t.* 636. *Wahlenb. lapp. n.* 269. *Hartm. Vet. Handl.* 1818. *p.* 136. *Ahlquist ibid.* 1821. *p. Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 219.

Potentilla Comarum *Lehman potent. p.* 52.

Fragaria palustris *Crantz st. aust. fasc.* 2. *p.* 7

Hab. in paludibus sylvaticis aquosis per totam S ciam usque in subalpina loca frequentissime; ra scit tantum in provinciis maxime campestribus Gotlandiæ, Oelandiæ etc.

Radix perennis, repens. Caulis adscendens, saepe bi dalis, crassitie pennae anserinae. Folia inferiora pinn foliolis quinque subtus insigniter piloso-glaucescentibus S cis *Kräkklöfver* vel *Kräkfötter.* Flores post solstiti diu explicantur, intus toti inamoene atropurpurei, dem increscentes cum receptaculo seminifero nucis avellanae gnitudine Svecis saepe *Hummeltuppor.*

210. GEUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 867. Juss. gen. p. 374 Gærtn. fr. 1. p. 351. t. 7

Calyx decemfidus; laciniis alternis minutis. Petala qu que. Receptaculum columnare setosum. Semina t minata arista sub apicem uncinatum stylo aucta. *Herbæ radice perenni, foliis inæqualiter pinnatis.*

587. GEUM *urbanum:* floribus planis erectis; petalis e ungviculatis calycem æquantibus, seminum ari rectis stylo glabriusculo multoties longioribus, liis radicalibus lyrato-pinnatis, stipulis caulinis cisis magnis. *Linn. svec. n.* 460. *spec. pl. ed. Wil* 2. *p.* 1114. *it. gotl. p.* 38. 131. *Sv. Bot. t. Flor. Dan. t.* 672. *Kalm bohusl. p.* 139. *San*

neric. p. 44. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 24. *Bjerkander ib.* 1776. *p.* 85.

β. hispidum: totum hispidum, petalis calyce majoribus. *Fries halland. p.* 90. *nov. p* 89. *Forsand. veg. scan. p.* 11. *Aspegren bleking. p.* 40.

γ. hirsutum: totum hirtum, petalis rubicundo-venosis calyce fusco majoribus. *Wahlb. gothob. p.* 60.

δ. intermedium: floribus cernuis majoribus, calyce colorato. *Linn. spec. pl. l. c. Fries halland. p.* 91. *nov. p.* 90. *Willd. hort. ber. t.* 69.

Hab. ad sepes, muros inque dumetis prope pagos in regionibus magis campestribus a Scania ad Bahusiam, Vestrogothiam, Nericiam, Vestmanniam, Dalecarliam inferiorem Hedemoræ (Håkansbo) et Säter copiose, Uplandiam frequenter; β in maritimis extimis Blekingiæ et Hallandiæ; γ et δ tantum Gothoburgi et Hallandiæ in maritimis.

Radix crassitie calami, verno tempore caryophyllorum odore, unde empiricis sveciœ *Nejlikerot*, etiam *Benedictrot*. Herba plusquam pedalis, tota laetius viridis usque in calyces. Petala plerumque post solstitium explicata, flava, ovata. In maritimis praecipue occidentalibus petala et calyx increscunt, rubescunt et ad sequentis speciei quodammodo accedunt, sed ipsa herba et semina minus discedunt.

588. GEUM *rivale*: floribus campanulatis pendulis, petalis ungviculatis calycem æquantibus, seminum aristis tortuosis stylo plumoso vix longioribus, foliis radicalibus interrupte pinnatis, stipulis caulinis minutis subintegris. *Linn. svec. n.* 461. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 1115. *Sv. Bot. t.* 231. *Fl. Dan. t.* 722. *Wahlenb. lapp. n* 268.

Hab. in pratis subhumidis, ad rivulos per totam Sveciam usque ad latera alpium ubique.

Herba vix pedalis; stipulis, caule superiore et calyce rubro-fuscis. Flores singulares rusticis Sveciae *Humleblomster*, *Sammetspungar*, *Fårpungar*, *Fårkummer* etc. Petala per partem priorem aestatis, pallida, venis rubicundis inscripta, sursum valde dilatata.

211. DRYAS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 868. *Juss. gen. p.* 374. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 352. *t.* 74.

Calyx octopartitus: laciniis æqualibus patentibus. Co-

rolla octopetala. Receptaculum depressum la
Semina terminata cauda plumosa. — *Herba*
simplicibus, pedunculis radicalibus unifloris.

589. DRYAS *octopetala:* floribus octopetalis, foli
vatis crenatis. *Linn. svec. n.* 462. *spec. pl*
Willd. 2 *p.* 1118. *laches. lapp.* 1. *p.* 289. *Sv.*
t. 427. *Flor. Dan. t.* 31. *Wahlenb. lapp. n.*
Hartman Vet. Ac. Handl. 1814. *p.* 104.
D. crenata *Retz. diss. fl. scand. suppl. p.* 10.
Hab. locis elevatis succosioribus per omnes alpes
petuam nivem habentes vel etiam maritimas a
markiæ ultimis finibus usque ad Jemtlandiam
que frequenter.

Radix valde perennis, caudicibus numerosis procumb
bus caespitem latum efficiens. Folia parva quatuor
non latiora, subtus niveo-tomentosa. Pedunculus vix
tum longus. Calyx nigro-pilosus. Flos maximus inter
xime affines apud nos, circiter unciam latus, niveus,
valis. Seminum caudae plus quam unciam longae; stig
uncinato, sed sine ulla appendice.

CLASSIS XIII.

POLYANDRIA.

CONSPECTUS.

1. ORD. MONOGYNIA.

Stigma supra radiatum sessile. Petala numerosa - - 212. NYMP
Pet. 4. *Calyx diphyll. caduc.* 215. PAP
Stylus brevis, Calyx diphyllus. Capsula bivalvis - 216. CHELIDO
tetraphyllus. Fructus baccatus - - 217. AC
nullus. Pet. calcaratum. Caps. univ. 218. DELPHI
Stylus longitudine fructus. Caps. triv. Cal. persistens. 213. HELIANTHE
evalvis. Calyx deciduus - - 214. T

ORD. TRIGYNIA.

Petalum suprem. fornicatum includens nectaria bina pedunc. 219. ACON

ORD. PENTAGYNIA.

Nectaria quinque cornuta petalis æqualibus alternantia - 229. AQUIL

ORD. POLYGYNIA.

Capsulæ polyspermæ. Nectaria Petalaque numerosa - - 221. TROLLIUS
nulla. Petala quinque - 222. CALTHA
monospermæ non dehiscentes (utriculares):
Calyx sub 5-phyllus. Pet. ad basin nectarifera 223. RANUNCULUS
sine nectariis - 224. ADONIS
Calyx nullus. Petala lata plerumque sex - 225. ANEMONE
angusta calycina quatuor 226. THALICTRUM

ORD. I. MONOGYNIA.

212. NYMPHÆA.

Linn. gen. ed. Schr. n 886. Juss. gen. p. 76. Gærtn. fr. 1. p. 72. t. 19.

Calyx 4-v. 5-phyllus, intus coloratus. Petala numerosiora. Filamenta introrsum pollinifera (in spec. 1. magis petaloidea, germen adscendentia). Fructus superus baccam exsuccam referens, multilocularis, ovatus, apice coronatus stigmate peltato pluriradiato. — Herbæ *aquaticæ maximæ acaules, radicibus valde perennantibus fere cubitum crassis* (*Gothis interdum Kjäringryggar*), *foliis natantibus suborbiculatis* (*Svecis Näckblad, Sköllblad, Håstskoblad*), *pedunculis radicalibus unifloris nudis, floribus maximis* (*Näckrosor, Åkanna*). — *Ord. nat.* 8. *Tripetaloideæ.*

590. NYMPHÆA *alba:* calyce tetraphyllo, stigmate concavo lobato, foliis cordatis integerrimis subtus discoloribus. *Linn. svec. n.* 470. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 1152. *Decand. prodr. syst. nat.* 1. *p.* 115. *Sv. Bot. t.* 92. *Flor. Dan. t.* 602. *Wahlenb. lapp. n.* 272. *Ahlquist Vet. Ac. Handl.* 1821. *p.* 285.

Hab. in aquis quietis totius Sveciæ usque ad Lapponiam inferiorem frequenter; rarescit Oelandiæ.

Radix horizontalis loco caulis. Folia e fundo emergunt fine mensis frondescentiae, saepe spithamam lata, subtus rubicunda. Flos apud nos facile maximus, sesquipalmam latus, post solstitium supra aquam natans, niveus; petalis sensim in stamina mutatis.

591. NYMPHÆA *lutea:* calyce pentaphyllo concavo petala breviora includente, stigmate plano integerrimo, foliis cordatis integerrimis. *Linn. svec. n.* 469.

spec. pl. ed. Willden. 2. *p.* 1151. *it. scàn. p.* 1 *Sv. Bot. t.* 266. *Flor. Dan. t.* 603. *Wahle lapp. n.* 273.

β. pumila: stigmate radiis eminentibus dentato, ribus minoribus, foliis angustioribus. *Willd. sp pl. l. c.*

N. pumila *Wahlenb. lapp. n.* 274.

Hab. in aquis totius Sveciæ etiam Lapponiæ quous sylvæ exstant frequenter; (non vero in Oelar aliisque insulis aqua dulci pauperioribus). β in viis minimis Lapponiæ Kemensis præcipue lecta

Herba tota fere praecedentis, foliis tantum utrinque dibus, sinu latiori. Flores verum multiplo minores, sub bosi, bipollicares, supra aquam paullo elevati, flavi, od petalis vix plus quam duodecim, spathulatis, gibbis, cal quadruplo brevioribus. — Magnitudine interdum variat ut β vix major Calthâ.

213. HELIANTHEMUM.

Juss. gen. p. 326. Gærtn. fr. 1. p. 371. t. 76. Cisti minores *Linn.*

Calyx persistens, ante explicationem contortus, tripl lus: extrapositis duabus laciniis minutis. Petala qu que. Capsula supera trivalvis, subtrilocularis; dis pimentis e medio latere valvularum seminiferis va incompletis in n. 592. 593, sed omnino completis spec. ult. — *Fruticuli procumbentes; foliis opposi inflorescentia racemosa; floribus lutescentibus. Ord. nat.* 33. *Columniferæ* γ?

592. HELIANTHEMUM *vulgare:* stipulis lanceola foliis oblongo-ellipticis margine revolutis sub stellulato-canescentibus. *Sv. Bot. t.* 391. *Wahle ups. n.* 346. *Decand. prodr. syst. nat.* 1. *p.* 280

Cistus Helianthemum *Linn. svec. n.* 472. *spec. ed. Willden.* 2. *p.* 1209. *it. vestrog. p.* 76. *F Dan. t.* 101. *Fries halland. p.* 92. *Samz. ne p.* 46. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 1 *Bjerkander ib.* 1776. *p.* 80.

β. obscurum: foliis utrinque virentibus. H. obs rum *Persoon synops.* 2. *p.* 79.

γ. petræum: foliis subtus omnino albidis.

Hab. in pratis collinis exaridis regionum campestrium præcipue formationis transitionis et orientalium a Scania et adjacente Hallandia ad Falbygden Vestrogothiæ, Nericiam Vestmanniamque meridionalem et Gestriciam (Gevaliæ rarissime); *β* in Scania frequenter; *γ* Oelandiæ.

Fruticuli rami vix digitalis longitudinis, cinerascentes. Fo-
ia vix duabus lineis latiora. Racemus florens demum erigi-
ur, floribus circiter quinque, eximie solisequiis unde sve-
ice *Solvända*, Blekingis *Helgatrefaldighetsblomma*, post
olstitium successive explicandis eximie flavis, fere unciam
atis. Capsula tres lineas lata, undique pubescens.

593. HELIANTHEMUM *oelandicum*: exstipulatum, foliis lanceolato-ellipticis (utrinque glabris; petiolis ciliatis), calycibus petala subæquantibus. *Sv. Bot.* t. 499. (status maxime vernalis). *Ahlqu. runst. p.* 25. Fr. 167.

Cistus oelandicus *Linn. svec. n.* 473. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 1195. *it. oel. p.* 66. 71. 72. 92. *Ahlquist Vet. Ac. Handl.* 1821. *p.* 298. *Wahlenb. ib. p.* 315. 316.

β. ciliatum: foliis ciliatis. C. lunulatus *Allion auct. p.* 30. *t.* 2. *f.* 3.
(C. oelandicus *Jacqu. austr. t.* 399. est forsan forma autumnalis grandiflora).

γ. canescens: foliis præcipue subtus canescentibus. *Decand. prodr. syst. nat.* 1. *p.* 277. *Fries nov. p.* 115.
C. canus *Linn. spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1191. *Jacqu. austr. t.* 277.

Hab. in Oelandiæ campo illo siccissimo asperrimo Södra Alfvaren dicto ab Ottenby usque ad Thorslunda et Stenåsa copiosissime; dein versus septentrionem rarius ad Åkerby in Runsten, Odensflisor in Högsrum, nec ultra Räpplinge; *β* in cacuminibus editioribus jugi meridionalis Landtborgen et campi Södra Alfvaren; *γ* in Alfvaren juxta S. Möckleby et versus Ottenby passim.

Fruticulus semper tenuior quam praecedens, sed interdum
ngior, inter Juniperos aliquando pedem longus et ultra,
ncque totus glaberrimus, ramis rubicundis, floribus sub-
roceis minoribus. In apricis brevior, magis ciliatus, immo

denique subtus incanus, floribus pallidius flavis praeci autumnum versus majoribus. Itaque species supra cit exterorum conjungere videtur, saltem me judice ad eas accedit ut limites nulli supersint. A praecedente et bene distingvitur parvitate capsulae, linearum duarum tum longae, ejusdemque glabritie in γ tantum aliquan ciliatae.

594. HELIANTHEMUM *Fumana:* exstipulatum, f acicularibus subtriquetris mucronulatis scabriuscu superioribus alternis pedunculos solitarios dis gventibus, calycinis foliolis exterioribus herba acicularibus. *Decand. prodr. syst. nat.* 1. *p.* 27 Cistus Fumana *Linn. svec. n.* 474. *spec. pl.* *Willd.* 2. *p* 1191. *it. gotl. p.* 177. *Jacqu. au* *t.* 252. *Rosén Nov. Act Ups. VIII. p.* 219 *et* 2

Hab. in petra plana calcarea ad oram occident septentrionalem Gotlandiæ passim, ut ⅛ mil. cidentem versus a Bästeträsk paroeciæ Fleringe, paroecia Hangvar ¼ mil. (ONO) a pago St. Ire, sinum Irevik dictum, ad Bredsundsfiskläger par ciæ Väskinde, juxta Wisby inter Kopparvik Wible.

Fruticulus praecedentibus minus affinis, rigidus, inter pennam anserinam crassus; ramis omnibus distichis. F in ramis sterilibus fere imbricata (ut situs reciprocus c spici vix possit), sed in fructificantibus omnino alterna, miuncia non longiora, subglaucescentia. Pedunculi vix p quam duo in quoque ramo simul adsunt, sed apex rami longatur et insequente anno pedunculos floriferos gerit. lycis foliola interiora ante explicationem contorta, ru lineata fere quatuor lineas longa. Corolla testacea. Cap perfecte trilocularis late ovata; seminibus nigris multiplo joribus quam in praecedentibus speciebus.

214. TILIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 894. *Juss. gen. p.* 324. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 150. *t.* 1

Calyx quinquepartitus (intra basin barba nectarifera) ciduus. Petala quinque basi nuda (sine nectariis nostra specie). Capsula supera evalvis initio quinq locularis; semine uno alterove maturescente. —

bor *foliis alternis oblique cordatis, pedunculis in medio bractea magna colorata lineari.* — *Ord. nat.* 53. *Columniferæ y Tiliaceæ.*

595. TILIA *europæa* 1. *borealis:* (floribus nectario petalino destitutis), capsulis membranaceis oblongis difformibus dispermis, petiolis dimidio folio longioribus, foliis profunde cordatis subtus ad basin venarum villosis. *Linn. svec. n.* 471. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1162. *n.* 1. ζ. *it. scan. p.* 50. (*Flor. Dan. t.* 553?) *Wahlenb. ups. n.* 347. *Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 218. *Hülphers medelp. p.* 104. *dal. p.* 212. 213.

T. parvifolia *Hayne Arzneigew.* 3. *n.* 46.

T. microphylla *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 513. (nec ejus T. intermedia).

Hab. in pratis nemorosis Sveciæ temperatioris frequenter; rarescit dein usque ad Kroppa Vermlandiæ ferrimontanæ, Hyckjeberget et Osmundsberget Dalekarliæ, Stöde Medelpadiæ et Skulberget Angermanniæ.

Arbor magna mucilaginosa, cortice tenacissimo, ideoque Svecis *Bast-Lind*, vel etiam *Skogs-Linn.* Folia subtus insigniter glaucescentia et glaberrima praeter villum in axillis venarum; petiolis omnino teretibus fere sesquiuncialis longitudinis. Pedunculi laterales; bractea lutescente biunciali. Flores sub foenisecio fere mellei odoris et coloris. Capsula tam membranacea ut seminibus maturescentibus difformiter dilatetur.

215. PAPAVER.

Linn. gen. ed. Schr. n. 881. *Juss. gen. p.* 261. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 289. *t.* 60.

Calyx diphyllus, caducus. Petala quatuor. Capsula sub stigmatis peltati radio dehiscens foraminibus totidem ac loculamentis ad axin non separatis. — *Herbæ lactescentes, radicibus apud nos annuis, foliis simplicibus sed divisis, floribus cito caducis Svecis Fallblomster vel Vallmo.* — *Ord. nat.* 24. *Rhoeadeæ.*

596. PAPAVER *Rhoeas:* capsulis glabris subglobosis, caule multifloro patenter piloso folioso; foliis pin-

natifidis incisis. *Linn. svec. n.* 468. *spec. pl.* *Willd.* 2. *p.* 1146. *it. scan. p* 208? 221? *Dec* *prodr. syst. nat.* 1. *p.* 118. *Fl. Dan. t.* 1580. *Bot. t.* 519. *Wahlb. gothob. p.* 61.

Hab. in agris Sveciæ australis rarius, forte cum mento exotico quotannis satum.

Caulis saepe bipedalis. Petala saturate purpurea aesti Capsula magnitudine fere nucis Avellanae.

597. PAPAVER *dubium:* capsulis glabris subclav caule multifloro adpresse piloso folioso; foliis natifidis incisis. *Linn. svec. n.* 467. *spec. pl.* *Willd.* 2. *p.* 1146. *it. vestgoth. p.* 2. *Decand. pr* *syst. nat.* 1. *p.* 118. *Sv. Bot. t.* 457. *Fl. Dan.* 902. *Wahlenb. ups. n.* 394.

Hab. in agris, satis et ruderatis magis campestrib Scania ad Vestrogothiam, Nericiam et Upsal ubique.

Caulis circiter sesquipedalis, angustatus. Petala ex coccinea, minora quam praecedentis. Capsulae etiam m angustiores, sulcatae.

598. PAPAVER *Argemone:* capsulis hispidis cla subquinquangulis, caule multifloro folioso. *L* *svec. n.* 466. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 1144. *it* *p.* 47. 124. 127. 233. *scan. p.* 208. *Decand. pr* *syst. nat.* 1. *p.* 118. *Sv. Bot. t.* 538. *Fl. Dan. t.* *Ahlquist runst. p.* 25. *Leche scan. p.* 9. *n.* *Fries halland. p.* 92. *Rosén Nov. Act. Ups. V* *p.* 219. *Bjerkander Vet. Ac. Handl.* 1776. *p.* *Videgren österg. p.* 29. *Aspegren bleking. p.*

Hab. in agris ad sepes provinciarum australium xime campestrium præcipue calcarearum ut: G l a n d i æ, O e l a n d i æ S c a n i æque frequenter. H l a n d i æ, B l e k i n g i æ, V e s t r o g o t h i æ in Ki kulle ejusque strato lapidis suilli, O s t r o g o t ad Linköping, Styresta alibique passim.

Planta tota setulis nitentibus adspersa, ceterum pedem vel paullo ultra. Caulis e basi ramosus. Folia tam ten divisa ut vix ullibi ultra lineam lata. Corolla eximie cocc aestivalis. Stigmatis radii fere semper quinque, quot etiam stae et dissepimenta capsulae vix penna anserina crassior

216. CHELIDONIUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 880. Juss. gen. n. 262. Gartn. fr. 2. p. 164. t. 115.

Calyx diphyllus, caducus. Petala quatuor. Stigma parvum bifidum. Capsula supera siliquæformis bivalvis: dissepimenti rudimentis ad utramque suturam seminiferis. — *Herbæ flavo-lactescentes, foliis compositis.* Ord. *nat.* 24. *Rhoeadeæ.*

599. CHELIDONIUM *majus:* foliorum pinnis sublobatis crenatis, pedunculis umbellatis. *Linn. svec. n.* 465. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1141. *Decand. prodr. syst. nat.* 1. *p.* 123. *Sv. Bot. t.* 67. *Flor. Dan. t.* 542. *Samz. ner. p.* 45. *Hising. verml. p.* 9.

β. crenatum: petalis crenatis, siliquis duplolongioribus contortis. *Fries nov. p.* 116.

Hab. in locis ruderatis campestribus a Scania ad Vermlandiam inferiorem, Nericiam et Vestmanniam meridionalem, nec non prope mare orientale usque ad Huddiksvall Helsingiæ; Dalecarliæ ad Säter; β loco sylvatico ad Klinta prope Ringsjön Scaniæ.

Radix perennis, torulosa. Planta pedalis et ultra subglaucescens, pilis rarioribus adspersa, ob usum lactis acriusculi Nericiis *Råformsgrås*, alias Svecis *Cildonia*, *Skelört*, *Svalört*. Foliorum pinnae cum petiolo confluentibus. Petala lutea per aestatem priorem explicata. Capsulae sesquiunciam longae, sed penna non crassiores.

217. ACTÆA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 877. Juss. gen. p. 260. Gartn. fr. 2. p. 154. t. 114.

Calyx tetraphyllus, caducus. Petala quatuor lanceolata, basi attenuata. Bacca unilocularis polysperma: seminibus receptaculo in sulco lateris interioris baccæ bifariam adfixis. — *Herbae foliis triternatis, floribus subspicatis.* — *Ord. nat.* 25. *Multisiliquae.*

600. ACTÆA *spicata:* racemo ovato, petalis staminum longitudine, baccis succosis subglobosis. *Linn. svec. n.* 464. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 1139. *n.* 1. α. *Decand. syst. nat.* 1. *p.* 384. *Sv. Bot. t.* 291. *Fl. Dan. t.* 498. *Fries halland. p.* 91. *Hartm. Vet.*

Ac. Handl. 1814. p. 99. *Wahlenb. lapp. n.* 2
Zetterstedt res. 2. *p.* 20.

Hab. ad radices rupium, locis occultis nemorosis, plerasque provincias usque ad radices alpium I lecarlicarum et Lapponicarum passim; desider videtur in Smolandia occidentali, Bahusia et Ve landia.

Radix perennis torulosa. Folia pleraque radicalia pet ultra spithamam altis, triplicato-ternata; foliolis lateral ovatis serratis, terminali trilobo. Racemus in caule pler que solitarius, uncia vix longior, mense florescentiae ex catus albus; petalis staminibusque fere aequalibus vix li duabus longioribus. Baccae magnitudine pisi, plerumque turae aterrimae, sed in Lapponia magis rubescentes, amoenae, Svecis *Paddbär*, *Hundbär*, *Villdrufva*, Ner *Iktebär*.

218. DELPHINIUM.

Linn. gén. ed. Schr. n. 927. *Juss. gen p* 259. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 310. *t.* 6

Calyx nullus. Petala quinque inæqualia: supremo stice calcarato, includente nectarium etiam postice caratum sessile indivisum (in nostra specie, qua quam diphyllum in exteris majoribus speciebus risque). Capsula solitaria (in nostra specie, sed næ quinæve in exteris), obliqua, introrsum dehisc polysperma, seminibus rugosis. — *Herbae foliis gitatis, etiam apud nos staminibus numero immi tis. — Ord. nat.* 25. *Multisiliquae, cui et om genera sequentia Classis.*

601. DELPHINIUM *Consolida:* nectario solitario, c sula unica glabra, caule divergenter ramoso, p cellis bractea longioribus. *Linn. svec. n.* 475. *s pl. ed. Willd.* 2. *p.* 1226. *it. scan. p.* 221. *Dec syst. nat.* 1. *p.* 343. *prodr.* 1. *p.* 51. *Sv. Bot. t. Flor. Dan. t.* 683. *Samz. neric. p.* 46. *Wahl ups. n.* 352.

Hab. in agris et arvis regionum magis campestrium Scania et adjacente Hallandia, ad Vestrogothi Nericiam meridionalem, Vestmanniam inferior et Uplandiam frequenter; Gevaliæ rarissime, Dalecarliæ tantum semel ad Dalfors.

Radix annua. Planta plerumque pedalis tantum et non nisi tenuissime pubescens. Folia ternata multipartitaque in lacinias, vix lineam latas. Flores ante et post messem veniunt, saturate violacei, calcare rectiore et longiore quam in ceteris insignes, unde Svecis *Riddarsporre.* Capsula vix unciam longa.

ORD. TRIGYNIA.

219. ACONITUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 928. Juss. gen. p. 259. Gaertn. fr. 1. p. 311. t. 65.

Calyx nullus. Petala quinque inæqualia: supremo sursum fornicato, includente nectaria bina pedunculata, in calcaria incurvata abeuntia (reliqua obsoleta in spec. altera). Capsulæ tres (in exteris maximis speciebus interdum quinque), leguminiformes, polyspermæ: seminibus arillo rugoso — *Herbae radicibus perennibus torulosis, foliis palmato-partitis, inflorescentia racemoso-spicata.*

602. ACONITUM *Lycoctonum*: petali fornice cylindraceo calcaria recurvata includente pilosiusculo, foliis palmatis multifidis villosis; laciniis acuminatis. *Linn. svec. n.* 476. *spec. pl. ed.* 2. *p.* 750. *Decand. prodr.* 1. *p.* 57. *Sering mus. helv. p.* 136. *μ. Fl. Dan. t.* 123. *Wahlenb. lapp. n.* 275. *Vet. Ac. Handl.* 1811. *tab.*

A. septentrionale *Willd. spec. pl.* 2. *p.* 1235. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818 *p.* 127. *Hisinger jemtl. p.* 72. *herjed. p.* 14. 15. 45. 51.

β. floribus albo-lutescentibus. *Wahlenb. lapp. n.* 275. *Hartman l. c. p.* 130. 146.

(A. Lycoctonum *Willd. spec.* 2. *p.* 1232. *Decand. syst. nat.* 1. *p.* 369. est var. magis lutescens).

Hab. ad radices montium Norrlandiæ nostræ magis montosæ prope alpes a Herjedalia per Jemtlandiam usque ad radices alpium Lapponicarum meridionalium et Norvegicarum adjacentium copiosissime; descendit quoque in Medelpadiam usque ad oram maris passim, in Angermanniam meridionalem rarius. Planta ex maximis quinquepedalis et ultra, undique vi-

scoso-pubescens, Norrlandis *Lusfloke*, aliis *Giske*, *Var* *dód.* Folia maxima dodrantem lata. Racemi pedales et tra. Flores per totam aestatem explicati, in summo se tentrione magis caerulescentes, raro albescentes (β), vix u quam tam lutescentes quam in meridionalibus montanis ex

603. ACONITUM *Napellus:* petali fornice arcuato, p talis lateralibus (ceterisque) intus (extusque) pilos filamentis pilosis, germinibus tribus glabris, rac mo cylindrico, foliis ad basin quinquepartitis: f liolis divisis in lacinias lineares acutas superne su co exaratas. *Linn. svec. n.* 477. *Vet. Ac. Han* 1739. *p.* 41. *t.* 2. *et* 1745. *p.* 118. *it. scan. p.* 24 (*Woodwill med. bot.* 1. *p.* 16. *t.* 6. var. glabr.) *Fr* *nov. p.* 116. *Sering mus. helv. p.* 152. *Decan* *prodr.* 1. *p.* 62.

A. vulgare β pubescens *Decand. syst. nat.* 1. *p.* 37

Hab. Dalecarliæ supra lacum Runn in paroec Sandvik ad pagum Stemshögen in prato Stortägt juxta rivulum Trostbäcken loco umbroso humi inter Alnos incanas copiose; etiam Scani mediæ ad latus septentrionale montis Romelekl prope Hasslemölla in dumetis paludosis.

Radix magis fusiformis quam in praecedente. Planta t vix plus quam bipedalis, ubique breviter pubescens. Cau simplicissimus strictus. Folia vix plus quam biuncialis lo gitudinis, tam profunde partita, ut digitata dicerentur n constructio aliena obstaret; laciniis ullis vix caule latiorib Racemus valde densus et multiflorus, imbricatus; pedunc brevioribus totaque fructificatione minore quam in proxin speciebus. Flores saturatissime caerulei undique pubesce tes, Dalecarlis *Munkhatt* vel *Munkmössa.* Capsulae su sum incrassatae cum stylis sex lineas tantum longae, viri glaberrimaeque. — Est forma magis occidentalis apud n non culta; cum contra in hortis ubique exstat magis orient illud A. neubergense, quod etiam *Sv. Bot. t.* 46. irrep

ORD. PENTAGYNIA.

220. AQUILEGIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 934. Juss. gen. p. 259. Gærtn. fr. 2. p. 175. t. 118

Calyx nullus. Petala quinque æqualia. Nectaria eti

quinque æqualia petalis alternantia, antice ore obliquo patentia, postice inter petala calcaria revergentia. Germina quinque paleis decem cohærentibus filamentorum sterilium circumdata. Capsulæ erectæ leguminiformes, polyspermæ: seminibus lævibus. — *Herbae radice perenni, foliis semel vel bis ternatis, floribus paniculatis nutantibus.*

604. AQUILEGIA *vulgaris:* calcaribus incurvis, pistillis pubescentibus stamina æquantibus, caule multifloro folioso foliisque glabriusculis: lobis subrotundis. *Linn. svec. n.* 478. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 1245. *n.* 2. *α. it. vestrog. p.* 32. *Decand. syst. nat.* 1. *p.* 334. *Sv. Bot. t.* 118. *Fl. Dan. t.* 695. *Leche scan. p.* 9. *n.* 37. *Samz. neric. p.* 46. *Videgren österg. p.* 29. *Hisinger verml. p.* 9.

Hab. ut magis adventitia prope pagos urbesque a Scania ad Vestrogothiam, Nericiam et Uplandiam passim; forsan vere indigena in montibus Vestrogothiæ transitionis ut Kinnekulle etc., nec non in calcareis inter Siggeboda et Öskevik prope lacum Usken paroeciæ Linde Vestmanniæ superioris copiose.

Caulis circiter bipedalis, strictus. Folia biternata; foliolis pollicem latis, rotunde lobatis crenatisque, subtus glaucis. Flores toti violacei sesquiunciam lati spectabiles, Svecis *Ackleja*, Blekingis *Tyska klåckor*.

ORD. POLYGYNIA.

221. TROLLIUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 954. *Decand. syst.* 1. *p.* 311. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 176. *t.* 118.

Calyx nullus. Petala circiter quatuordecim, decidua. Nectaria circiter novem linearia, superne plana, inferne tubulosa. Capsulæ sessiles subcylindricæ, rectæ, polyspermæ. — *Herbæ foliis palmatis, floribus magnis terminalibus.*

605. TROLLIUS *europaeus:* petalis subquindecim in globum conniventibus, nectariis longitudine staminum. *Linn. svec. n.* 510. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1333. *it. scan. p.* 115. 404. *vestrog. p.* (14.) 36. 64. 92. 93. 218. *Decand. syst.* 1. *p.* 312. *Sv. Bot.*

t. 383. *Flor. Dan. t.* 133. *Fries halland. p.* 9
Kalm bohusl. p. 183. *Web. et Mohr reis. p.* 9
110. *Samz. ner. p.* 48. *Carls. strengn. p.* 34. *Harti*
Vet. Ac. Handl. 1818. *p.* 126. *Ahlquist ib.* 182
p. 303. *Wahlenb. ib.. p.* 316. *Hising. jemtl. p.* 7
verml. p. 10. *Wahlenb. lapp. n.* 292.

Hab. in pratis magis desertis per plagam occident lem Sveciæ totius a Scania campestri per Halla diam et Bahusiam meridionalem passim, Smola diam fere usque ad Calmar, Vestrogothiam et Verr landiam ferrimontanam frequenter (unde trans T veden in Omberg et Kålmården ad Nericiam ex. g prope Vretstorp et ad confinia loca lacus Mälare ex. gr. prope Strengnäs et Arnön magis sporadi pervenisse videtur), — deinde increscit Dalekarli supra Hedemora, Jemtlandiæ adjacentisque Helsingi Medelpadiæque, et vulgatissimus evadit per tota Lapponiam etiam maritimam et subalpinam usq ad Caput septentrionale; rarescit vero versus ma orientale Vestrobottniæ.

Radix perennis, fibroso-fasciculata, nigricans. Planta ci citer bipedalis, pauciflora. Folia unam alteramve uncia lata. Pedunculi nudi. Flores magnitudine nucis Avellan majoris et ob colorem flavum butyri plerumque Sve *Smörbollar*, etiam *Bollerblomster* et *Ångbollar*; Nor landis *Laxblomster*, rarius *Hvalkullor*. Ceterum ap nos minus variare videtur quam apud exteros.

222. CALTHA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 957. *Juss. gen. p.* 259. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 176. *t.* 118.

Calyx nullus. Petala quinque suborbiculata, etiam i tus nuda (sine nectariis). Capsulæ una serie dispos tæ, compressæ, patentes, polyspermæ. — *Herb foliis omnibus reniformibus, floribus aureis.*

606. CALTHA *palustris:* caule erectiusculo, foliis r tundate crenatis: auriculis rotundatis. *Linn. sv n.* 511. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1338. *Decan syst. nat.* 1. *p.* 308. *prodr. syst.* 1. *p.* 44. *S Bot. t.* 200. *Fl. Dan. t.* 668. *Wahlenb. lapp. n.* 29

Hab. in aquosis totius Sveciae, alpibus ipsis tantum exceptis, frequenter.

Radix perennis fibrosa. Planta vix sesquipedalis, erectiuscula, parum ramosa, tota glaberrima et crassiuscula, Svecis Gothisque *Kalfleka* vel *Kabbalök*, Vestmannis *Fålungafötter*, Norrlandis *Mjölkblomster*, *Trimjölksgrås*, *Smörfånga*. Flores pedunculati pollice latiores, mense frondescentiae aureo-splendentes.

223. RANUNCULUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 953. Gærtn. fr. 1. p. 353. t. 74.

Calyx deciduus vel raro in n. 612. caducus, pentaphyllus (rarius, in Ficaria, triphyllus). Petala quinque nisi in Ficaria calycis foliolis numero aucta, vel in aliis sive aliter luxuriantia n. 607. 617. sive dimminuta n. 618. 619. intra ungves squamula nectarina vel rarius tantum poro in spec. 2. ult. Semina utriculo crustaceo loco capsulæ tecta. — *Herbae radicibus plerumque perennibus, floribus utplurimum aureis, Svecis* Sologon, 1) *foliis saltem radicalibus indivisis n.* 6 7-611. 2) *foliis divisis compositisve* a) *caule subunifloro n.* 613-617. b) *multifloro glabro n.* 612. 618. 619. c) *hirsuto n.* 620-625. d) *seminibus acul. n.* 626. e) *floribus albis n.* 612. 627. 628. (*rubicundis solummodo in n.* 613.)

607. RANUNCULUS *Lingva:* foliis ensiformibus dentatis subamplexicaulibus, caule erecto glabro. *Linn. svec. n.* 493. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1308. *it. scan. p.* 270. 397. 399. *vestrog. p.* 46. 48. *Decand. syst. nat.* 1. *p.* 246. *Sv. Bot. t.* 636. *Flor. Dan. t.* 755. *Samz. neric. p.* 47. *Wahlenb. ups. n.* 361. *Nov. Act. Ups. VIII. p.* 219.

Hab in amnibus et ad fluvios fundo lutoso per provincias magis campestres et littorales a Scania ad Bahusiam, Vestrogothiam ejusque Falbygden, Nericiam nec non Uplandiam et Gotlandiam passim.

Planta maxima nostrorum Ranunculorum, circiter quadripedalis, glaberrima, glaucescens, stricta; caule inferne digitum crasso; foliis saepe pedem longis et pollicem latis. Flores post solstitium explicati, duos pollices lati, interdum pe-

talis pluribus luxuriantes, rosaeformes maximeque aureo-s dentes Svecis *Åmôja*.

608. RANUNCULUS *Flammula*: foliis ovato-lance tis denticulatis petiolatis, caule declinato multi angulato, pedunculis demum oppositifoliis. *L svec. n.* 494. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 1307. *cand. syst. nat.* 1. *p.* 247. *Sv. Bot. t.* 117. *Dan. t.* 575. *Wahlenb. lapp. n.* 280.

Hab. in udis pascuis et sylvis totius Sveciæ usqu Lapponiam inferiorem frequenter.

Radix repens totaque planta decumbens nec non in passim radicans, ob acredinem et usum Svecis *Åltg Vårkôrt, Iktegrås.* Caules circiter pennam gallina crassi. Folia interdum digitum minimum lata. Petala a tota aestate obvia.

609. RANUNCULUS *reptans:* foliis sublinearibus sciculatis basi squama involutis, caule reptante formi. *Linn. svec. n.* 495. *lapp. n.* 236. *t.* 3. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 1307. *it. vestrog. p. Decand. syst. nat.* 1. *p.* 248. *prodr. syst.* 1. *p Flor. Dan. t.* 108. *Retz. diss. obs. bot. p.* 19.

Hab. in ripis sabulosis vel glareosis lacuum et flu rum majorum per totam Sveciam usque ad su pina loca Lapponiæ frequenter; vulgatissimu lacus maximos Mälaren, Venern, Vettern.

Radix annua vel saltem citius evanescens quam in cedente. Caulis omnino sarmentosus, arcubus sursum constitutus, inter quos genicula terrae affixa intra squa vel omnino gemmam membranaceam folia plura (floru pedunculos) exserunt. Itaque quamquam praecedenti f nimium affinis, tamen est forma valde memorabilis.

610. RANUNCULUS *Ficaria:* foliis cordatis angu obtusis petiolatis, caule decumbente unifloro, ca triphyllo, petalis suboctonis, radice granifera. *L svec n.* 496. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1312. *Bot. t.* 17. *Flor. Dan. t.* 499. *Samz. neric. p Wahlenb. ups. n.* 364.

Hab. locis maxime humosis occultis ad sepes h rum, rupes nemorum etc. per Sveciam temper

rem magis campestrem et littoralem usque ad Nericiam meridionalem, Vestmanniam Uplandiamque passim, sed dein non nisi ad mare septentrionale Nordlandiæ meridionalis Norvegiæ raro.

Radix fibrosa, tuberculis graniformibus magnitndine granorum tritici. Planta succosa mollis in axillis quoque granifera, Svecis *Korskål* vel *Lilla Svalegräset*. Flores mense germinationis stellulas octoradiatas aureas referunt.

611. RANUNCULUS *illyricus:* foliis sericeo-lanuginosis; radicalibus indivisis lanceolatis; caulinis tripartitis linearibus integerrimis, caule erecto paucifloro, radice granifera. *Linn. svec. n.* 500. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1317. *it. oel. p.* 70. 71. 98. *Decand. syst. nat.* 1. *p.* 259. *prodr. syst.* 1. *p.* 28. *Bieberst. cauc.* 3. *p.* 381. *Jacqu. austr. t.* 222. var. maj. *Ahlquist Vet. Ac. Handl.* 1821. *p.* 298. *Wahlenb. ibid. p.* 317. *Schlechtend. ran.* 1. *p.* 26.

R. sericeus *Willd. enum. ber. p.* 589.

Hab. locis sabulosis maxime apricis in jugo Landtborgen dicto Oelandiæ meridionalioris passim, ut ad Sandby copiose, inter Hultersta et Treberga frequenter, in Borgbyskans paroeciæ Mörbylånga parcius et ad Glöminge raro.

Radix granis copiosis semine tritici majoribus globum constituentibus. Planta tota circiter pedalis, vix plus quam triflora, canescenti-pilosa. Folia radicalia primaria et exemplarium uniflororum omnia plerumque tres lineas lata; secundaria et caulina simpliciter tripartita. Flores ex maximis plus quam unciam latis, valde aurei, initio aestatis obvii. Semina valde compressa; stigmate longitudinali interno.

612. RANUNCULUS *aconitifolius:* foliis radicalibus subquinquepartitis undique inciso-serratis; summis sessilibus in lacinias lineari-lanceolatas fissis, caule ramoso multifloro, calyce caduco. *Linn. svec. n.* 497. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 1315. *Decand. syst. nat.* 1. *p.* 240. *prodr. syst.* 1. *p.* 31. *Flor. Dan. t.* 111. *Hisinger herjed. p.* 52.

Hab. ad radices alpium Norvegicarum in Ridalen pro-

pe Herjedaliam; Storli Jemtlandorum et in Sal
len Nordlandiæ rarius.

Plantam intra patriam ipse non vidi, magnitudine va
tem, sed floribus nudis albissimis fere Anemones distin
simam.

613. RANUNCULUS *glacialis:* foliis radicalibus
ternatis tripartitis multifidisque crassiusculis, c
subbifloro, calycibus hirsutis, seminibus compr
marginatis. *Linn. svec. n.* 501. *lapp. n.* 233.
f. 1. *laches. lapp.* 1. *p.* 288. *spec. pl. ed. Willd*
p. 1320. *Decand. syst. nat.* 1. *p.* 238. *Flor. D*
t. 19. *Wahlenb. lapp. n.* 283.

β. uniflorus. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.*
1818. *p.* 133. 150. *Hisinger herjed. p.* 36. 45.

Hab. locis humosis succosioribus, in tumulis glacie
e. s. p. per cacumina altiora totius jugi alpini L
ponici usque ad Rastekaisse Finmarkiæ interi
passim copiose; versus austrum vero uniflorus
vadit per Jemtlandiam usque ad Sylfjället.

Radix simplex ex apice innovans. Planta tota vix
quam digitum alta, sed lata et crassiuscula, glaberrima p
ter calycem et oras foliorum proximas. Folia radicalia p
lo plus quam unciam lata; laciniis sesquilineam latis.
dunculi supra folia fulcrantia circiter unciam longi et
raro terni. Calyx hirsutie umbrina. Flores ex maximis
jus generis, unciam lati, subviolacei; petalis creberrime
vosis. Antherae lineares. Receptaculum depressum plan
Semina valde compressa dorso alata. Calyx et corolla
sistentes.

614. RANUNCULUS *nivalis:* foliis radicalibus sub
niformibus quinquelobis integerrimis, caule unifl
folio sessili palmato, calyce hirsuto, seminibus
stratis rectis. *Linn. svec. n.* 502. *lapp. n.* 232.
f. 2. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 1321. *Decand. s*
nat. 1. *p.* 273. *prodr. syst.* 1. *p.* 35. *Sv. Bot*
394. *Flor. Dan. t.* 1699. *Wahlenb. lapp. n.*
t. 8 *f.* 3. (*Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 1

Hab. in campis aqua nivali perfusis per alpium t
tum Lapponicarum jugum magis nivale usque
Rastekaisse Finmarkiæ interioris frequenter.

Folia radicalia longe petiolata, fere unciam lata, utrinque glaberrima nitida. Caulis florens vix plus quam digitum longus, hinc inde umbrinis pilis adspersus, sed pedunculus fructiferus valde elongatur. Flos circiter decem lineas latus, valde aureus. Receptaculum seminiferum demum quatuor lineas longum. — Var. *β*. Fl. lapp. foliis radicalibus minus reniformibus, magis longis indivisisque.

615. RANUNCULUS *pygmæus:* foliis radicalibus subreniformibus quinquefidis, caule unifloro: folio sessili subternato, calyce glabriusculo petalis longiore, seminum mucrone brevi adunco. *Wahlenb. lapp. n.* 286. *t.* 8. *f.* 1. *Decand. syst. nat.* 1. *p.* 273. *prodr. syst.* 1. *p.* 35. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 105. — 1818. *p.* 133. *Hisinger herjed. p.* 36. 45.
R. nivalis pygmæus *Linn. svec. l. c. lapp. n.* 232. *t.* 3. *f.* 5. *Liljebl. Vet. Ac. Handl.* 1793. *p.* 207. *Swartz ib.* 1789. *p.* 47. *Flor. Dan. t.* 144.
Hab. locis irrigatis occultioribus, sub petris etc. omnium alpium nivalium etiam maritimarum a Finmarkia ultima usque ad Sylfjället Jemtlandiæ ubique frequenter.

Praecedenti valde affinis, sed ob differentias maximi momenti non potest non distingvi. Planta florens tantum unciam vel paullo ultra alta; pedunculus vero fructiferus sulus digitum longus. Folia vix semiunciam lata. Pubescentia canescens subadpressa sub flore adest (nec ulla laxa umbrina). Flos totus tres lineas latus. Receptaculum sesquilineam longum.

616. RANUNCULUS *hyperboreus:* foliis divergenter trifidis, caule filiformi repente apice subbifloro, calyce petala subæquante, seminibus apiculatis lævibus. *Rottboell. act. hafn.* 10. *p.* 458. *t.* 4. *f.* 16. *Flor. Dan. t.* 331. *Wahlenb. lapp. n.* 287. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 129. *Decand. syst. nat.* 1. *p.* 272.
Hab. locis udis limosis vel uliginosis apricis, præcipue ad paludes vastissimas, per partem sylvaticam et subsylvaticam Lapponiæ Tornensis et Kemensis ab Öfver-Torneå et Jukkasjärvi usque in Finmarkiam proximam et districtum Fælles dictum Norvegiæ ultimæ passim copiose.

Radix repens, caule repente filiformi saepe plus quam thamam longo continuata. Folia fere praecedentis sem ciam vix lata. Pedunculi omnino glaberrimi vix unq unciam longi. Flos sesquitertiam lineam latus, totus fl

617. RANUNCULUS *lapponicus:* foliis tripartitis bis late cuneiformibus incisis, caule radiciformi pente, pedunculo subradicali unifloro foliis longi flore abnormi, seminum rostro dilatato recur *Linn. svec. n.* 503. *lapp. n.* 251. *t.* 3. *f.* 4. *W lenb. lapp. n.* 284. *t.* 8. *f.* 2. *Decand. syst. na p.* 271. *prodr. syst.* 1. *p.* 35. *Læstadius Vet. Handl.* 1822. *p.* 542.

Hab. solo uliginoso vel subpaludoso præcipue ad tium frigidissimorum rivulos in sylvis Lapponia mensis ab Örträsk usque ad Risnäs frequenter, lensis a Storbacken usque ad Qvickjock, Torne prope Enontekis alibique passim.

Radix et si vis caulis ejusdem indolis serpentes filifor ad nodos folia e sphagno protrudentes. Folia magnitu varia, saepius unciam unam alteramve lata, glaberrim tota planta. Pedunculus spithamam longus. Calycis fo nonnulla saepe in petala mutantur. Flos totus semiun latus, aureus. Receptaculum exiguum vix nisi apex pe culi. Seminum utriculi duas lineas longi.

618. RANUNCULUS *auricomus:* foliis radicalibus niformibus crenatis incisisve; caulinis multiradi radiis linearibus subintegerrimis, pedunculis l bus, calycibus subpetaloideis. *Linn. svec. n. mant. p.* 407. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 1314. *cand. syst. nat.* 1. *p.* 266. *prodr. syst.* 1. *p Flor. Dan. t.* 665. *Hartm. Vet. Ac. Handl. p.* 99. *Wahlenb. lapp. n.* 282.

Hab. in pratis et pascuis subhumidis fere totius ciæ præcipue planioris a Scania usque ad La niam sylvaticam passim copiose.

Radix fibrosa. Herba glabra subnitida, circiter spitha Flores mense germinationis fere apetali, sed dein nonnulla inaequalia aurea extra calycem expanduntur.

619. RANUNCULUS *sceleratus:* foliis inferioribus

matis obtuse incisis; summis digitatis obtusis, pedunculis sulcatis, receptaculis elongatis petala calycemque demum excedentibus: seminibus minutis deciduis. *Linn. svec. n.* 499. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 1315. *Decand. syst. nat.* 1. *p.* 268. *prodr. syst.* 1. *p.* 34. *Sv. Bot. t.* 412. *Flor. Dan. t.* 571. *Wahlenb. ups. n.* 365.

β. pygmæus. *Aspegren bleking. p.* 42.

Hab. ad aquas locis apricis regionum campestrium vel littoralium a Scania ad Bahusiam, Vermlandiam infimam prope Venern, Uplandiam et Gestriciam frequenter.

Radix omnino annua, fibrosa. Planta glaberrima et nitida, magnitudine valde varians, acredine insigni male nota Svecis *Tiggar-ranunkel*; caule eximie inani fragilique. Flores aestivales minores quam in proximis vix tres lineas lati; petalis saepe imperfectis aureis. Semina Papaveris seminibus non majora.

620. RANUNCULUS *Philonotis:* hirsutus, foliis ternatis: foliolo intermedio elongato trifido, caule ramoso folioso, calyce reflexo acuminato, radice fibrosa. *Ehrhart beitr.* 2. *p.* 145. *Willd. spec. pl.* 2. *p.* 1324. *Decand. syst. nat.* 1. *p.* 296. *prodr. syst.* 1. *p.* 41. *Flor. Dan. t.* 1453. *Retz. scand. ed.* 2. *n.* 693. *obs. bot.* 6. *p.* 31. (*Fries hall. p.* 97). *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 219. 241. *Ahlquist Vet. Ac. Handl.* 1821. *p.* 304. *Aspegren bleking. p.* 43. *Roth. bemerk. p.* 164.

R. hirsutus *Smith Engl. Bot.* 21. *t.* 1504.

Hab. in pratis depressis mari vicinis Scaniæ campestris ex. gr. ad Trelleborg passim, Blekingiæ mediæ ad Lyckebybro, Trensum alibique, Gotlandiæ ad Hallsgårds in Östergarn, Oelandiæ orientali-meridionalis ad Näsby paroeciæ Ås rarius.

Radix biennis, valde multicaulis; caulibus eximie divisis expansis vix spithama longioribus, quo brevioribus eo magis hirsutis. Flores fere sequentis magnitudine et regularitate, aestivales. Semina etiam fere eadem, sed magis orbicularia et crassius marginata; intra marginem punctis elevatis.

621. RANUNCULUS *bulbosus:* inferne patenter p
sus, foliis radicalibus subternatis: foliolo inter
dio trifido incisoque; caulinis tripartitis medio
longatis, caule paucifloro, pedunculis quinquesu
calycibus acuminatis retroplicatis, radice tuber
Linn. svec. n. 504. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 1
Decand. syst. nat. 1. *p.* 295. *prodr. syst.* 1. *p.*
Sv. Bot. t. 387. *Flor. Dan. t.* 551.
Hab. in pratis et pascuis collinis regionum campe
um a Scania ad Vestrogothiam et Uplandiam
quenter; in Vestmannia ferrimontana quoque le

Radix perennans tuberibus supra se invicem positis,
avellana interdum majoribus, petiolo foliorum extimorum
volutis. Caulis solitarius inferne simplex angustatusque,
rumque vix spithamaeus. Flores ejus pauci explicantur
veris, singulares, aurei, prae ceteris Bahusiis *Solviser.*

622. RANUNCULUS *polyanthemos:* inferne diverg
ter hirtus, foliis radicalibus quinquepartitis: la
singula trifida incisaque sublineari; caulinis tripa
tis, caule multifloro, pedunculis sulcatis, calyce
mum retroflexo, radice truncosa. *Linn. svec*
506. *spec. pl. ed. Willd* 2. *p.* 1325. *it. scan. p.*
Flor. Dan. t. 1700. *Wahlenb. ups. n.* 368. *W*
gothob. p. 62. *Fries halland. p.* 97. *Regensb.*
Zeit. 1822. *p.* 292.
R. nemorosus *Decand. syst. nat.* 1. *p.* 280.
Hab. in pratis siccis earundem regionum inprimi
rientalium ac præcedens copiose, sed vix tam
adscendens nisi in calcareis Dalecarliæ ad Bod
Osmundsberg frequenter.

Radix eximie perdurans caudice vel rhizomate cylind
saepe digitum crasso loco tuberis praecedentis. Planta
rum major, eximie multiflora; hirsutie divergente rigi
Flores ad solstitium optime nitent petalis aureis; versu
sin minus elongatis; calycibus brevioribus.

623. RANUNCULUS *lanuginosus β:* caule multi
petiolisque divergenter hirtis, foliis radicalibus
linisque petiolatis trifidis: laciniis cuneiformibu
pice crenatis holosericeis divergentibus, calyce

tulo. *Linn. spec. pl. ed. 2. p. 780. n. 29. β. ed. Willd. 2. p. 1327. Decand. syst. nat. 1. p. 281. n. 91. β.* geranifolius. *Flor. Dan. t. 397. Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p. 220 et 241.*

Hab. in pratis ad Martebo Gotlandiæ.

Praecedenti certe proximus; sed foliorum laciniae magis indivisae saepe plus quam semiunciam latae, praecipue in caule magis holosericeae.

624. RANUNCULUS *acris:* pedunculis adpresse pilosulis teretibus, foliis inferioribus quinquepartitis trifidis serrato-incisis acutis; summis tripartitis linearibus, caule inferne glabro multifloro, calyce patente. *Linn. svec. n. 507. spec. pl. ed. Willden. 2. p. 1326. Decand. syst. nat. 1. p. 277. Sv. Bot. t. 375. Wahlenb. lapp. n. 289.*

β. pumilus: caule unifloro. *Wahlenb. l. c.*

Hab. in pratis et pascuis totius Sveciæ vix alpibus exceptis frequentissime; β in alpibus altioribus.

Radix fere tota fibrosa. Herba magnitudine valde varians, inferne praecipue glabra. Flores paullo serius proveniunt copiosissimi et notissimi, Svecis *Sologon, Gullskålar* etc.

625. RANUNCULUS *repens:* foliis ternatis, foliolis petiolatis tripartitis trifidis inciso-serratis acutis, caule multifloro demum repente, pedunculis sulcatis. *Linn. svec. n. 505. spec. pl. ed. Willden. 2. p. 1325. Decand. syst. nat. 1. p. 285. prodr. syst. 1. p. 38. Sv. Bot. t. 400. Flor. Dan. t. 795. Wahlenb. lapp. n. 290.*

Hab. in agris et cultis subhumidis totius Sveciæ alpibus tantum exceptis ubique.

Caules inprimis serius versus autumnum eximie repentes, Svecis *Råfjagrås.* Flores tota aestate obvii, aurei.

626. RANUNCULUS *arvensis:* seminibus aculeatis, flore majoribus, foliis caulinis multipartitis: laciniis linearibus, caule multifloro. *Linn. svec. n. 508. spec. pl. ed. Willden. 2. p. 1329. it. gotl. p. 174. 253. 272. oel. p. 104. 115. Decand. syst. nat. 1. p. 297. Sv. Bot. t. 537. Flor. Dan. t. 219. Leche scan. p. 25. n. 32. Rosén scan. p. 30. Fries hal-*

land. p. 97. *Montin Vet. Ac. Handl.* 1766. *p.*
Aspegren bleking. p. 43.

Hab. in agris inter segetes provinciarum maxime c
pestrium formatione transitionis substratarum
Gotlandiæ ubique, Oelandiæ passim, Sca
ad Lund, Örtofta etc. Hallandiæ Blekingia
maritimæ rarius.

Radix omnino annua et unicaulis. Planta circiter pe
rarius pilosula. Folia partita in lacinias caule vix lati
Flores minores (vix lineis quatuor latiores) et pallidius
quam in praecedentibus, sed semina eo majora, cuspid
aculeis saepe totam latitudinem aequantibus.

627. RANUNCULUS *hederaceus:* seminibus transv
sim rugosis, receptaculo glabro, caule repente
formi, foliis subreniformibus obtuse quinquelo
calyce petala oblonga subæquante, floribus sub
candris. *Linn. spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 1331.
cand. syst. nat. 1. *p.* 235. *prodr. syst.* 1. *p.*
Flor. Dan. t. 321. *Osbeck gôtheb. handl.* 4. *p.*
Fries halland. p. 95. *Retz. diss. obs. bot.* 1. *p.*
Forsand. veg. scan. p. 10.

Hab. in udis fontanis prope littora maris Hallan
meridionalis passim ad Halmstad versus Knäfv
torp, ad Trönninge, Eldsberga, Snöstorp etc. S
niæ rarius ad Ösjö intra Engelholm, Gotlan
ad Wisby gamla hamn.

Herba minor quam sequentis speciei, caulibus plerum
vix digitum longis, sed interdum fere pedalibus. Folia s
per uniformia, plerumque in disco zona fusca notata, o
sis tum sinubus tum angulis praedita, utplurimum semin
am lata, sed interdum fere uncialia. Flores minuti, tre
neas lati; petalis angustis fere lanceolatis albis. Semina
ut in sequente, sed pauciora; receptaculo semper glabern

628. RANUNCULUS *aquatilis:* seminibus transver
rugosis, receptaculo hirto, caule decumbente, f
submersis capillaceis sessilibus; emersis subpel
petiolatis varie incisis, calyce petalis obovatis du
minore. *Linn. svec. n.* 509. *spec. pl. ed. Will*
p. 1332. *Decand. syst. nat.* 1. *p.* 234. *prodr. s*

l. p. 26. *Wahlenb. lapp.* n. 291. *Zetterstedt res.* 1. p. 170.

β. abrotanifolius. *Flor. Dan.* t. 376.

Hab. in aquis totius Sveciæ usque in Lapponiam frequenter.

Planta eximie natans vel decumbens saepius plusquam pedalis. Folia admodum diversa pro loci diversitate, interdum locis exsiccatis omnia subpeltata. Semina quoque pubescentia admodum variant. Flores vero semper duplo triplove majores quam in praecedenti, aestivales, albi, medio tantum lutescentes.

224. ADONIS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 952. Decand. syst. 1. p. 220. Gaertn. fr. 1. p. 355. t. 74.

Calyx pentaphyllus, inæqualis, scariosus, a petalis parum diversus. Petala numerosa basi intus nuda. Semina breviter mucronata utricularia; embryone inverso. — *Herbæ foliis caulinis in lacinias filiformes divisis.*

629. ADONIS *vernalis:* flore dodecapetalo, fructu ovato: seminibus velutinis, caule inferne aphyllo squamoso; superne foliis sessilibus. *Linn. svec* n. 492. *spec. pl. ed. Willd.* 2. p. 1304. *it. gotl.* p. 283. *oel.* p. 73. 77. *Decand. syst. nat.* 1. p. 224. *prodr. syst.* 1. p. 24. *Sv. Bot.* t. 555. insuff. *Jacqu. austr.* t. 44. (apennina). *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1805. p. 133. *et* 1821. p. 317. *Ahlquist ib.* p. 303. 288.

Hab. in campis editis petra plana calcarea transitionis fundatis versus oras promontoriaque occidentali-australia insularum Gotlandiæ, ut in insula Stora Carlsöen et versus Hoborgen copiosissime, nec non Oelandiæ ab Ottenby ad Kastlösa passim copiose, in Thorslunda rarius.

Radix perennis, tophosa. Caulis florens vix pedalis, sed fructificans sesquipedalis, pennam anserinam crassus, uniflorus, simplex, sed ad basin ramo uno alterove sterili praeditus. Foliorum partes omnes angustie fili. Flos facile maximus hujus ordinis apud nos, petalis unciam longis, eleganter flavis, vernalibus. Fructus quoque nuce avellana ma-

jor, seminibus semine cannabis crassioribus. — Ob l
Oelandis saepe *Kastlöser* audit.

225. ANEMONE.

Linn. gen. ed. Schr. n 948. Juss. gen. p. 257. Gærtn. fr. 1. p. 357. t

Involucrum persistens tripartitum calyciforme in patica, magis proprium ulterius multifidum in dio scapi apud Pulsatillas n. 631-633. foliac in Anemone p. s. d. n. 634-636. Petala nuda calyce proprio) sex (rarius plura pauciorave), a nis tribus exterioribus. Semina utriculata bre rostellata, vel caudata in Pulsatillis. — *Herbæ ra bus perennibus, scapo subunifloro, flore vernali duco Svecis Sippor, Gothis Vese, Scanis Lu*

630. ANEMONE *Hepatica:* involucro calyciformi partito, foliis cordatis trilobis integerrimis. *L svec. n.* 480. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 12?2. *Bot. t.* 141. *Flor. Dan. t.* 610. *Hartm. Vet. Handl.* 1814. *p.* 99. *Wahlenb. ib.* 1811. *p.* 35
Hepatica triloba *Decand. syst. nat.* 1. *p.* 216. *p syst.* 1. *p.* 22.
Hab. in sylvis et lucis omnium provinciarum a nia ad Vermlandiam ferrimontanam (non vero daliam), Dalecarliam in Osmundsberget, Jemtlan et Angermanniam citra Skulskogen frequenter.

Radix caespitosa. Folia subtus coloris subviolacei ve patici. Pedunculi radicales nudi usque ad involucrum proximatum, petalis caeruleis Svecis *Blåsippor* etc., G dis *Killingeblommor.*

631. ANEMONE *Pulsatilla:* involucro multiparti medio scapi, foliis bipinnatifidis: laciniis subfil mibus, flore subnutante; petalis patentibus. *svec. n.* 481. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 1274. *it strog. p.* 62. *scan. p.* 32. *Decand. syst. nat.* 191. *Sv. Bot. t.* 292. *Flor. Dan. t.* 153. *S neric. p.* 47. *Web. et Mohr schwed. reis. Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 123. *Wal ibid.* 1809. *p.* 217.
Hab. in collibus et jugis glareosis maxime aprici

gionum valde campestrium a Scania ad Vestrogothiæ Falbygden, Nericiam, Upsaliam et Gotlandiam frequenter; tamen Oelandiæ minus copiose quam sequens.

Radix longe descendens ut in duabus sequentibus. Flos ex involucro pilis albescente prodit omnium primus, violaceus, Svecis *Tjålsippa*, *Tjåltuppa*, *Backsippa*, Nericiis *Gökkålla*, Gothis *Oxöron*; cui succedit fasciculus seminum *Backvippa*, *Våderört*.

632. ANEMONE *pratensis:* involucro multipartito supra medium scapi, foliis bipinnatifidis: laciniis linearibus, flore pendulo: petalis inferne rectis apice recurvatis. *Linn. svec. n.* 482. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 1274. *it. scan p.* 77. 95. 97. *oel. p.* 47. 98. 152. *Vet. Ac. Handl.* 1741. *p.* 195. *Decand. syst. nat.* 1. *p.* 192. *Sv. Bot. t.* 299. *Fl. Dan. t.* 611. *Aspegren bleking. p.* 105. *Ahlquist runst. p.* 26. *Vet. Ac. Handl.* 1821. *p.* 295. *Wahlenb. ib.* 1805. *p.* 153. *Videgren österg. p.* 29.

Hab in pratis duris sterilibus apricis supra petra calcarea formationum juniorum Scaniæ præcipue arenosæ orientalis ex. gr. ad Åhus. Åsum, Köpinge copiose, Blekingiæ adjacentis, Oelandiæ inprimis meridionalioris ubique, Gotlandiæ ad Wisby copiose; ceterum ad Linköping et copiosius ad Svinsta Ostrogothiæ.

Folia et involucrum fere praecedentis, sed magis explicata (vel lata). Flos quoque longe minus praecox, potius aestivalis, brevior latiorque, extus lividus, intus fusco-violaceus.

633. ANEMONE *vernalis:* involucro multipartito villosissimo in medio scapi, foliis pinnatis: foliolis subovatis trifidis, flore cernuo: petalis patentibus. *Linn. svec. n.* 483. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 1273. (*it. scan. p* 13.) *Decand. syst. nat.* 1. *p.* 189. *Sv. Bot. t.* 657. *Flor. Dan. t.* 29. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818 *p.* 126. *Hisinger herjed. p.* 50. *dal. p.* 23. *Samz. neric. p.* 47. *Fries halland. p.* 94. (*Forsand. veg. scan. p.* 10) *Videgr. österg. p.* 29.

Hab. in ericetis juniperitisque sylvaticis præcipue arenosis

Moar dictis regionum altiorum, ut Helsingiæ supra Laforssen, Dalekarliæ inter Åsby et Idre Vermlandiæ in Elfdalen supra Uddeholm, Vestmanniæ superioris ad Hedhammar, Uplandiæ rarius ad Upsala, Vestrogothiæ in Julemon paroeciæ Habo prope Vettern, in sylva inter Nericiam et Ostrogothiam, Smolandiæ ad Wimmerby etc., Hallandiæ ad Thorup etc.

Folia longe minus divisa et latiora quam in praecedentibus; lobis saepe digitum latis. Flos prodit ex involucro pilis aureis splendente, albus, extus dorso s. in medio incarnatus ob locum Svecis *Mosippa* vel post florescentiam *Movippa*

634. ANEMONE *sylvestris:* involucri foliolis petiolatis ternatis cuneiformibus apice incisis: foliis radicalibus conformibus, pedicello involucris duplo longiore sericeo erecto solitario. radice fibrosa. *Linn. svec. n.* 484 *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p* 1278. *it. oel. p.* 112. *Vet. Ac. Handl.* 1741 *p.* 195. *Besler. h. eyst. vern. ord.* 1. *t.* 13. *f.* 3. *Decand. syst. nat.* 1. *p.* 207. *prodr. syst. nat.* 1. *p.* 20. *β. Ahlquist. Vet. Ac. Handl.* 1821. *p.* 304. *Wahlenb. ib. p.* 313.

Hab. in lapidosis elatis prope agros ad oram exteriorem vel orientalem Oelandiæ septentrionalioris prope pagum Husvalla paroeciæ Föra tribus diversis locis non parce.

Folia ex apice radicis fasciculata squamis obvallata; petiolis lanuginosis. Foliola praecipue involucralia breviora quam in sequente, praecipue respectu longitudinis caulis saepe plus quam pedalis, cujus media pars supra involucrum. Flos major quam in sequente, petalis unciam longis, albis, minus praecocibus.

635. ANEMONE *nemorosa:* involucri foliolis petiolatis ternatis acutis incisis folio radicali conformibus, pedicello involucrum subexcedente demum nutante solitario, radice repente. *Linn. svec. n.* 485. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 1281. *Decand. syst. nat.* 1. *p.* 203. *Sv. Bot. t.* 3. *Flor. Dan. t.* 549. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 99. *Wahlenb. ibid.* 1811. *p.* 36. *lapp. n.* 276.

Hab. in pratis nemorosis omnium provinciarum a Scania ad Jemtlandiam et Angermanniam septentrionalem ubique; dein non nisi prope mare septentrionale Nordlandiæ usque ad Salten passim, et ad montem Geota Lapponiæ Umensis rarissime.

Folia radicalia a scapo plerumque remota. Scapus vix pedalis laxus. Flos supra involucri apices elevatus, albus vel extus aliquantum roseus vulgo Svecis *Hvitsippa* etc.

636. ANEMONE *ranunculoides:* involucri foliolis subpetiolatis ternatis acutis incisis folio radicali conformibus, pedicellis subbinis involucro brevioribus, radice repente. *Linn. svec. n.* 486. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 1282. *Decand. syst. nat.* 1. *p.* 206. *Sv. Bot. t.* 405. *Flor. Dan. t.* 140. *Leche scan. p.* 10. *n.* 38. *Retz. oec. p.* 50. *Ahlquist runst. p.* 26. *Vet. Ac. Handl.* 1821. *p.* 287. 295. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 219. *Fries halland. p.* 95. *Videgren österg. p.* 29.

Hab. in nemoribus subhumidis Scaniæ ubique, Oelandiæ et Gotlandiæ passim, Vestrogothiæ in Kinnekulle variis locis, Hallandiæ meridionalis rarius; in aliis provinciis sæpe inquilina ex. gr. ad Norrköping.

Radix prope apicem gerens folium et caulem sine squamis conspicuis. Planta tota plerumque spithamaea. Flores bini intra folia involucralia plerumque pentapetali (ideoque Ranunculis eo similiores), flavi (unde svecice *Gulsippa*), vernales, multo minores quam in proximis circiter novem lineas lati.

226. THALICTRUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 951. *Juss. gen. p.* 257. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 355. *t.* 74.

Petala utrinque nuda, vix colorata, caduca, quatuor (rarius quinque). Filamenta compressa (petalis veris similia). Styli breves. Semina utriculata breviter rostellata, — trialata in specie prim. sed multisulcata in ceteris. — *Herbæ radice perenni, foliis alternis decompositis, floribus inconspicuis.*

637. THALICTRUM *aquilegifolium:* fructibus trialatis pendulis cymosis, foliis quadripinnatis: petiolo-

rum ramis stipula bina fulcratis. *Linn. svec. n.* 48
spec. pl. ed. Willd. 2. *p.* 1301. *it. scan. p.* 101. 10
Decand. syst. nat. 1. *p.* 169. *prodr. syst* 1. *p.* 1
Jacqu. austr. t. 518. *Leche scan. p.* 10. *n.* 5
Aspegren bleking. p. 41.

Hab. in pratis nemorosis humidis præcipue alne Scaniæ exterioris fere in limine inter frondos sylvestrem et campestrem regionem satis freque ter, ut ad Maltesholm, ad Forssakar prope Deg berga, Öfvedskloster, Fogelsång, Sandby, Röslå ga, Simonstorp etc., Blekingiæ rarius ad Carl hamn.

Radix fibrosa. Caulis fistulosus, saepe semiorgyalis, s perne et in apricis purpurascens. Folia ultra spithamam lo ga lataque; foliolis extimis digitum latis, subrotundis. *Flor* dilute rosei, vernales, ante solstitium explicati; staminibu extrorsum dilatatis et pistillis pedicellatis pendulis. Semir ex apice pedunculi erecti nudi dependentia; pedicello tr lineas longo; ipsa sesquilineam lata; alis tribus primari sed etiam carina una alterave in latere quodam.

638. THALICTRUM *majus*; floribus cymosis: pedice lis extimis subumbellatis, foliis tripinnatis: foliol subcordatis rotundatis subtrifidis, caule teretiuscul *Engl. Bot.* 9. *t.* 611. (convenientiss). *Jacqu aust* 5. *t.* 420.
T. flavum β rotundifolium *Wahlenb. lapp. p.* 155

Hab. in lucis lætioribus humidis præcipue ad cata ractas fluminum Lapponiæ Kemensis altioris pa sim; optime lectum est ad Kanetskoski paroeci Utsjoki.

Planta etiam nunc mihi dubia, sequenti forsan nimium a finis, sed elatior, ramosior, foliis magis compositis, floribu minus flavis. Radicem non observavi. Caulis tripedalis ultra, angustior quam sequentis. Foliorum petioli dodrant les, sed foliola ultima vix digito minimo latiora. Inflor scentia quoque multiplo latior, sed flores singuli fere minor

639. THALICTRUM *flavum*; floribus cymosis confe tis erectis, foliis bipinnatis: foliolis ovatis trifid acutis, caule sulcato, radice fibrosa. *Linn. svec.*

488. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 1300. *n.* 15. *α. Decand. syst. nat.* 1. *p.* 182. *Sv. Bot. t.* 328. (*Flor. Dan.* 6. *t.* 939). *Samz. neric. p.* 47. *Hagström jemtl. p.* 158. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 99. *Wahlenb. ib.* 1809. *p.* 218. *lapp. n.* 278. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 160.

Hab. in pratis subhumidis regionum magis campestrium vel etiam mari aliisque aquis majoribus vicinarum a Scania ad Vermlandiam maxime meridionalem (prope Stömne paroeciæ Gilberga) et dein ad oram regni orientalem usque in Jemtlandiam et Lapponiam infimam frequenter, ut etiam denique in districtu Fælles dicto Norvegiæ ultimæ.

Radix eximie flava, unde nomen. Planta vix tripedalis, minus composita; foliolis majoribus quam in reliquis saepe digitum latis, glaucescentibus, Svecis *Ängsruta*, Norrlandis *Torrvärksgräs*. Flores toti dilute flavi, ante foenisecium explicati, magis conspicui quam in reliquis (excepta prim.).

640. THALICTRUM *simplex:* floribus subracemosis erectis cauleque virgato simplicissimo angulato, foliis bipinnatis: foliolis cuneiformibus trifidis, radice repente. *Linn. svec. n.* 490. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 1301. *Rogberg smol. p.* 22. *Decand. syst. nat.* 1. *p.* 183. *Flor. Dan. t.* 244. (Th minus). *Hising. herjed. p.* 50.

β. galioides: simplicissimum, foliolis subindivisis sublinearibus. *Smith.* —

Th. galioides *Decand. l. c. p.* 180. — Th. tenuifolium *Swartz sum. p.* 72. *Ahlqu. runst. p.* 26.

Hab. in pratis et pascuis sterilibus uliginosisque Sveciæ temperatioris a Scania ad Vestrogothiam et Uplandiam passim; Dalecarliæ transitionis ad Boda et Osmundsberg copiose, Herjedaliæ rarius. β in campestribus formationis transitionis Oelandiæ, Gotlandiæ, Scaniæ passim.

Radix valde repens, saltem ad articulos fuscescens. Folia radicalia sola divergunt: foliolis ungve digiti minimi plerumque angustioribus. Planta reliqua valde virgata et angustata, circiter sesquipedalis, non parum fuscescens. Flores paullo ante foenisecium, filamentis quoque fuscescentibus.

641. THALICTRUM *minus*: racemo composito: flor bus nutantibus, foliis quadripinnatis: foliolis sul rotundis; petiolis planis nodosis, caule teretiuscul superne nudo. *Linn. svec. n.* 489. *spec. pl. ed. Will* 2. *p.* 1297. *it. gotl. p.* 180. 225. 289. *vestrog. p.* 2 *Flor. Dan. t.* 732. *Leche scan. p.* 25. *n.* 31. *Fri halland. p.* 94. *Kalm bohusl. p.* 96. 124. *Bjerkan Vet. Ac. Handl.* 1776. *p.* 81.

Th. medium *Jacqu. vind. t.* 96.

Hab. in pratis (subhumidis) valde apricis et vento ex positis regionum maxime campestrium et littorali um, ut Gotlandiæ et Oelandiæ passim, Sca niæ occidentalis ubique, Hallandiæ et Bahu siæ in insulis exterioribus usque ad Amundshol men paroeciæ Tanum copiose, Vestrogothiæ i Kinnekulle supra lapidem suillum frequenter.

Planta humilior quam praecedentes saepe tantum pedalis sed omnium maxime composita et divergens. Foliola ple rumque ungvem digiti minimi non lata, glaucescentia, pul chre venosa. Flores etiam parvi, subcaesii.

642. THALICTRUM *alpinum*: racemo simplici: pedi cellis recurvatis, caule subnudo. *Linn. svec. n.* 491 *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 1295. *Decand. syst. nat* 1. *p.* 175. *Flor. Dan. t.* 11. *Wahlenb. lapp. n* 279. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 128. *Hi singer herjed. p.* 46. 52. 53.

Hab. locis irrigatis apricis per omnes alpes nivales e maritimas a finibus Norvegiæ ultimis versus Rus siam usque ad Sylfjället Jemtlandiæ et Ridalen Nor vegiæ adjacentis frequentissime; descendit ad flumi na infra suas alpes passim.

Radix subrepens, fere fili tenuitate. Folia fere omnia ra dicalia; petiolo trifido; ramis pinnatis; foliolis sesquitertian lineam tantum latis, subrotundis, incisis, supra nitidis. Cau lis plerumque digitalis filo non crassior, interdum unifolius apice racemum nutantem formans. Corolla caesia. Anthe rae virescentes.

CLASSIS XIV.

DIDYNAMIA.

CONSPECTUS.

1. ORD. GYMNOSPERMIA.

A. Calyces quinquefidi subæquales.

α. Labium superius Cor. divisum, non fornicatum.

Labium superius bidentatum minimum - - - - - - 227. Ajuga
Labium superius bipartitum: laciniis deflexis - - - 228. Teucrium
Lacinia superior corollæ subæqualis emarginata. Filam. diverg. 229. Mentha
Lab. superius bifidum. Anther. singulum par in form. crucis 232. Glecoma
Calyx decemstriatus dentatusque 237. Marrubium

β. Labium superius Corollæ indivisum subfornicatum.

Cor. faux inflata. Lab. inf. subrotundum - - - - - 230. Nepeta
lineare. Anth. punctis nit. dem. reflexæ 238. Leonurus
dente utrinque reflexo subsetaceo - - 233. Lamium
Cor. faux cylindr. denticul. duobus conicis in pagin. labii inf. 234. Galeopsis
Cal. urceolatus 5-aristat. Sem. cuneata - 231. Betonica
decemangulatus involucris subulatis 236. Ballota
Stamina duo inferiora demum reflexa - 235. Stachys

B. Calyces bilabiati.

Calycis dente supremo majore. Cor. faux dilatata compressa laciniifera 239. Dracocephalum
Bracteæ coloratæ spiculas constituentes calyces includentes 240. Origanum
involucriformes multisetæ: calyces incurvi - 241. Clinopodium
Calycis faux villis clausa - - - - - - - - - - 242. Thymus
Antheræ laterales apicibus filamentorum longiorib. superatæ 243. Prunella
Calycis labia integerrima conniventia ob vexillum - 244. Scutellaria

2. ORD. ANGIOSPERMIA.

A. Cor. personata i. e. fauce angusta subclausa

Capsula unilocular. Stigma bicallosum. Semin. scobiformia 245. Orobanche
simplex. Semina subrotunda - 246. Lathraea
Caps. bilocular. Cal. quadrifidus urceolatus caps. duplo brevior 247. Bartsia
longitudine capsulæ 248. Euphrasia
Cor. lab. sup. marg. revolut. 249 Melampyrum
ventric., compresso-orbicul. 250. Rhinanthus
quinquefidus - - - - - - - 251. Pedicularis
pentaphyll. Caps. apice non dehisc. 252. Antirrhinum

B. Corolla patens

subglobosa intus superne squamula - - - - 253. SCROPHULARIA
campanulata æqualis. Calyx simplex - - - - - 254. LIMOSELLA
duplex - - - - - - 255. LINNAEA

ORD. 1. GYMNOSPERMIA.

227. AJUGA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 959. Bugula *Juss. gen. p. 125.*

Calyx semiquinquefidus, subæqualis. Corolla tubulosa, labiata: labio superiore minimo staminibus breviore, emarginato-bidentato; inferiore trilobo: lobo medio maximo obcordato. Semina scrobiculata. — *Herbæ parum odoræ, radice perenni, caulibus simplicibus pyramidato-spicatis.*

643. AJUGA *pyramidalis:* tetragono-pyramidata villosa, foliis radicalibus majoribus; caulinis subintegris flores tegentibus. *Linn. svec. n.* 512. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 8. *it. gotl. p.* 20. 39. *Sv. Bot. t.* 225. *Fl. Dan. t.* 185. *Fries halland. p.* 98. *Bjerkand. Vet. Ac. Handl.* 1776. *p.* 84. *Samz. neric. p.* 48. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 99. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 69.

? A. alpina *Gunner. norv. n.* 1099.

Hab. in pascuis sylvaticis duris siccis a Scania sylvatica ad Bahusiam, Vestrogothiam, Nericiam, Vestmanniam superiorem (Skinskatteberg) et dein prope mare orientale usque ad Medelpadiam; demum Jemtlandiæ occurrit et ad radices alpium Lapponicarum Finmarkiæ raro.

Planta saepius solitaria (vix multicaulis), inferne plerumque tam lata ac alta, superne caerulescens, Svecis *Kjäringruka*, Norrlandis *Mjölkgubbar*, Blekingis *Takgran.* Flores inter folia fere absconditi adsunt mense frondescentiae, dilute caerulescentes.

644. AJUGA *alpina:* foliis aculinis majoribus grosse dentatis villosis; demum flore brevioribus. *Linn. mant. p.* 80. *spec. pl. ed. Willden.* 5. *p.* 9. *Fries nov. p.* 69. (*halland. p.* 98).

Hab. in campis maxime elatis supra stratum calcis e formatione sedimentaria ad Limhamn Scaniæ meridionali-occidentalis copiose.

A praecedente apud nos omnimodo distat. Radix magis perennis et multicaulis; folia radicalia itaque longe minora, sed caulina inferiora eximie basi elongata saepe biuncialia. Flores inter folia primum satis occultati, sed demum in spica elongata omnino prominentes, magis aestivales, saturatius caerulei.

228. TEUCRIUM.

Linn. gen. ed Schr. n. 960. Juss. gen. p. 115.

Calyx tubulosus, basi subtus gibbus, quinquefidus, subæqualis. Corolla tubo brevi; labio superiore ultra basin profunde bipartito: laciniis ad latera deflexis et labio inferiori adjectis. Stamina per dehiscentiam labii superioris adscendentia. — *Herbæ graveolentes.*

645. TEUCRIUM *Scordium:* foliis oblongis sessilibus dentato-serratis demum nudiusculis, floribus axillaribus geminis pedicellatis, caule diffuso piloso. *Linn. svec. n.* 513. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 27. *it. scan. p.* 197. *gotl. p.* 292. *Sv. Bot. t.* 255. *Flor. Dan. t.* 593. *Leche scan. p.* 25. *n.* 33. *Retz. oec. p.* 713. *Ahlquist runst. p.* 21. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 57. *Videgren österg. p.* 50.

Hab. in pratis humidis provinciarum meridionalium formationibus junioribus fundatarum scil. Scaniæ occidentalis ad Malmö, Håkanstorp, Alnarp, Lomma etc. Oelandiæ ad Färjesta, Resmo, Oltenby, Runsten etc. Gotlandiæ ad Slite, Gothemså, Roma etc. Ostrogothiæ ad Örberga.

Radix perennis, repens, crassitie penn. gallin. Caules vix pedem longi, basi ramosi, usque in calyces albo-pilosi. Folia vix quinque lineas lata, subtus saepe subviolacea. Corolla ex minoribus extra calycem duas lineas tantum longa, dilute violacea, punctis rubris adspersa, aestivalis. Odor totius plantae fere Allii (Svecis *Lack-lök*).

229. MENTHA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 967. Juss. gen. p. 127.

Calyx quinquedentatus æqualis. Corolla calyce duplo longior, subæqualis, quadrifida: lacinia superiore latiore emarginata. Filamenta divergentia recta. —

Herbae odoratissimae, radice perenni repente, floribus spicatis in n. 646. quodammodo capitatis in n. 647. 648. omnino verticillatis inter folia in reliqui.

646. MENTHA *sylvestris:* spicis elongatis, foliis oblongis subtus tomentosis sessilibus argute serratis staminibus corolla longioribus. *Linn. spec. pl. ed. Willd.* 3. p. 74. *Flor. Dan. t.* 484. *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 139 *oec. p.* 451. *Zetterstedt. res.* 1. *p.* 11 *Ahlqu. Vet. Ac. H.* 1821. *p.* 303. *Fries nov. p.* 9(

Hab. in aggeribus aquas coercentibus Ostrogothiæ maxime campestris formatione transitionis fundata ad Hageby prope Skenninge et ad Omberg, Oelandiæ ad Ölr. Sandby paroeciæ Bredsättra et ad Ottenby, Scaniæ occidentalis ad Högsmölla et Keflingemölla.

Radix nigricans, saepe pennam anserinam crassa. Planta tota incana, interdum quadripedalis. Folia saepe pollicem lata. Spicae angustiores quam ceterarum inflorescentia vix quatuor lineis latiores (idque ob flores minutos), quare apte dicitur svecice *Spir-mynta.* Flores albo-caerulescentes.

647. MENTHA *aquatica:* floribus capitatis, pedicellis calycibusque inferne hirsutis, foliis ovalibus serratis petiolatis. *Linn. svec. n.* 517. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 78. *Flor. Dan. t.* 638. (Orig. vulg.) *Fries nov. p.* 105. 70. *etc. halland. p.* 98. *Carls. strengnäs. p.* 35.

Hab. ad aquas præcipue regionum maxime campestrium et formationis junioris, ut Gotlandiæ fere ubique, Oelandiæ ad Ottenby, Runsten etc. Scaniæ multis locis adjacentisque Hallandiæ, Ostrogothiæ ad Omberg, Nericiæ et prope lacum Mälaren ad Strengnäs alibique raro.

Planta magis grandifolia et grandiflora quam caeterae, bipedalis et ultra. Folia interdum biuncialis latitudinis. Capitulum florum pollicem crassum, corollis dilutioribus; staminibus longe exsertis. Ceterum variat admodum hirsutie, foliis acuminatis e. s. p.

648. MENTHA *citrata:* floribus capitatis, pedicellis calycibusque glabris, foliis ovatis petiolatis utrinque nudis. *Ehrh. beitr.* 7. *p.* 150. *Willd. spec. pl.* 3. *p.* 79.

M. odorata *Smith fl. brit.* 2. *p.* 615. *Engl. Bot.* 15. *t.* 1025. *Fries nov. p.* 70. 105. *hall. p.* 99.
M. aquatica *Osbeck götheb. handl.*
Hab. in rivulis ad Hallandsås et Smolandiæ occidentalis ad Unnaryd, sed raro florens; in maritimis Roslagiæ quoque visa.

A praecedente vix differt nisi brevitate omnium partium, glabritie et odore fortiore, floribus minoribus stamina non exserentibus.

649. MENTHA *rubra:* verticillis pedunculatis, pedicellis calycibusque inferne glabris: dentibus acuminatis ciliatis, foliis oblongis acuminatis petiolatis. *Smith fl. brit.* 2. *p.* 619. *Engl. Bot.* 20. *t.* 1413. *Fries nov. p.* 105. 70.
Hab. ad loca culta Scaniæ, Oelandiæ, Smolandiæ meridionalis raro.

Sequentium longe glaberrima; caule praecipue superne flexuoso, rubro. Calyces quoque eximie rubicundi. Corollae intensius coloratae, paullo majores. Foliorum serraturae acuminatae.

650. MENTHA *gentilis:* verticillis subsessilibus calycibusque strigoso-pilosis: dentibus acuminatis, foliis ovalibus petiolatis pilosis. *Smith fl. brit.* 2. *p.* 621. *Engl. Bot.* 30. *t.* 2118. *Fries nov. p.* 105. 71. *halland. p.* 99.
β. gracilis: caule ramosissimo, foliis sessilibus glabrioribus. M. gracilis *Smith l. c. Engl. Bot.* 7. *t.* 449. *Fries nov. p.* 105. 71.
Hab. in ruderatis cultisque subhumidis Scaniæ, Smolandiæ meridionalis, Oelandiæ passim; β ad Belteberga Scaniæ alibique.

Etiam haec praecipue β eximie rubet et saepius svecice *Rödmynta* audit, sed α pilis non raro albet.

651. MENTHA *arvensis:* verticillis sessilibus glabriusculis, calycibus companulatis patenter pilosis, caule ramoso, foliis subovatis breviter petiolatis. *Linn. svec. n.* 516. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 80. *Sv. Bot. t.* 279. *Flor. Dan. t.* 512. *Fries nov. p.* 105.
Hab. locis subhumidis totius Sveciæ, excepta forsan Lapponia, frequenter.

Herba plerumque magis viridis et vaga, odoris minus grati; unde Svecis *Hästmynta* vel *Horsamynta*. Calyces breviores et flores plerumque minores, dilute rubro-violacei.

652. MENTHA *lapponica:* verticillis paucifloris, pedicellis lævissimis, calycibus asperis, foliis oblongo-lanceolatis longius petiolatis glabris. *Wahlenb. lapp. n.* 294. *t.* 10. *Fries nov. p.* 105.

Hab. in ripis arenosis subhumidis Lapponiæ præcipue Kemensis ad Saunavaara frequenter.

Planta longe gracilior, glabrior et pallidior praecedente. Corolla quoque rosea.

230. NEPETA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 964. *Juss. gen. p.* 126.

Calyx quinquedentatus: dentibus superioribus paullo longioribus. Corollæ tubus curvulus: fauce dilatata in lacinias reflexas terminata; labio superiore emarginato; inferiore concavo, subrotundo, crenulato. Stamina approximata. — *Herbæ inflorescentia subpaniculata, pedunculis multifloris.*

653. NEPETA *Cataria:* floribus subspicatis; verticillis subpetiolatis, foliis cordatis dentato-serratis petiolatis subtus incanis. *Linn. svec. n.* 514. *spec. pl. ed Willd.* 3. *p.* 49. *Sv. Bot. t.* 410. *Flor. Dan. t.* 580. *Carls. strengn. p.* 35.

Hab. in ruderatis, locis deustis vel lapidosis a Scania ad Vermlandiam et Uplandiam passim.

Radix perennis. Planta tota non parum canescens, circiter tripedalis, odoris proprii felibus grati, unde *Kattmynta*, *Kattleka*, *Kattlusta*, alias *Lössegrås* s. *Nyttegrås*. Inflorescentia superne spicaeformis plus quam pollicem crassa. Corolla aestivalis alba; labio punctis rubicundis.

231. BETONICA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 973. *Juss. gen. p.* 128.

Calyx urceolatus quinquearistatus. Corollæ tubus cylindricus incurvus; labio superiore integro erecto planiusculo; inferiore trifido: lacinia media latiore rectiore. Semina sursum cuneata, subtridentata. — *Herbæ caulibus simplicibus verticillato-spicatis.*

654. BETONICA *stricta:* spica interrupta, calycibus pilosis, labii lacinia intermedia emarginata crenata. *Aiton kew.* 2. *p.* 299. *Willd. spec.* 3. *p.* 94.
B. officinalis *Linn. svec. n.* 515. (nec. spec. pl. ed. 2. p. 810 et ed. Willd. 3. p. 93). *Leche scan. p* 10. *n.* 42! *Retz. oec. p.* 101. (*Sv. Bot. t.* 284. hortensis et dubia). *Fl. Dan. t.* 726. *Forsand. veg. scan. p.* 8. *Fries nov. p.* 116.
Hab. in pratis dumosis Scaniæ occidentalis rarissime, lecta ad oram occidentalem lacus Ringsjön ad Stehag olim, postea ad Bosarp loco Kullarne dicto.
Radix perennis valde multicaulis. Caules stricti, pedales vel paullo ultra, retrorsum pilosi. Folia cordato-oblonga, crenata. Bracteae fere indivisae et tantum dentatae. Calyces longius pilosi, ceterum virides. Corolla extus albo-pubescens, saturatius rubra. Semina sursum eximie compressa.

252 GLECOMA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 970. Juss. gen. p. 127.

Calyx parvus; ore quinquedentato; inæquali. Corollæ tubus sursum compressus: labio superiore bifido; inferiore patente trifido: lacinia intermedia majore emarginata. Antherarum singulum par in formam crucis connivens. — *Herbæ repentes, floribus axillaribus, longis.*

655. GLECOMA *hederacea:* foliis reniformibus crenatis glabriusculis. *Linn. svec. n.* 518. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p* 85. *Sv. Bot. t.* 183. *Flor. Dan. t.* 789. *Samz. neric. p.* 48.
Hab. ad sepes, in dumetis locis occultioribus a Scania ad Vermlandiam inferiorem, Nericiam, Vestmanniam et Medelpadiam frequenter.
Radix perennis. Planta late decumbens apud nos tantum debiliter odora, Svecis *Jordrefvor*, Nericiis *Jordkronor*, nonnullis *Tusengodt*. Flores ex axilla quacunque subterni, secundi. Corollae longius tubulosae, foliis parum breviores, pulchre caeruleae, vernales.

253. LAMIUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 971. Juss. gen. p. 127.

Calyx superne patens, quinquedentatus: dentibus ari-

statis. Corollæ faux inflata, margine utrinque denticulo reflexo terminata; labio superiore fornicato integro, stamina pistillumque conjuncta gerente; inferiore obcordato. Semina truncata. — *Herbæ floribus axillaribus, bracteis setaceis, radice in primis spec. perenni, in posterioribus annua.*

656. LAMIUM *album:* foliis subcordatis acuminatis serratis; petiolis dilatatis, verticillis subvigintifloris, calycis fructiferi dentibus approximatis. *Linn. svec. n.* 520. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 88. *Sv. Bot. t.* 55. *Flor. Dan. t.* 594.

Hab. ad sepes in cultis et ruderatis fere totius Sveciæ, Lapponia similibusque provinciis tantum exceptis, ubique.

Planta elatior foliis fere Urticae, unde Svecis *Blindnåssla,* vel *Pipnåssla.* Corollae majores quam in proximis, unciam longae, albidae; galea cauli adpressa, ciliata.

657. LAMIUM *maculatum:* foliis subcordatis serratis petiolatis, verticillis subdecemfloris, calycinis dentibus hirsutis. *Linn. spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 87. *Flor. Dan. t.* 1649. *Engl. Bot.* 36. *t.* 2550. *Fries nov. p.* 75!

Hab. in arvis humidis Scaniæ occidentalis ad Keflinge rarissime.

Radix repens. Planta circiter pedalis praecedenti plerumque minor, foliis stolonum linea alba maculaque varia notatis, caulinis saltem adultioribus plerumque immaculatis, sed nodis caulinis et costis foliorum eximie purpurascentibus. Corolla quoque versicolor: labio inferiore valde purpureo, sed fauce et basi pallida; magnitudine fere praecedentis. Calycis dentes demum recurvati.

658. LAMIUM *purpureum:* foliis cordatis obtusis crenatis inferioribus petiolatis, calycis fructiferi dentibus patentibus ciliatis. *Linn. svec. n.* 521. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 88. *Flor. Dan. t.* 523.

β. incisum: foliis superioribus acutis inciso-serratis, corollis minoribus. *Lamark. enc.* 3. *p.* 410.
L. incisum *Willd. spec. pl.* 3. *p.* 89. *Engl. Bot.* 27. *t.* 1933. *Fries nov. p.* 73. 106. *hall. p.* 109.

γ. intermedium: foliis plerisque sessilibus subrotundis. L. intermedium *Fries nov. p.* 105. 72. (mollucellæfolium). *Wahlb. gothob. p.* 64. *Aspegren bleking. p.* 44. *Flor. Dan. t.* 1701.

Hab. in cultis Sveciæ ubique usque ad Norrlandiam. β. Scaniæ, Hallandiæ etc. frequenter, Oelandiæ rarius ex. gr. ad Högsrum, Ostrogothiæ ad Vadstena, Upsaliæ; γ. Scaniæ, Blekingiæ etc rarius.

Folia saepe subreniformia. Calyces glabri praeter dentes ciliatos. Corolla aestivalis purpurascens.

659. LAMIUM *amplexicaule:* foliis subrotundis incisis crenatisque; floralibus amplexicaulibus, calycis tomentosi fructiferi dentibus conniventibus. *Linn. svec. n.* 522. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 90. *Flor. Dan. t.* 752.

Hab. in arvis et cultis Sveciæ usque ad Angermanniam frequenter.

Plerumque duplo minus praecedente, sed crassioris et tenacioris substantiae. Calyces praecipue duplo minores, sed fere coriaceae substantiae, undique canescenti-tomentosi. Corollae minores, roseae, aestivales.

234. GALEOPSIS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 972. *Juss. gen. p.* 127.

Calyx quinquedentatus aristatus. Corollæ faux patens, denticulos duos supra sinus labii inferioris elevans; labio superiore fornicato stamina pistillumque conjuncta gerente. Semina extrorsum marginata. — *Herbæ plerumque fistulosæ radiceque annua, floribus magis terminalibus.*

660. GALEOPSIS *Ladanum:* internodiis caulinis æqualibus subpubescentibus, verticillis omnibus remotis, foliis sublanceolatis. *Linn. svec. n.* 524. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 91. *Engl. Bot.* 13. *t.* 884. *Wahlenb. ups. n.* 382. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 123.

Hab. in arvis siccissimis, tectis, collibus Sveciæ us-

planta ad Dömestorp Hallandiæ memorata ab Osbeck in Götheborgs Handl. 4. p. 20.

Planta Uplandica in Celsii Herb. optime conservata non foetet, circiter bipedalis altitudinis, sed undique crassior et firmior magisque grandiflora quam praecedens. Calyces praecipue grandiores: laciniis sesquilineam latis. Corolla magis fuscescens vel ferruginea, latior; laciniis lateralibus exporrectis.

665. STACHYS *palustris:* foliis lineari-lanceolatis basi cordatis subsessilibus, spicæ verticillis subsexfloris, caule divaricatim piloso erecto. *Linn. svec. n.* 528. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 98. *Sv. Bot. t.* 451. *Fl. Dan. t.* 1103.

Hab. ad ripas, paludes, in arvis pratisque humidis a Scania ad Vermlandiam et Jemtlandiam frequenter.

Radix demum tuberosa Svecis *Svinknyler*. Caulis ultra pedem altus; pilis longitudine fere ipsius diametri. Folia digitum tantum lata, sed circiter tres uncias longa. Corolla post solstitium, dilute rubro-violacea sub fauce maculata.

666. STACHYS *arvensis:* foliis oblongis basi cordatis petiolatis crenatis, verticillis foliiferis paucifloris, calyce corollam subæquante, caule hirto. *Linn. spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 106. *Flor. Dan. t.* 587. *Retz. oec. p.* 703. *Osbeck götheb. handl.* 4. *p.* 20. *Fries halland. p.* 101. *Forsander veg. scan. p.* 11. *Aspegren bleking. p.* 45.

Glecoma arvensis *Linn. svec. n.* 519.

Sideritis *Leche scan. p.* 11. *n.* 43.

Hab. inter segetes vernales in agris præcipue arenosis Scaniæ occidentalis maritimæ passim ex. gr. ad Malmö, Lomma, Helsingborg, Höganäs copiose, rarius ad Oefvedskloster, Fogelsång etc., ut etiam Hallandiæ meridionalis ex. gr. ad Hasslöf, Tvååker infra Warberg etc. parcius, Blekingiæ occidentalis rarissime.

Radix annua. Caulis omnino erectus, vix pedalis altitudinis; ramis nonnullis basilaribus adscendentibus. Folia inferiora petiolo longitudine ipsorum inserta, ovali-cordata unciam vix longa, grosse crenata; superiora subverticillaria sessilia, magis oblonga, vix cordata, deflexa idque demum

ita ut extra calyces non emineant. Calyces infra medium fissi, demum fructiferi ampliati campanulati; dentibus sesquilineam latis. Corolla parva, alba: punctis tantum et lineolis nonnullis roseis.

236. BALLOTA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 975. Juss. gen. p. 118.

Calyx decemangulatus involucris subulatis fulcratus; ore patulo quinquedentato. Corollæ tubus cylindricus longitudine calycis: labio superiore concavo crenato, inferiore trifido obtuso: lobo intermedio majore obcordato. — *Herbæ radice perenni, floribus axillaribus, pedunculis subcapitatis secundis.*

667. BALLOTA *nigra:* foliis subcordatis acutis serratis, bracteis tubum calycinum æquantibus, calycibus acuminatis aristatisque rectis. *Linn. svec. n.* 529. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 107. *it. oel. p.* 60. *gotl. p.* 174. 209. *vestrog. p.* 159. *Leche scan. p.* 10. *n.* 40. *Vet. Ac. Handl.* 1744. *p.* 273. *Aspegren blek. p.* 45.

B. ruderalis *Sv. Bot. t.* 389. *Fries halland. p.* 101. *Ahlquist runst. p.* 21. *Flor. Dan. t.* 1702.

β. flore albo. (*Fries halland. p.* 101). B. alba *Linn. svec. n.* 530? (nec spec. pl.)

B. sepium *Persoon syn.* 2. *p.* 125.

Hab. ad sepes et domos provinciarum formatione juniore substratarum et littoralium, scil. Gotlandiæ, Oelandiæ et Scaniæ passim, Ostrogothiæ ad Vadstenaslott, Blekingiæ; ceterum non nisi ad oram occidentalem regni in ruderibus ut Hallandiæ ad Varbergsslott, Bahusiæ in Bohusslott; *β* in Scania.

Planta laxa varie flexuosa, obscurioris coloris exsiccatione supra nigrescentis, unde nomen, quod etiam Svecice *Svart Andorn.* Flores subviolacei lineis variis albidioribus picti, aestivales. Folia in ramis arcuatim deflexis infra flores dependent. — *β* flore albescente tantum differt et utique distingvi debet a vera B. alba, toto habitu albescente, nobis adventitia.

237. MARRUBIUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 976. Juss. gen. p. 118.

Calyx rigidus infundibuliformis decemstriatus decem dentatus: denticulis alternis interdum minoribus ob soletisve. Corollæ labium superius bifidum lineai rectum; inferius trifidum. — *Herbæ floribus in ver ticillos capitatos axillares congestis.*

668. MARRUBIUM *vulgare:* dentibus calycinis seta ceis uncinatis, foliis subrotundo-ovatis crenato-ser ratis rugosis. *Linn. svec. n.* 531. *spec. pl. ed. Willd* 3. *p.* 111. *it. gotl. p.* 174. *vestrog. p.* 18. *Flor Dan.* 6. *t.* 1036. *Ahlquist runst. p.* 21. *Lech scan. p.* 42. *n.* 106. *Osbeck götheb. handl.* 4. *p.* 20 *Samz. neric. p.* 49. *Wahlb. gothob. p.* 64. *Carls streng. p.* 35.

Hab. ad vias, plateas, muros solo margaceo provinciarum temperatarum formatione quadam junior substratarum ut Gotlandiæ, Oelandiæ, Scaniæ, Vestrogothiæ in Falbygden frequenter Nericiæ passim; sed de cetero rarius Bahusiæ, circa lacum Mälaren ex. gr. ad Strengnäs etc.

Radix perennis. Planta tota albo-canescens praecipue in caule circiter sesquipedali, Svecice *Hvit Andorn.* Corolla omnino alba inconspicua, aestivalis.

238. LEONURUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 977. Juss. gen. p. 128.

Calyx pentagonus quinquedentatus. Corollæ angusta faux inflata laciniam reflexam utrinque gerens: labio superiore villoso concavo demum reflexo; inferiore sublineari angustato. Antheræ punctis nitidis adspersæ, demum reflexæ. Semina truncata supra villosa. — *Herbae foliis divisis.*

669. LEONURUS *Cardiaca:* foliis fulcrantibus lanceolato-trifidis, lacinia intermedia labii inferioris acuta. *Linn. svec. n.* 532. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 114. *Sv. Bot. t.* 195. *Fl. Dan. t.* 727. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 218. *Hartm. ib.* 1818. *p.* 123.

Hab. in ruderatis, ad domos, vias præcipue regionum

campestrium a Scania ad Vermlandiam, Uplandiam et Gevaliam frequenter.

Radix perennis. Planta saepe tripedalis valde ramosa, tenacioris substantiae et obscurioris coloris, Svecis *Bonåssla*, *Bondnåssla*, *Åsknåssla*, Empiricis *Hjertsprångsgrås*. Folia inferiora magnitudine et figura fere manus expansi. Verticilli minores asperi. Corolla post solstitium, extus omnino albo-lanata, intus sangvineo-punctata.

239. DRACOCEPHALUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 984. Juss. gen. p. 130.

Calyx subbilabiatus: dente supremo ceteris duplo triplove latiore. Corollæ faux inflata laciniam rectam utrinque producens; labio inferiore indiviso, deflexo, minore. — *Herbae foliis indivisis, floribus verticillato-spicatis, bracteis latis.*

670. DRACOCEPHALUM *Ruyschiana:* floribus spicatis, foliis sublinearibus bracteisque muticis indivisis integerrimis. *Linn. svec. n.* 537. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 153. *Flor. Dan. t.* 121. *Bjerkander Vet. Ac. Handl.* 1776. *p.* 80. (*Hising. norr. p.* 79.)

Hab. locis apricis exsuccis in strato calcareo montium Vestrogothicorum transitionis et quidem regionis proprie Falbygden dictæ ad Mösseberg inter Gökhem et Klefva per Klefvahed frequenter, in Ållebergsände vix parcius; alibi rarius, ut prope Söderköping in paroecia Drothen ad Thorstorp, (Smolandiæ in pratis pagi Hulu paroeciæ Hvitlanda olim, ad Alingsås, Vestmanniæ ad Johannisberg prope Vesterås: Dr. *Hall*).

Radix perennis. Planta tota non parum graveolens (unde forsan Vestrogothis *Mårrpissagrås*), plerumque pedem alta, fere glaberrima. Folia plerumque tantum duas lineas lata, sed sesquiunciam longa. Spica tantum paucis verticillis constat, sed crassa ob flores fere maximos hujus ordinis eleganter caeruleos aestivales. Calyx quinque lineas longus, primo intuitu subaequalis, sed re vera dente supremo duplo latiore. Corolla tota unciam longa etiam svecice *Drakhufvud* dicta.

671. DRACOCEPHALUM *thymiflorum:* floribus verticillatis; bracteis oblongis integerrimis, foliis inferioribus ovatis serratis, calycis labio superiore mucronato corollam subæquante. *Linn. spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 157. *Wahlenb. ups. n.* 387. *Gmel. sib.* 3. *p.* 233. *t.* 50.

Hab. in ruderatis, tectis Upsaliæ districtus Svartbäcken copiosissime, extra urbem ad Rickomberga etiam ad Furudal Dalecarliæ (*Kröningssvärd*).

Radix annua. Caulis pedalis et ultra, strictus superne spicatus. Folia caulina internodiis breviora circiter digitum lata. Calyces cylindracei; labio superiore unilobo latitudine totius calycis, ovato, mucronato. Corolla ad foenisecium diluta caerulescens, minuta, aliquando extra calycis lobum superiorem porrecta.

240. ORIGANUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 981. Juss. gen. p. 129.

Bracteæ coloratæ, imbricatæ, spiculas subtetragonas constituentes. Calyces intra bracteas inclusi depresso-bilabiati in Majorana, sed in nostra spec. subæqualiter quinquedentati. Corollæ faux depressa: labio superiore emarginato; inferiore trifido, subæquali. — *Herbae inflorescentia paniculata.*

672. ORIGANUM *vulgare:* spicis subrotundis paniculatis conglomeratis glabris, bracteolis calyce longioribus ovatis. *Linn. svec. n* 534. *spec. pl. ed. Willd* 3. *p.* 135. *it. vestgoth. p.* 197. *Sv. Bot. t.* 188 *Flor. Dan.* 9. *t.* 1581. *Kalm bohusl. p.* 82. *Samz neric. p.* 49.

Hab. locis calidis in petris calcareis abruptis, ad rupes regionum alias campestrium a Scania et Gotlandia ad Bahusiam summam, Vestrogothiam, Nericiam et Uplandiam passim; ad mare Nordlandiæ meridionalis rarius.

Radix perennis. Planta pedalis et ultra, loco Theae usitata et cerevisiae addita, Svecis *Dosta*, Rusticis *Koning* v. *Konungagräs*, etiam *Frimodig*, Bahustis *Märrmynta.* Folia ovata uncialia supra glabra. Panicula magna subviolacea corollis roseis sub foeniseccio explicatis.

241. CLINOPODIUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 980. Juss. gen. p 129.

Bracteæ involucrum multisetum constituentes. Calyces curvati bilabiati: supra trifidi, infra bipartiti. Corollæ tubus sensim ampliatus: labio superiore emarginato, inferiore trifido: lacinia media latiore emarginata. — *Herba floribus supra pedicellos ramosos in verticillos congestis.*

673. CLINOPODIUM *vulgare:* verticillis hispidulis, involucro calycibus breviore, foliis remote serratis pilosis. *Linn. svec. n.* 533. *spec. pl. ed Willd.* 3. *p.* 131. *Sv. Bot. t.* 441. *Fl. Dan.* 6. *t.* 930. *Samz. neric. p.* 49. *Hisinger norr. p.* 40. 46.

Hab. cum præcedente passim, sed prius versus septentrionem desistens; (nec in Smolandia occidentali adest: *Fries*).

Radix perennis. Caules simplices, circiter pedales, patenter pilosi ut tota planta, Svecis *Sten-Polej*, *Bergmynta*, *Hvirfvel-Dosta.* Folia ovata, breviter petiolata. Verticilli valde compositi et multiflori; corollis calyce duplo longioribus violaceo-roseis, sub foenisecio obviis.

242. THYMUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 982. Juss. gen. p. 129.

Calyx subtus ventricosus; fauce villis clausa; limbo bilabiato: supra tridentato, infra bifido. Corolla parva: fauce angusta; labio superiore planiusculo emarginato; inferiore trifido inæquali. — *Herbæ humiles odoræ, foliis parvis.*

674. THYMUS *Serpyllum:* floribus capitatis, caulibus repentibus undique puberulis, foliis planis obovato-lanceolatis obtusis basi ciliatis. *Linn. svec. n.* 535. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 138. *Sv. Bot. t.* 320. *Flor. Dan.* 7. *t.* 1165. *Samz. neric. p.* 49. *Wahlenb. ups. n.* 390. *Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 33. *lapp. n.* 296. *Bjerkand. Vet. Ac. H.* 1776. *p.* 85. Th. angustifolius *Persoon synops.* 2. *p.* 130.

β. Chamædrys: floribus subcapitatis, caulibus subdecumbentibus bifariam quadrifariamve puberulis, foliis ovatis acutiusculis.

Th. Chamædrys *Fries nov. p.* 35. *halland. p.* 10:
(*Hising. norr. p.* 37. 45). *Aspegren blek. p.* 4(
Th. Serpyllum *Persoon syn. p.* 130.

Hab. in campis collibusque glareosis apricis exarid præcipue regionum campestrium a Scania ad Ve strogothiam, Nericiam et Uplandiam frequente dein prope mare ad Sundsvall passim et Dalecarli extimæ ad Furudal, sed denique ad mare septen trionale Finmarkiæ ut adventitium; β in collibu Scaniæ et Blekingiæ extremæ maritimæ rarissi me bis terve modo lectum.

Radix perennis: caulibus multis subfruticulosis ramul floriferos emittentibus. Herba apud nos debiliter odora Sve cis *Backtimjam*, *WildPolej*, etiam *Svarthö.* Folia ple rumque sublanceolata. Corolla violaceo-rubicunda circa foe nisecium aperta. — β Quo magis vegetum eo etiam folia la tiora, et pubescentia in angulos evidentiores caulis collecta.

675. THYMUS *Acinos:* verticillis sexfloris; pedicelli simplicibus, caulibus erectiusculis ramosis, folii oblongis acutis serratis flore longioribus. *Linn. svec n.* 536. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 142. *Flor. Dan t.* 814. *Samz. neric. p.* 50.

Hab. locis glareosis aridis et ruderatis regionum cam pestrium a Scania ad Vermlandiam et Angerman niam ubique.

Radix annua, sed multicaulis. Planta ceterum magnitu dine varia, rarius pedalis, Svecis *Harmynta.* Folia majo quam in praecedente. Calyces demum subtus valde ventr cosi. Corolla dilute violacea, aestivalis.

243. PRUNELLA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 990. *Juss. gen. p.* 130.

Calyx bilabiatus; labio superiore plano. Corollæ la bium superius staminiferum, inferius trifidum inæ quale. Filamenta bifurca; apicibus longioribus nudis brevioribus antheras laterales gerentibus. Stigma bi fidum. — *Herbæ verticillato-spicatæ: bracteis magn ciliatis laciniatisve.*

676. PRUNELLA *vulgaris:* foliis petiolatis basi serra tis ovato-oblongis, caule adscendente, calycis labi

superiore trimucronato. *Linn. svec. n.* 540. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 176. *Fl. Dan.* 6. *t.* 910. *Wahlenb. lapp. n.* 301. *Hisinger norr. p.* 72.

β. grandiflora: calycis labio superiore tridentato. *Linn. it. gotl. p.* 193. 196. 213. 219. 228. *Fries halland. p.* 104.

P. grandiflora *Willd. l. c. Jacqu. austr.* 4. *p.* 40. *t.* 377. *Ahlquist runst. p.* 22.

Hab. in pratis et pascuis sterilibus humentibus totius Sveciæ, alpibus et subalpinis tantum exceptis, frequenter; β in siccioribus supra petram calcaream Gotlandiæ, Oelandiæ, Scaniæ copiose, Roslagiæ raro.

Radix perennis. Caules adscendentes, circiter spithamaei. Folia infima ovata sed superiora oblonga. Spica subcylindrica, compacta, brunnea, Svecis *Skogshumle*, Angermannis *Brunört*. Corolla violacea, aestivalis, calyce plerumque tantum duplo longior; — sed in β tota fructificatio duplo explicatior spicaque crassior.

244. SCUTELLARIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 989. *Juss. gen. p.* 131.

Calyx bilabiatus: labiis integerrimis præterquam sub florescentia clausis ob vexillum suprapositum concavum. Corolla sensim superne dilatata in faucem compressam, utrinque terminatam lacinia ad labium superius applicata rictum subclaudente; labiis utrisque ceterum indivisis. Semina in receptaculo elongato pendula. — *Herbæ radice perenni repente, floribus quodammodo axillaribus solitariis.*

[6]7. SCUTELLARIA *galericulata:* foliis basi cordatis oblongatis crenatis flore inferiore longioribus. *Linn. svec. n.* 538. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 173. *Sv. Bot. t.* 457. *Fl. Dan. t.* 637. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 41. *lapp. n.* 300. *Zetterst. res.* 2. *p.* 208.

Hab. ad ripas lacuum et fluviorum totius Sveciæ usque ad fines infimos Lapponiæ ubique.

Planta saepe pedalis; caule exquisite quadrangulo. Folia [flo]ribus inferioribus plerumque duplo longiora. Calycis vexillum emarginatum. Flores sub solstitio et postea eleganter [cæ]rulei, Svecis *Getnos.*

678. SCUTELLARIA *hastifolia*: foliis integerrimis inferioribus triangulari-hastatis; superioribus sagittatis flore brevioribus. *Linn. svec. n.* 539. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 173. *it. gotl. p.* 212. 215. 22. 233. 272. *Ahlquist runst. p.* 22. *Fries hallan. p.* 103. *Videgren österg. p.* 30. *Aspegren bleking. p.* 46. *Wahlenb. ups. n.* 394.

Hab. in pascuis succulentis ad aquas præcipue littorales in provinciis formatione quadam juniore sub stratis ut Gotlandiæ, Oelandiæ, Scaniæ frequenter, in ceteris provinciis littoralibus rarius a Hallandia usque ad Uplandiam, ubi etiam lacum Mälaren intrat et Upsaliæ legitur.

Herba tenuior et magis contracta, sed flores superne magis collecti, grandiores et saturatius caerulei, Calycis vexillum minus et integerrimum, glandulose pilosum.

ORD. 2. ANGIOSPERMIA.

245. OROBANCHE.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1045. Juss. gen. p. 113. Gærtn. fr. 3. p. 42. t. 185.

Calyx introrsum partitus, extrorsum quadrifidus (sed in sp. ramosis aliter), persistens. Corolla tubulosa inclinata fauce pervia; limbi labio superiore fornicato emarginato, inferiore trifido deflexo. Capsula supera corollæ emarcidæ tubo inclusa, unilocularis, bivalvis sed sutura exteriore tantum dehiscens; receptaculi valvulæ binis. Semina scobiformia. — *Inflorescentia spicata. Herba aphylla.*

679. OROBANCHE *major*: caule simplicissimo, bracteis solitariis, corolla quadrifida subinflata pubescente: labii laciniis crispo-fimbriatis obtusis, staminibus basi hirsutis, germine glabro (nisi glanduloso). *Linn. svec. n.* 561. *Leche scan. p.* 11. *n.* 44. (caryophyllum redolens). *Vet. Ac. Handl.* 1744 *p.* 274. *Fl. Dan. t.* 1388. *Sv. Bot. t.* 596. *Retz. oec. p.* 479. *Regensb. bot. Zeit.* 1822. *p.* 443.

O. elatior *Sutton transact. linn.* 4. *p.* 178. *t.* 17. *f.* 4.

O. vulgaris *Decand. fl. franc. p.* 2453. *Wahlenb. helv. n.* 667. *carp. n.* 628.

Hab. ad oras Scaniæ raro, ut ad Rå infra Helsingborg, ad Möllevång prope Malmö, ad Esperöd juxta Stenshufvud, in Stenbyhällar paroeciæ Benesta: semper inter Centauream Scabiosam, cujus radiculis insidet, in arvis et agris glareosis parcius.

Radix plerumque biennis esse videtur, ex apice radicularum dictae plantae pennam gallinaceam crassarum enascens, ibique primum tuberculum radiculis adpressis circumdatum formans. Caudex dein ultra pollicis crassitudinem, squamis fuscescentibus praeditus, in caulem digiti minoris crassitiei circiter pedem altum abiens. Bracteae longitudine circiter labii inferioris. Calyx fere infra vel extra corollam positus ipsaque duplo brevior. Corolla subcylindrica fuscescens. Stamina pistillo breviora. Germen omnino glabrum, sed stylus praecipue superne pubescens. Stigma binis callis semine sinapis vix minoribus flavis.

246. LATHRÆA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1000. Juss. gen. p. 114. Gærtn. fr. 1. p. 242. t. 52.

Calyx campanulatus subæqualis, quadrifidus. Corolla tubulosa: labio superiore concavo; inferiore trifido deflexo. Germen ad basin suturæ inferioris glandula squamæformi. Capsula bivalvis unilocularis: receptaculis fungosis in medio valvularum. Semina subglobosa. *Inflorescentia racemosa. Herba aphylla colorata.*

680. LATHRÆA *Squamaria:* caule simplicissimo, floribus pendulis. *Linn. svec. n.* 550. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 201. *it. vestrog. p.* 131. *Sv. Bot. t.* 516. *Flor. Dan. t.* 136. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 220. *Samz. neric. p.* 50. *Bjerkand. Vet. Ac. Handl.* 1776. *p.* 81.

Hab. locis umbrosissimis ad petram calcaream Gotlandiæ et Vestrogothiæ in Kinnekulle frequenter, nec non Nericiæ passim; alias rarius ad radices montium locis succosis Sveciæ temperatioris magis campestris a Scania ad Vestrogothiam (prope Alingsås etc.) et Uplandiam ad rupes Godtsundenses prope Upsaliam, ad Dannemora alibique.

Radix valde perennis et ramosa, digiti crassitie, alba, squamosa ut caulis. Racemus secundus, cernuus, totus subcar-

nei coloris, primo vere florens. Corolla parum promine extra calycem, antheras pilosas demum exserens.

247. BARTSIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 996. Juss. gen. p. 113. (Gærtn. fr. 3. p. 109. t. 198)

Calyx quadrifidus, inæqualis, superne coloratus. Corolla tubulosa subclausa: labio inferiore breviore trifido. Antheræ basi bimucronatæ. Capsula bilocularis acuta, calyce duplo longior, subæqualis. Semina majora angulata. — *Herba superne tota colorata.*

681. BARTSIA *alpina:* foliis omnibus oppositis ovati obtuse serrâtis. *Linn. svec. n.* 541. *spec. pl. ed Willd.* 3. *p.* 187. *Sv. Bot. t.* 573. *Flor. Dan t* 43. *Wahlenb. lapp. n.* 302. *Hartman Vet. Ac Handl.* 1818. *p.* 131. *Hising. dal. p.* 23. *Nov. Act Ups. VIII. p.* 220. *Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 58 *Videgren österg. p.* 30. *Zetterstedt res.* 1. *p.* 11.

Hab. locis humidioribus alpium omnium a Capite septentrionali et finibus Russiæ usque ad Dalecarliam orientalem supra Mora frequenter, descendens quoque juxta flumina fere per totam Lapponiam et regiones consimiles passim; ceterum non occurrit nisi in paludibus regionum formationе transitionis fundatarum et magis orientalium, ut Ostrogothiæ in Ombergs Hojestoräng et juxta eundem prope Dagsmossen, ad Gärsta et Slaka prope Linköping, Gotlandiæ occidentali-meridionalis ad Klinta versus Fröyel, et ad Eista in prato Lânghögården dicto.

Radix perennis. Planta tota circiter pedalis, semper simplex (sine ullis ramis) obscura demumque exsiccatione omnino nigrescens. Folia fere semiunciam lata, subtus reticulato-scabrosa fere ut in Rhinantho. Flores circiter octo lineas longi obscure caerulei, aestivales. Capsulae semiunciam longae. Svecis interdum *Bergskâlle.*

248. EUPHRASIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 998. Juss. gen. p. 112. Gærtn. fr. 1. p. 257. t. 54.

Calyx quadrifidus. Corolla tubulosa: labio superiore emarginato; inferiore trifido subæquali. Antheræ duæ

omnesve basi spinulosæ. Capsula bilocularis calyce non longior; valvulis medio septiferis seminiferisque. Semina minora. — *Herbæ radicibus annuis, floribus minoribus.*

682. EUPHRASIA *officinalis:* corollæ fauce aperta; lobis inferioribus emarginatis, antheris ciliatis, foliis ovatis planiusculis argute dentatis. *Linn. svec. n.* 545. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 193. *Sv. Bot. t.* 267. *Fl. Dan.* 6. *t.* 1037. *Wahlenb. lapp. n.* 303.

β. cucullata. *Fries halland. p.* 104.

γ. curta: foliorum dentibus acuminatis squarrosis. *Fries halland. p.* 104. *nov. p.* 54.

Hab. in pascuis sterilibus totius Speciæ, vix quidem alpibus exceptis, ubique; β et γ præcipue Hallandiæ montiumque adjacentium.

Planta altitudine varia plerumque palmaris. Folia saepe aliquantum concava, sed non squarrosa. Corolla aestate seriore obvia albescens, sub fauce lutea et in labio concinne violaceo-lineata Svecis *Ögontröst.* Capsula emarginata.

683. EUPHRASIA *Odontites:* corollæ fauce constricta; lobis inferioribus obtusis ciliatis, antheris glaberrimis, foliis lanceolatis serratis. *Linn. svec. n.* 544. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 194. *Flor. Dan. t.* 625. *Samz. neric. p.* 50. *Wahlenb. ups. n.* 397.

Bartschia Odontites *Smith fl. brit. p.* 648. *Fries halland. p.* 104. *Wahlb. gothob. p.* 65.

Hab. in arvis subhumidis regionum campestrium et littoralium a Scania ad Bahusiam, Vestrogothiam, Nericiam et Uplandiam passim.

Planta semipedalis et ultra. Corolla rosea, ad faucem purpurea. Capsula apice integra. Semina ob arillum laxiorem angulata.

249. MELAMPYRUM.

Linn. gen. ed. Schreb. 999. *Juss. gen. p.* 113. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 244. *t.* 53.

Calyx quadrifidus. Corolla tubulosa, compressa: labio superiore marginibus replicatis; inferiore trifido subæquali. Capsula oblique acuminata dehiscensque: loculamentis monospermis; valvulis medio septiferis seminiferisque. — *Herbæ radicibus annuis, floribus subspicatis n.* 684. 685, *vel axillaribus in ceteris.*

684. MELAMPYRUM *cristatum:* floribus quadrifariam spicatis; bracteis complicatis serratis. *Linn. svec. n.* 545. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 197. *it. vestrog p.* 39. 40. 62. 74. *oel. p.* 56. 131. *Rogberg smol p.* 19. *Flor. Dan. t.* 1104. *Kalm bohusl. p.* 124 *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 24. *Bjerkand ibid.* 1776. *p.* 85.
Hab. in pratis collinis asperis sterilibus regionum campestrium et littoralium a Scania ad Bahusiam Vestrogothiam, Nericiam campestrem et Uplandiam frequenter; Smolandiæ rarescens.
Planta vix pedalis, plerumque simplex. Folia linearia integerrima. Spica tota colorata, purpurascens, rarius albescens, acute quadrangula, unde Svecis *Korsört*, alias *Ångsgubbar*. Corollae sub solstitio et postea exstantes, plerumque eleganter purpureae.

685. MELAMPYRUM *arvense:* floribus sparsim spicatis; bracteis planis pectinato-laciniatis, calycinis dentibus glabriusculis tubum corollæ æquantibus. *Linn. svec. n.* 546. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 198. *it. scan. p.* 209. 211. 221. 244. *oel. p.* 98. 139. 152. 239. 289. *Rogberg smol. p.* 19. *Flor. Dan.* 6. *t.* 911 *Aspegren blek. p.* 47. *Fries halland. p.* 105. *Næzén in Fant diss. de Ulricæhamn p.* 31. *Wahlenb ups. n.* 399.
Hab. in arvis, agris et adjacentibus pratis per regiones maxime campestres et littorales provinciarum meridionalium a Scania ad Gotlandiam et Hallandiam meridionalem frequentissime, sed et intermediarum passim usque ad Vestrogothiam et Upsaliam.
Planta plerumque pedalis, stricta, ramosa, agricolis australibus invisa, Blekingis *Korp.* Folia lanceolata attenuata integerrima. Spica primum tota rubra, sed demum bracteæ virescunt. Semina granis Tritici valde similia, unde Gotlandis *Puk-hvete*, aliis *Kråk-* vel *Korp-hvete.*

686. MELAMPYRUM *nemorosum:* floribus secundis axillaribus, foliis floralibus lanceolato-cordatis coloratis, calycibus lanatis. *Linn. svec. n.* 547. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 198. *it. scan. p.* 319. *oel. p.* 15[illegible]

vestrog. p. 62). *am. ac.* 8. *p.* 100. *Sv. Bot. t.* 425. *Fl. Dan. t.* 305. *Forsand. veg. scan. p.* 13. *Aspegren bleking. p.* 47. *Fries halland. p.* 105. *Osbeck götheb. handl.* 4 *p.* 20. *Carls. strengn. p.* 37. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 123.

Hab. in pratis nemorosis et lucis ad radices rupium per regione scon inentales orientales exteriores regni, ut a jugo Hallandsås per Scaniam et Blekingiam, Smolandiam orientalem usque ad Vexiö; dein vix Ostrogothiæ nisi ad Lötaborg, sed Uplandiæ frequenter usque ad flumen Dalecarlicum et deinde Nericiam; mare vero vix transit utpote Oelandiæ rarescens et Gotlandiæ omnino desiderata.

Planta major et crassior quam sequentium; lana brevi circa calyces. Folia fere omnia floralia sunt primum eleganter azurea; floribus ante foenisecium prodeuntibus basi aurantiacis, ceterum eleganter flavis; unde Svecis *Landtknecktar* vel *Natt och Dag*, Blekingis *Amôrt.* Demum bracteae cum fructu virescunt.

687. MELAMPYRUM *pratense:* floribus secundis axillaribus: foliis floralibus summis basi dentatis, calycinis dentibus adscendentibus conniventibus, corollis compressis subclausis. *Linn. svec. n.* 548. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 199. *Sv Bot. t.* 286. *Wahlenb. lapp. n.* 305.

Hab. in pratis sylvaticis durioribus totius Sveciæ, alpibus ipsis Lapponicis tantum exceptis, frequenter.

Planta circiter pedalis, laxior, tota viridis (praeter flores), Svecis *Ko-hvete*, Norrlandis *Mjölkvall*, Gothis saepe *Orengrås*, Dalis *Holtemjålla*, Vermlandis *Nyckelgrås* (ob formam floris), aliis *Skepling*. Folia floralia superiora basi dentata: dentibus binis ternisve in quoque latere. Calycis dentes quoque sursum elongati, adpressi. Corollae ante foenisecium: tubo albescente semiunciam longo, rictu tantum flavo.

688. MELAMPYRUM *sylvaticum:* floribus secundis axillaribus; foliis floralibus summis basi dilatatis, calycinis dentibus patentibus, corollis fauce triangulari aperta. *Linn. svec. n.* 549. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 199. *Schrad. diar.* 1800. 2. *p.* 224. *Fl. Dan.*

t. 145. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 9 *Wahlenb. lapp. n.* 306. *Forsand. veg. scan. p.* 1

Hab. in lucis sylvisque lætioribus præcipue ad radices montium passim a Scania per plerasque provincias usque ad Jemtlandiam et Nordlandiam Norvegicam.

Planta pallidius virens quam praecedentis. Folia floral etiam summa et sera aestate prodeuntia integra vel basi tantum dilatata, et rarius in dentem obsoletiorem solitarium producta. Calycis dentes quoque breviores undique patente Corollae contemporaneae praecedentis, sed dimidio breviores, totae saturate flavae.

250. RHINANTHUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 997. *Juss. gen. p* 113. *Gartn. fr.* 1, *p.* 255. *t.* 54.

Calyx inflatus, compresso-suborbicularis, reticulatu quadridentatus. Corolla tubulosa: galea compressa infra apicem dehiscentem bidentata; labio plano tri lobo. Capsula quoque compresso-orbicularis, plana bilocularis; valvis medio septiferis seminiferisque seminibus planis imbricatis. — *Plantæ annuæ Sveci ob calycem fructiferum* Skallergräs, Ång skallra, Penninggräs.

689. RHINANTHUS *Crista galli:* corollæ labio superiore breviore, calyce glabro. *Linn. svec. n.* 54 *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 188. *n.* 5. *α. β.*

α. major: caule maculato, galeæ dentibus pistilloque exserto violaceis; tubo incurvo. *Ehrh. beitr.* 6. *p.* 144. *Sv. Bot. t.* 348. *f.* 1. (additis maculis caulis) *Flor. Dan.* 6. *t.* 981.

β. minor: caule immaculato, galeæ dentibus pistilloque incluso concoloribus; tubo recto. *Ehrh. l. c.* *Sv. Bot. t.* 348. *f.* 2. (deletis maculis caulis). *Wahlenb. lapp. n.* 304.

Hab. in pratis et quidem *α* in siccioribus per maximam partem Sveciæ, *β* in humidioribus usque ad subalpina loca Lapponiæ frequenter.

Planta *α* saepe plus quam pedalis. Folia floralia grandi serrata rigida aspera, subtus albo-maculata. Flores sessil secundi, ante foenisecium explicati, in *β* paullo serior

Calyces fructiferi digitum lati. Corolla in β unicolor saturatius flava; in α pallidior, lobulis violaceis.

251. PEDICULARIS.

Linn gen. ed. Schr. n. 1003. Juss. gen. p. 113. Gärtn. fr. 1. p. 246. t. 53.

Calyx inæqualiter quinquefidus: dente infimo minimo, raro deficiente. Corolla tubulosa: galea emarginata; labio trilobo. Capsula bilocularis, in medio valvularum septifera seminiferaque, oblique acuminata dehiscensque. — Sed in Sceptro Carolino corolla clausa capsulaque obtusa æqualiter dehiscens. — *Herbae radicibus perennibus, foliis eximie divisis, floribus rubicundis in n.* 690-692., *magis flavis in ceteris.*

690. PEDICULARIS *palustris:* caule ramoso, calycibus quadrifidis ovatis scabris capsula brevioribus, galeæ corollinæ ora infra medium bidentata. *Linn. svec. n.* 551. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 203. *Engl. Bot.* 6. *t.* 399. *Wahlenb. lapp. n.* 307.

Hab. in pratis paludosis totius Sveciæ præter solas alpes frequenter.

Planta saepius sesquipedalis, undique ramosa torvaque, saepe superne atropurpurea, Svecis *Lievarg*, *Granvarg*, *Jernört* etc. Folia bipinnatifida incisaque: laciniis caule angustioribus. Corolla purpurea; labio unicolore; galea obscuriore.

691. PEDICULARIS *sylvatica:* caulibus simplicibus, calycibus quinquefidis oblongis angulatis lævibus longitudine capsularum, galeæ corollinæ ora edentula. *Linn. svec. n.* 552. *spec. pl. ed. Willd* 3. *p.* 203. *it. vestrog. p.* 39. 228. *Sv. Bot. t.* 358. *Fl. Dan. t.* 225. *Naezén in Fant diss. de Ulricaehamn p.* 31. *Wahlb. gothob. p.* 66. *Fries halland. p.* 106. *Aspegren bleking. p.* 47. *Videgren österg. p.* 30. *Samz. ner. p.* 51. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 128.

Hab. in pratis uliginosis sylvaticis præcipue formatione transitionis fundatis in Gothia interiore et præcipue occidentali scil. 1) in Vestrogothiæ districtu Falbygden et inde juxta flumina et Venern per Daliam (etiam ad Åmål) et dein per Bahu-

siam et Hallandiam Scaniamque sylvestre passim, 2) in Ostrogothia campestri et dein tu versus Nericiam ad Lerbäck et usque Bodarr tum Smolandiam inter Rogberga, Femsjö et Ö natorp prope Calmar nec non Blekingiam; cet rum vero non occurrere videtur antequam in fo matione transitionis Jemtlandiæ meridionalior ad Berg.

Radix multicaulis, sed caules simplices plerumque tant spithamaei. Herba laetius virens superne interdum ruber floribus pulchre roseis (Svecis *Studenter* vel *Granfrie Skogfrier*). Corollae labium ad basin macula alba et mu profundius divisum quam in praecedente. Capsula lineis qu tuor non longior, apice infra summitatem retusa.

692. PEDICULARIS *hirsuta*: caulibus simplicibus, c lycibus villosis capsula brevioribus, galea corolli obtusissima (apice) edentula, foliis caulinis pinnat fidis crenatis: petiolo dilatato. *Linn. svec. n.* 55 *lapp. n.* 245. *t.* 5. *f.* 3. mala. *spec. pl. ed. Willd. p.* 216. *laches. lapp.* 1. *p.* 290. *Flor. Dan. t.* 1105. bona. *Wahlenb. lapp. n.* 311. *Liljebl. Ve Ac. Handl.* 1793. *p.* 207. *Laestad. ib.* 1822. *p.* 34

Hab. in campis uliginosis aqua nivali subirrigatis p alpes summas nivales Lapponiæ Lulensis Tornensis frequenter.

Radix magis ramosa quam praecedentium. Planta fere t ta superne albo-hirsuta, saepe spithamam alta. Foliorum p tiolus vel rachis saepe duas lineas latus eximie virens. C rolla tota dilute rosea; galea undique rotundata stigma inc dens. Capsula vix semiunciam longa, etiam pallida.

693. PEDICULARIS *flammea*: caulibus simplicibus, c lycibus glabris capsula duplo brevioribus, galea c rollina obtusissima (apice) edentula; labii laci sublinearibus, foliis pinnatis retroimbricatis den *Linn. svec. n.* 556. *lapp. n.* 244. *t.* 4. *f.* 2. *lac lapp.* 1. *p.* 296. *Wahlenb. lapp. n.* 310. *Laes dius Vet. Ac. Handl.* 1822. *p.* 342.

Hab. locis uliginosis vel etiam declivibus irrigatis pium Lulensium a glaciebus perpetuis non

ge remotarum præcipue ad Virihjaur frequenter, nec non in similibus alpibus Tornensibus usque ad Torneåträsk.

Radix radiculis subfusiformibus. Planta tota glaberrima, florens plerumque digitalis, sed capsulifera multo altior. Corolla vix semiuncialis longitudinis, splendide fulva vel flammea; galea superne atro-purpurea stigma omnino includente. Capsula eximie acuminata, septem lineas longa.

694. PEDICULARIS *versicolor:* caulibus simplicibus, calycibus pilosis capsula brevioribus, galea corollina obtusiuscula antice apiculata; labii laciniis subrotundis, foliis pinnatis retroimbricatis serratis. *Wahlenb. helv. n.* 653. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. p. 135. *Hisinger herjed. p.* 51. *norrig. p.* 73.
P. flammea *Flor. Dan. t.* 30. (sed colore fere sequentis). *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 107.
P. Oederi *Hornem. plantel.* 3. *p.* 674.

Hab. locis declivibus irrigatis in jugo alpium Jemtlandicarum ex. gr. ad Snasahögar et prope Herjedaliam in Hitterdalen passim.

Est quasi australior et vegetior forma praecedentis, saepe spithamam alta. Radix et folia omnino eadem, sed bracteae et calyces praecipue ad oras hirsuti. Corolla plus quam semiunciam longa, praecipue latior quam in praecedente, stigma ex apice exserens, colore dilutiore et ad apicem utrinque macula purpurascente demum evanescente.

695. PEDICULARIS *virescens:* caulibus simplicibus spicaque inferne foliosa, calycibus pilosulis (tubo duplo brevioribus), galea corollina obtusiuscula antice apiculata; labii laciniis subrotundis, foliis pinnatis retroimbricatis serratis. *Hisinger jemtl. p.* 69.
P. foliosa *Gunner. norv. n.* 1111.

Hab. in campo alpino ad Skurdalsport Jemtlandiæ.

Praecedenti certe proxima. Caulis totus valde foliosus videtur (superiorem partem tantum vidi). Folia floralia inferiora floribus suis duplo longiora. Spica longitudine digiti medii, floribus plus quam 40 composita. Corollae maxima pars sulphurea, sed venis obscurioribus magis virentibus; galea superne atro-purpurascens.

696. PEDICULARIS *lapponica:* caule simplici, calycibus glabris obtusis bidentatis capsula patente dupl[o] brevioribus, galea corollina rostrata, foliis subsessilibus pinnatifidis serratis. *Linn. svec. n.* 554. *lapp. n.* 242. *t.* 4. *f.* 1. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 207 *Flor. Dan. t.* 2. *Wahlenb. lapp. n.* 509. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 103. *Hising. dal. p.* 2[3] *Zetterstedt res. p.* 208.

Hab. locis siccioribus sterilissimis tum in alpibus tum in subalpinis et subsylvaticis totius Lapponiæ adjacentisque Bottniæ usque ad Kiexisvaara, Jæmtlandiæ, Herjedaliæ usque ad Svuckustöt aliasqu[e] alpes juxta Fämundsjön in confiniis Dalekarliæ. Radix tenuis subfiliformis. Planta tota quoque macrio[r] quam praecedentes, circiter spithamam alta, glaberrima. Flores patentes (nec ut in praecedentibus lapponicis erecti). Corolla pallida lutea, omnino unicolor et avenis. Capsula minor quam in ceteris, vix quinque lineas longa.

697. PEDICULARIS *Sceptrum Carolinum:* scapo simplicissimo verticillatim spicato; floribus ternis clausis, capsula subglobosa. *Linn. svec. n.* 555. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 206. *Rudb. lapp. illustr. ded. tab. Sv. Bot. t.* 505. *Fl. Dan. t.* 26. *Wahlenb. lapp. n.* 508. *Zetterst. res.* 2. *p.* 150. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 99. *Hagström jemtl. p.* 3[7] 149. *Hising. herjed. p.* 53. *Fries halland. p.* 15[6] *Vidagren österg. p.* 30.

Hab. in fruticetis humidis subalpinis omnium Lapponiarum a Svecico latere alpinm, situm e[t] consimilium provinciarum satis vulgaris, unde pe[r] flumina passim dispersa esse videtur ad omnes regiones sylvaticas interiores a summo septentrion[e] usque ad Dalekarliam superiorem ad Boda, imm[o] per paludes quousque aquas versus orientem diffl[u]unt usque ad Vestmanniam ex. gr. prop[e] Skinskatteberg et Uplandiam prope Upsala; de[in] in plaga occidentali interiori regni ad quam aqu[ae] tunc ab alpibus magis perveniunt ut Vermlandiæ in Elfdalen supra Uddeholm, Vestrogothiæ ad oram meridionalem (montium) regionis transiti[onis]

nis ad Segersta, Dimbo, Kinneved, Jäla, Götved, Marka (Kumbehaf), Gökhem, Ullene (Malmslätt) etc. Smolandiæ ad Mossle in paroecia Vernamo, rarius Ostrogothiæ in Askängen ad Slaka et Björkerik in Ö. Ryd, sed regiones maritimas undique evitare videtur.

Planta longe maxima sui generis Sveeis *Myrkong*, *Kongspira* vel *Kong Carls spira*. Folia omnia radicalia, saepe spithamam longa, profunde pinnatifida; lobis ovalibus duplicato-crenatis. Scapus plerumque bipedalis digitum minimum crassus; bracteis ternatis integerrimis. Corollae sub foenisecio prodeunt, cylindraceae, ultra unciam longae, pallide flavae; apicibus tantum laciniarum inferiorum purpurascentibus.

252. ANTIRRHINUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1007. Gærtn. fr. 1. p. 248. t. 53.

Calyx subpentaphyllus. Corolla basi calcarata vel tantum gibba (in Orontio); galea bifida replicata; labio trifido; palato inflato infra faucem prominente. Capsula bilocularis non apice dehiscens (ob stylum validum columnarem), sed in dorso valvularum superne irregulariter disrumpens. — *Herbæ foliis indivisis, alternis; radicibus utplurimum annuis.*

698. ANTIRRHINUM *Linaria:* foliis lanceolato-linearibus confertis, caule erecto, spicis terminalibus sessilibus, floribus imbricatis: labiis compressis. *Linn. svec. n.* 557. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 253. *Sv. Bot. t.* 196. *Flor. Dan.* 6. *t.* 982. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 219.

β. Peloria labio inferiore multiplicato. *Linn. am. ac.* 1.

Hab. in arvis, muris, ruderatis a Scania ad Vermlandiam, Dalecarliam ex. gr. ad Åhl, nec non Norrlandiam frequenter; β præcipue Roslagiæ.

Radix perennis. Caules plures virgati, vix pede altiores, tum tota herba glaberrimi glaucescentes. Flores æstivales conspicui Svecis *Flugblomster*, aliis *Solgrås*, *Klossegrås*, *Ringegrås*. Corolla pallidius flava, sed palatum villosum luteum. Calcar pedicello multiplo longius.

699. ANTIRRHINUM *minus:* foliis lineari-lanceolatis obtusis sparsis glanduloso-pilosis, caule ramoso, per-

danculis axillaribus calcari rectiusculo multoties longioribus. *Linn. suec. n.* 558. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 251. *Flor. Dan. t.* 502. *Retz. obs. p.* 58. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 58. *ups. n.* 407. (*Hisinger norrig. p.* 11. 37.)

Hab. in ruderatis majoribus et agris adjacentibus regionum maxime campestrium orientalium Scaniæ, Gotlandiæ, Uplandiæ frequenter.

Planta tota tenera, glanduloso-pubescens, digitum alta. Corollae aestivales ex minoribus, dorso et ventre dilute violaceis, labiis ipsis albescentibus.

700. ANTIRRHINUM *Elatine*; foliis superioribus hastatis alternis pedunculo brevioribus, caulibus procumbentibus. *Linn. spec. pl. ed. Willd.* 3 *p.* 234. *Flor. Dan. t.* 426. *Retz fl. scand. suppl.* 2. *p.* 9. *Ennea Vet. Ac. Handl.* 1807. *p.* 226. *Fries nov. p.* 48. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 220.

Hab in agris Scaniæ occidentalis sublittoralis ad Barsebäck, Flädje et ad Borgmästargården intra Malmö; nec non Gotlandiæ occidentalis ad Göstafs in Fröjel et Stenhuse in Sanda.

Radix tenuis. Planta tota decumbens inter glebulas terrae valde abscondita et vix nisi post messem invenienda. Caules filiformes, demum bis spithamam longi. Folia semiunciam longa lataque, obscure viridia. Flores foliis multiplo minores. Corolla lutea; labio superiore obscure violaceo. Capsulae semine cannabis vix majores.

701. ANTIRRHINUM *Orontium*: corollis ecaudatis, floribus subspicatis, calycis laciniis summis corolla longioribus. *Linn. suec. n.* 559. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 258. *it. scan. p.* 257. *Fl. Dan. t.* 941. *Nov. Act. Ups. VIII. p.* 220. *Wahlb. gothob. p.* 66.

Hab. in agris arenosis sublittoralibus ad oram extimam Scaniæ extra Snåresta non procul Ystad parcius; ceterum quasi minus inquilinum in cultis Gotlandiæ occidentalis ad Norrgårda in Sanda et ad Heide, nec non prope Götheborg.

Planta pede saepe altior, undique pubescens, erecta. Folia lanceolato-linearia. Corolla rubra ex majoribus circiter octo

[illegible] longe, et tamen calycis, laciniae subfoliaceae eam excedunt. Capsula tribus suis aperturis nostratibus *Kalfnos* vel *Kalfhufvud* dicitur.

253. SCROPHULARIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1014. Juss. gen. p. 133. Gaertn. fr. 1. p. 249. t. 53.

Calyx quinquefidus, obtusus. Corolla subglobosa: labio superiore majore bilobo, aucto intus squamula a stamine quinto deformato orta, ad latera laciniis accedentibus; labio inferiore reflexo indiviso. Capsula bipartibilis; marginibus valvularum inflexis dissepimenta formantibus. — *Herbæ foliis oppositis.*

702. SCROPHULARIA *nodosa*: caule rectangulo glabro, foliis cordato-triangularibus dupplicato-serratis glabris, paniculis terminalibus. *Linn. svec. n.* 560. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 270. *Sv Bot. t.* 515. *Flor. Dan.* 7. *t.* 1167. *Wahlenb. lapp. n.* 314.

Hab. ad sepes, rupes, locis subhumidis occultis a Scania ad Vermlandiam, Dalecarliam inferiorem et Medelpadiam passim; sed dein non nisi infra alpes in Nordlandia Norvegica littorali rarius.

Radix valde perennis, tuberosa Svecis *Svinknyl*, *Sodöda*, *Trynefrö*. Planta tripedalis et ultra, fere glaberrima, Sudermannis *Thorsnässla*, aliis *Flenört*. Paniculae magnae rami trichotomi subcymosi. Corollae post solstitium apertae, ut tota planta odoris foetidioris, colore praecipue galeae profunde lurido.

254. LIMOSELLA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1039. Juss. gen. p. 108. Gaertn. fr. 1. p. 228. t. 50.

Calyx quinquefidus. Corolla campanulata, quinquefida, aequalis. Capsula bivalvis basi bilocularis: dissepimento superne deficiente. Semina numerosa. — *Herbula acaulis, foliis fasciculatis angustis.*

703. LIMOSELLA *aquatica*: foliis lanceolatis obtusis pedunculo longioribus. *Linn. svec. n.* 565. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 341. *Flor. Dan. t.* 69. *Hisinger herjed. p.* 52. *Wahlenb. lapp. n.* 313.

Hab. locis inundatis apricis ad ripas fluviorum [illegible] maximam partem Sveciæ depressioris usque ad fines

Lapponiæ passim; ut etiam ad littora maris septentrionalis.

Radix sarmentis ultra annum popagata videtur. Petioli tota reliqua planta longiores, quamquam vix plus quam unciales. Flores minimi vix semine Carvi majores, circa solstitium aperti, albi; punctis nonnullis rubicundis.

255. LINNÆA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1037. Juss. gen. p 237. Wahlenb. lapp. p. 170. t. 9.

Calyculus tetraphyllus inferus, sed calyx verus quinquepartitus superus. Corolla campanulata subæqualis quinquefida. Bacca sicca, primum trilocularis, demum monosperma obliqua. Semen axipendulum. — *Planta sarmentis sempervirentibus oppositifoliis.* — *Ord. nat.* 18 *Dumosæ β.*

704. LINNÆA *borealis: Linn. svec. n.* 562. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 340. *Sv. Bot. t.* 1. *Fl. Dan. t.* 3. *Wahlenb. lapp. n.* 312. *ups. n.* 410. *Fries halland. p.* 106. *Forsander veg. scan. p.* 14.

Hab. in pinetis et betuletis siccioribus lapidosis a confiniis alpium Lapponicarum et ceterarum per totam Sveciam septentrionalem usque ad Vermlandiam frequentissime, per reliquas provincias omnes passim usque ad Scaniam pineto-sylvestrem seu superiorem.

Fruticulus; sarmentis omnino filiformibus pedum plurium longitudine Vermlandis *Myrtogor*, aliis *Ettergrås*. Folia lente parum majora subrotunda, parcius crenata. Rami floriferi tantum erecti paribus binis tribusve foliorum instructi, terminati pedunculo vix digitali setaceo rubicundo, eoque superne diviso in pedicellos binos longitudine floris. Corolla nutans turbinata, extus albicans, intus venis sangvineis picta pilosaque, post solstitium praecipue noctu maxime svaveolens Nericiis *Anisblommor*, aliis *Jordkronor*, *Vindblommor* etc. Fructus quoque glanduloso-pilosus odorus. Planta contra Rhevmatismum usitata. Vermlandis *Gicktegrås*, Norrlandis *Torrvärksgrås*, Vestrobottniensibus *Rohaltgrås* vel *Stighältgrås*.

CLASSIS XV.

TETRADYNAMIA.

CONSPECTUS.

1 ORD. SILICULOSÆ.

a. Latiseptæ i. e. valvulis dissepimento parallelis.

Radic. ad marg. cotyled. Silic. plana pedicellata. Semine margi-
nata - 256. LUNARIA
planiusc. Stigm. subsessile - 257. DRABA
Styl. elong. Stam. dent. 259. ALYSSUM
subglobosa. Stigm. subsess. 258. COCHLEARIA
ad dorsum cotyled. Silic. convexissima. Stylus elong. 260. MYAGRUM
nullus 261. SUBULARIA

b. Angustiseptæ i. e. valvulis dissepimento contrariis.

Radic. ad margines cotyled. Silicula loculam. polysp. alata 262. THLASPI
1 - 2 - sperma - 263. IBERIS
ad dors. cotyled. Silicula loculam. 1-sperma navicular. 264. LEPIDIUM
subglobosa 265. CORONOPUS

2 ORD. SILIQUOSÆ.

a. Siliqua bilocularis polysperma

Radic. ad margines cotyledonum planarum:
Siliq. elastice dissiliens: valv. revol. lanceol. 266. DENTARIA
linearib. 267. CARDAMINE
Siliqua compressa: seminibus uniserialibus - 268. ARABIS
seminibus biserialibus - 269. TURRITIS
Siliqua subtetragona - - - - - - 270. BARBARAEA
Siliqua turgida: valvulis concavis - 271. NASTURTIUM
Radicula ad dorsum cotyledonum planarum:
Siliqua teretiuscula - - - - - - - 272. SISYMBRIUM
Siliqua tetragona - - - - - - - - 273. ERYSIMUM
Radicula intra cotyledones condupplicatas:
Calyx connivens - - - - - - - - 274. BRASSICA
patentissimus - - - - - - - - 275. SINAPIS

b. Siliqua subunilocularis v. seminibus paucis majoribus

Radicula intra cotyledones condupplicatas:
Siliqua multiarticulata - - - - - - 276. RAPHANUS
subuniarticulata - - - - - - - 277. CRAMBE
Radicula extra cotyledones spirales - - - - - - - - 279. BUNIAS
ad margines cotyledonum planarum - - - - - 278. CAKILE
ad dorsum cotyledonum planarum - - - - - 280. ISATIS

ORD. 1. SILICULOSÆ.

256. LUNARIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1085. Decand. syst. 2. p. 280. Gærtn. fr. 2. p. 288. t. 141.

Calyx erectus, basi subbisaccatus. Petala limbo obovato integro. Silicula extrorsum latissima planissimaque subovata, basi angustata in pedicellum filiformem intra calycem. Semina planissima alata: radicula marginali. — *Herba magna, foliis petiolatis, floribus lilacinis, Dentariæ affinior quam ceteris.*

705. LUNARIA *rediviva:* siliculis oblongis utrinque angustatis. *Linn. spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 476. *svec. n.* 583. (annua) *it. vestrog. p.* 27. *Decand. syst.* 2. *p.* 281. *prodr.* 1. *p.* 156. *Retz. scand. ed.* 2. *n.* 800 *et* 801. *oec. p.* 426. *diss. obs. bot.* 1. *p.* 21. *Leche scan. p.* 12. *n.* 48. *Vet. Ac. Handl.* 1744. *p.* 275. *Bjerkander ibid.* 1776. *p.* 81.

L. Ricotia *Gærtn. l. c.*

Hab. in lucis depressioribus et umbrosissimis ad lacus majores Scaniæ mediæ ut: ad Krageholm in insula Lübeck dicta, ad Öfvedskloster in colle Frualidskulle dicto et ad Svansjö prope Wombsjön copiose, ad Gudmuntorp non procul Ringsjön, ad Kullaberg ejusque latus meridionale; nec non infra latera umbrosissima petræ calcareæ transitionis in strato lapidis suilli ad oram occidentalem montis Kinnekulle Vestrogothiæ loco Mörkeklef dicto, ad Hjelmsäter, in Hellekis storäng etc.

Radix perennis e collo quotannis caulibus rediviva. Planta apud nos maxime spectabilis totius classis, ob flores fere Cheiranthorum sed siliculas lunatas nostratibus *Mån-violer* dicta, pedes aliquot alta, undique aliquantum pilosa. Folia saltem inferiora longe petiolata, valde cordata, interdum plus quam palmam lata, grossé dentata. Flores ante solstitium explicati noctu svaveolentes purpurascentes; petalis semiunciam longis. Siliculae pedicellis extra calycis insertionem unciam longis filiformibus suffultae, unciam latae et duas uncias longae. Semina vix tribus plura, quatuor lineas lata.

257. DRABA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1076. Decand. syst. 2. p. 331. Gaertn. fr. 2. p. 284. t. 141.

Calyx suberectus. Petala obtusa, interdum emarginata divisaque in n. 1. Stigma subsessile indivisum. Silicula oblongata, polysperma; valvulis planiusculis dissepimento parallelis. Semina biseriata immarginata: radicula marginali. — *Herbulae vernales* 1) *radicibus annuis* (Drabella) *n.* 706–708. 2) *radicibus bi-s. perennibus* a) *siliculis obliquis longioribus n.* 709–711. b) *siliculis planis brevioribus n.* 712. 713. *Flores plerumpue albi, modo in maxime septentrionalibus ultimis uniuscujusque sectionis flavi.*

706. DRABA *verna:* foliis radicalibus oblongis acutiusculis subdentatis hirtellis, scapo nudo, petalis bipartitis, siliculis ellipticis pedicello brevioribus. *Linn. svec. n.* 567. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 426. *Sv. Bot. t.* 298. *Flor. Dan.* 6. *t.* 983. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 124.
Erophila vulgaris *Decand. syst.* 2. *p.* 356.
Hab. locis sterilibus exaridis per provincias omnes apricas a Scania ad Vermlandiam Dalecarliamque inferiorem, Vestmanniam ferrimontanam et Gestriciam frequenter.
Scapi subdigitales, omnino ebracteati, primo vere florentes; floribus albis, circiter lineam longis, Gothis *Vårrågsblomma.* Pedicelli inferiores siliculis saepe quadruplo longiores. Siliculae erectiusculae, opacae.

707. DRABA *muralis:* foliis amplexicaulibus cordatis dentatis pilosis, siliculis pedicelli longitudine divergentibus complanatis nitidis. *Linn. svec. n.* 569 *a. spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 429. *mant. p.* 424. *it. gotl. p.* 192. *Vet. Ac Handl.* 1741. *p.* 199. *n.* 60. *Decand. syst.* 2. *p.* 352. *prodr.* 1. *p.* 171. *Engl. Bot.* 13. *t.* 912. *Carls. strengn. p.* 38. *Wahlenb. ups. n.* 415. (*Forsander veg. scan. p.* 8. 11.) *Aspegren bleking. p.* 48. *Videgr. østerg. p.* 50.
Hab in Sveciæ mediæ muris et petris calcareis occultis e formatione transitionis Vestrogothiæ ex. gr. ad Råbäckstorp in Kinnekulle, Ostrogothiæ

ad lacum Vettern prope Holkaberg et in Omberg Gotlandiæ præcipue septentrionali-occidentali passim, et dein per oram orientalem regni, ut Blekingiæ (nec Scaniæ), ad Virbo paroeciæ Misterhul Gubernationis Calmariensis et denique in insulis confiniis lacus Mälaren ad Stockholm, Strengnäs Upsala etc. passim.

Planta tenuis sed interdum pedalis altitudinis; corymb dimidiam longitudinem constituente. Flores minimi omnium vix dimidia linea longiores. Pedicelli siliculanum tribus lineis non longiores. Siliculae sesquitertiam lineam emetientes; seminibus majoribus circiter duodecim.

708. DRABA *nemorosa:* foliis subamplexicaulibus ovatis dentatis pubescentibus, siliculis pedicello duplo brevioribus divergentibus complanatis puberulis. *Linn. spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 429. *syst. ed. Houtt.* 4. *t.* 60. *f.* 1. *Decand. syst.* 2. *p.* 351. *prodr.* 1. *p.* 171. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 124.

Hab. locis aridis occultis ad oram maris Bottnici a Roslagia superiori usque ad Angermanniam passim copiose; ceterum non nisi Dalekarliæ meridionalis ad Klothyttan in scoriis ferreis.

Praecedenti valde affinis, sed ut loci frigidioris ita magis pubescens et humilior. Flores paullo majores, flavescentes. Pedicelli silicularum fere semiunciam longi. Siliculae minores, duas lineas longae; seminibus duplo minoribus sed numerosioribus circiter triginta.

709. DRABA *incana:* foliis caulinis ovatis dentatis stellulatim incanis, siliculis suberectis obliquis lanceolato-ellipticis stellulato-pubescentibus pedicello longioribus. *Linn. svec. n.* 568. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 430. *it. oel. p.* 154. (upsaliensis in indic.) *Flor. Dan. t.* 130. *Wahlenb. ups. n.* 414. *lapp. n.* 320. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 19.

D. confusa *Ehrh.* — *Decand. syst.* 2. *p.* 348.

β. contorta: angustior strictior simplicior; foliis sublanceolatis, siliculis attenuatis contortis pedicello quadruplo longioribus glabris. *Linn. l. c. Ahlquist Vet. Ac. Handl.* 1821. *p.* 300.

D. contorta *Ehrh.* — *Decand. syst.* 2. p. 348.
D. incana *Engl. Bot.* 6. t. 388.
Hab. in tumulis pratorum siccis praecipue circa lacum Mälaren passim; ceterum inprimis ad oras maris orientalis, sed denique etiam in districtu Fælles dicto Norvegiæ ultimæ nec non Finmarkia et Nordlandia; β in petris calcareis formationis transitionis Gotlandiæ, Oelandiæ et Vestrogothiæ passim; etiam ad fodinas Sahlæ.

Radix vix plus quam biennis, plerumque unicaulis. Folia radicalia multo copiosiora quam in praecedentibus tophum densum constituentia; caulina etiam numerosa saepe imbricata; omnia incana. Caulis etiam incanus plerumque spithamaeus, semper strictus. Silicula tres lineas longa pedicello duplo longior. — β tota angustior siliculis saltem quatuor lineas longis.

710. DRABA *hirta:* foliis caulinis subbinis ovatis dentatis pilosiusculis, siliculis oblongis obliquis pedicellisque glabriusculis longitudine siliculæ. *Linn. faun. svec. app.* p. 557. *spec. pl. ed. Willden.* 3. p. 430. *Wahlenb. lapp. n.* 319. *t.* 11. *f.* 3. *Decand. syst.* 2. p. 343. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. p. 43. 159. *Læstadius ibid.* 1822. p. 242. *Regensb. bot. Zeit.* 1823. p. 429. 433.
β. alpicola: strictior brevior, foliis crebrius stellato-pilosis *Wahlenb. l. c. t.* 11. *f.* 1. *Fl. Dan. t.* 143.
γ. rupestris: caule gracillimo superne nutante pilosiore una cum pedicellis et siliculis longioribus.
D. rupestris *Decand. syst.* p. 344. *Engl. Bot.* 19. *t.* 1338.
Hab. in rupibus siccis occultis tum ipsarum alpium tum praecipue ad radices alpium et montes inferalpinos a Lapponia Tornensi usque ad Jemtlandiam passim.

Radix semper valde perennis, caespitem insignem efficiens. Planta vero ipsa valde varians praecipue longitudine caulis et pedicellorum. Folia radicalia plerumque duas tantum lineas lata, sed caulina interdum duplo latiora. Caulis saepius spithamaeus, apice florente nutante. Siliculae tres lineas longae ut pedicelli. — β vero caule semper stricto vix plus quam digitali, pedicellis brevioribus, siliculis longioribus. —

γ e contrario caule laxissimo pedali, pedicellis plus qu semiuncialibus.

711. DRABA *muricella:* foliis radicalibus lingulatis i tegerrimis pube stellata incanis, scapo nudo pedic lisque stellulatim canescentibus, siliculis lanceola acuminatis obliquis pedicello duplo longiorib *Wahlenb. lapp. n.* 318. *t.* 11. *f.* 2. *Decand. sy* 2. *p.* 340. *prodr.* 1. *p.* 168. *Regensb. bot. Z* 1825. *p.* 435.

D. nivalis *Liljebl Vet. Ac. Handl.* 1793. *p.* 2 *Nov. Act. Ups. VI. p.* 47. *t.* 2. *f.* 2. *Fl. Dan. t.* 1

Hab. in jugis siccis lapidosis omnium alpium eti humiliorum scilicet in confiniis jugi summi Lule sis et Tornensis Lapponiae frequenter.

Magis perennis et densius caespitosa quam ulla alia, s mollis sine strigis in caudicibus. Folia minora vix linea n latiora, pube brevissima glauco-canescentia. Scapus vix dig minimi altitudinis, subsetaceus. Flores minores quam in pr ximis lineam tantum longi. Siliculae quatuor lineas longa sed linea vix latiores.

712. DRABA *lapponica:* foliis radicalibus lanceolatis in tegerrimis ramose pilosulis ciliatisque, scapo nu pedicellisque glaberrimis, siliculis subovalibus. *D cand. syst.* 2. *p.* 344. *prodr.* 1. *p.* 169.

D. androsacea *Wahlenb. lapp. n.* 317. *t.* 11. *f.* 6.

D. nivalis *Decand. l. c.*

Hab. cum sequente rarius.

Inter sequentem et D. hirtam quodammodo ambigit. Cau ces fere sequentis, sed folia paullo angustiora. Scapus plerumq longitudine digiti minimi. Flores paullo minores, albi et tantu exsiccatione flavescentes. Pedicelli longitudine circiter silicul sed Silicula angustior et sursum elongata, non parum obliqua.

713. DRABA *alpina:* foliis radicalibus lanceolatis int gerrimis ramose pilosis, scapo nudo pedicellisq pilosis, siliculis ovalibus, stylo brevissimo. *Lin svec. n.* 570. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 425. *D cand. syst.* 2 *p.* 338. *prodr.* 1. *p.* 167. *Flor. Da t.* 56. *Wahlenb. lapp. n.* 316 *t.* 11. *f.* 4. (*Hart Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 143.) *Laestadius ib.* 182 *p.* 342. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 49.

Hab. in rupibus saxisque siccioribus alpium summarum a glaciebus perpetuis non longe remotarum circa Virihjaur Lulensium satis copiose, et exinde usque ad laeum Tornensem passim.

Radix perennis, sursum sese dividens in caudices strigis e nervo foliorum destructorum factis obtectos, demum foliosos. Folia haec circiter duas lineas lata, satis mollia, lutescentia. Scapus plerumque digitalis strictus. Flores plus quam duas lineas longi, eleganter flavi. Siliculae latiores quam in ceteris, fere duas lineas latae.

258. COCHLEARIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1079. Decand. syst. 2. p. 358.

Calyx patens. Petala obovata obtusa. Stylus brevissimus. Silicula globoso-ovata, polysperma; valvulis ventricosis crassiusculis, septo tenui subparallelis. Semina immarginata; radicula marginali. — *Herbæ majores glabræ crassiores, floribus semper albis.*

714. COCHLEARIA *officinalis:* siliculis subglobosis lævibus pedicello brevioribus, foliis radicalibus petiolatis cordato-subrotundis; caulinis oblongis sinuatis. *Linn. svec. n.* 577. *spec. pl. ed. Willd.* 3. p. 448. *Decand. syst.* 2. p. 364. *prodr.* 1. p. 173. *Fl. Dan. t.* 135. *Sv. Bot. t.* 87. *Wahlenb. lapp. n.* 321. *Kalm bohusl. p.* 94. 129. 133. 138. 205. *Wahlb. gothob. p.* 67. *Fries halland. p.* 108. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 221. *Aspegren bleking. p.* 49.

β. foliis omnibus subrotundis. *Wahlenb. l. c.*

γ. foliis caulinis sublanceolatis. *Wahlenb. lapp. n.* 322. (anglica). *Zetterstedt res.* 2. p. 81.

Hab. in littoribus glareosis et rupestribus oceani tum septentrionalis tum occidentalis usque ad fretum danicum frequenter; sed intra mare orientale vix nisi rarius Blekingiæ et in ruderibus Carlsvärdsskans Gotlandiæ.

Radix plerumque biennis. Planta ob vim antiscorbuticam nostris *Skörbjuggsört*, rarius *Leffelkrut*; ceterum magnitudine et forma admodum varia, plerumque minor et magis

rotundifolia. Corymbus fructiferus plerumque elongatus. Siliculae magnitudine seminas cannabis.

715. COCHLEARIA *danica:* siliculis subglobosis lævibus pedicelli longitudine, foliis omnibus petiolati hastatis angulatis. *Linn. svec. n.* 578. *spec. pl. ed Willd.* 3. *p.* 449. *it. gotl. p.* 256. 289. *oel. p.* 112 *scan. p.* 219. 225. 323. *Flor. Dan. t.* 100. *Lecht scan. p.* 25. *n.* 35. *Fries halland. p.* 108. *Wahlb gothob. p.* 67. *Aspegren bleking. p.* 49.

Hab. in littoribus arenosis Gotlandiæ meridionali-occidentalis frequenter, Oelandiæ exterioris ut inter Löt, Persnäs et Ottenby passim, Ostrogothiæ Blekingiæque adjacentis rarius, Scaniæ extimæ frequenter; sed dein ad mare occidentale quam præcedens rarior usque ad Götheborg.

Radix annua. Planta praecedente plerumque minor et brevior. Folia magnitudine ungvis medii. Inflorescentia brevis subumbellata.

259. ALYSSUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1081.

Calyx oblongus. Petala lamina patentissima. Stamina minora basi intus dentata. Silicula elliptica, stylo longo cuspidata, immarginata. Semina plana; radicula marginali. — *Herba Drabis similior, sed multo major.*

716. ALYSSUM *incanum:* petalis bifidis, siliculis subventricosis herbaque cano-pubescentibus. *Linn. svec. n.* 582. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 463. *it. scan. p.* 208. 227. *Flor. Dan. t.* 1461. *Lecht scan. p.* 12. *n.* 47. *Retz. oec. p.* 43. *Aspegr. blek. p.* 49. Berteroa incana *Decand. syst.* 2. *p.* 291.

Hab. in arenosis glareosisque ruderatis campestribus Scaniæ præcipue littoralis, ut ad Skanör frequentissime, ad Klågerup, in Högstebackar versus Malmö, prope Saxtorp, Helsingborg etc., sed in aliis regionibus littoralibus magis adventitium videtur.

Radix biennis. Caules pedales et ultra, rigidi, demum sublignescentes. Folia lanceolato-elliptica, vix sesquiunciam longa. Flores majores quam in affinibus, siliculis duplo latiores, albissimi, aestivales. Siliculae bis lineam latae, rachi fere adcumbentes. Australioribus *Sandhvita* dicitur.

260. MYAGRUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1069.

Calyx subpatens, subcoloratus. Petala obtusa. Stamina edentula. Stylus longitudine fere siliculæ. Silicula marginata subovalis convexà polysperma in specie prim. sed subdisperma in sp. sec.; valvis dissepimento parallelis. Semina immarginata; radicula dorsali. — *Herbæ radicibus annuis; foliis caulinis numerosis, inflorescentia subpaniculata.*

717. MYAGRUM *sativum:* siliculis obovatis, foliis amplexicauli-sagittatis lanceolatis subintegerrimis pilosiusculis. *Linn. svec. n.* 564. *spec. pl. ed. Willd.* 3. p. 408. *Sv. Bot. t.* 339 (Alyssum). *Flor. Dan.* 6. t. 938. *Samz. neric. p.* 51. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 106. *Hagström jemtl. p.* 14.
Camelina sativa *Decand. syst.* 2. *p.* 515.
β. dentatum: foliis grossius dentatis. *Fries halland. p.* 107. *n.* 593. *Wallroth sched.* 1. *p.* 348.
γ. strictius, angustius, hispidius, siliculis minoris. *Fries nov. p.* 91. Cam. sylvestris *Wallroth sched.* 1. p. 347.
Hab. inter segetes præcipue Linum in provinciis campestribus a Scania ad Nericiam et Norrlandiam Jemtlandiamque frequenter; β cum priore in Scania, Hallandia, Smolandia etc. rarius, γ in arenosis Scaniæ.

Planta plerumque sesquipedalis, non parum glaucescens, Svecis *Lindodra* vel *Hörkåring*. Folia radicalia lyrato-sinuata. Petala albescentia vel praecipue exsiccatione paullo lutescentia. Siliculae fere magnitudine pisi. — β majus et explicatius; γ contra minus, contractius.

718. MYAGRUM *paniculatum:* siliculis subdispermis bipartibilibus rugosis subglobosis. *Linn. svec. n.* 565. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 409. *it. scan. p.* 153. 178. 251. *Flor. Dan. t.* 204. *Fries halland. p.* 107. *Videgren österg. p.* 30.
Rapistrum paniculatum *Gærtn. fr.* 2. *p.* 285. *t.* 141.
Neslia paniculata *Decand. syst.* 2. *p.* 520.
Hab. in agris provinciarum littoralium a Scania per

Oelandiam ad Stockholmiam et dein Hallandiam passim; ut etiam in maxime campestri Ostrogothi et Vestrogothia parcius.

Herba fere praecedentis foliis sagittatis rarius dentatis, sed fructificatio tota contractior, coloratior. Flores flavi vix plus quam lineam longi. Siliculae corrugatae fere ejusdem parvitatis,

261. SUBULARIA.

Linn gen. ed. Schr. n. 1075. Decand. syst. 2. p. 697.

Calyx suberectus. Petala obovata, calyce paullo majora. Silicula ovalis, mutica, dissepimento valvis ventricosis subparallelo: loculamentis tetraspermis. Semina subteretia; radicula dorsali. — *Herbula acaulis*

719. SUBULARIA *aquatica: Linn. svec. n. 566. spec pl. ed. Willd. 3. p. 423. it. scan. p. 397. vestrog p. 160. Decand. syst. 2. p. 698. Flor. Dan. t. 35 Wahlenb. lapp. n. 315 Fries halland. p. 107. Næzén in Fant diss. de Ulricæhamn p. 31. Aspegren bleking p. 47.*

Hab. in ripis arenosis vel sabulosis lacuum fluminumque majorum per provincias plerasque sylvaticas et montosas nec non ad flumina inde delabentia ut Christiaustadii Scaniæ, passim parcius.

Radix annua, tota fibrosa. Planta minima hujus classis omnino acaulis, tota unciam unam alteramve tantum alta. Folia radicalia eximie subulata, saepius excurvata. Corymbi quoque radicales, foliis parum longiores, pauciflori. Flores minimi, vix lineam longi, albi. Siliculae sesquilineares.

262. THLASPI.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1078 Decand. syst. 1. p. 373. Gærtn. fr. 2. p. 280. t. 141

Petala obovata. Silicula emarginata, maxime compressa ac dilatata in margines membranaceos vel saltem vacuos (in sp. 3.); dissepimento lanceolato valvis contrario; loculamentis polyspermis. Semina immarginata; radicula marginali. — *Plantae annuae, plerumque glaberrimae, siliquis majoribus.*

720. THLASPI *arvense:* siliculis suborbiculatis undique alatis: sinu apicis angusto stigma subsessile fo

vente, foliis oblongis dentatis sagittatis. *Linn. svec. n.* 574. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 442. *Decand. syst.* 2. *p.* 575. *Sv. Bot. t.* 214. *Fl. Dan. t.* 793. *Wahlenb. lapp n.* 524. *Hagström jemtl. p.* 35.

Hab. in agris et arvis totius Sveciæ ubique.

Planta glaberrima, pallidius virens, pedalis et ultra, odoris suballiacei (Svecis *Trådeslök*). Folia basi sagittata subamplectentia. Petala alba majuscula. Silicula maxima et rotundissima, digitum minorem lata, Svecis *Skillinger, Penninggrås, Skärffrö, Åkerdöer*. Stylus inconspicuus sinu siliculae multoties brevior. Semina striata, fusca.

721. THLASPI *perfoliatum:* siliculis obcordatis octospermis, stigmate subsessili, petalis calyci æqualibus, foliis subintegerrimis cordato-amplexicaulibus. *Linn. spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 446. *Decand. syst. nat.* 2. *p* 578. *prodr. syst.* 1. *p.* 176. *Jacqu. austr. t.* 337. *Fries nov. ined.*

Hab. Oelandiæ inter fragmenta petræ calcareæ præruptæ infra arcem Borgholm copiose; *Fries.*

Planta vernalis, circiter spithamam alta, tota glaucescens, subcoriacea. Folia quoque multo minora quam in praecedente. Petala alba. Siliculae sesquitertia linea non longiores, (vel triplo minores quam in praecedente), vix nisi lobis superioribus alatae. Semina quoque triplo minora, rufa, non striata.

722. THLASPI *Bursa pastoris:* siliculis obcordato-triangularibus subapteris. *Linn. svec. n.* 576. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 447. *Sv. Bot. t.* 273. *Flor. Dan. t.* 729. *Wahlenb. lapp. n.* 325.

Capsella Bursa pastoris *Decand. syst. nat.* 2. *p.* 383. *prodr.* 1. *p.* 177.

Hab. in cultis totius Sveciæ ubique.

Herba sparsius piloso-scabrida, multoties angustior et macrior quam praecedentes, sed ceterum foliis pinnatifidis etc. valde varians. Flores parvi albi. Siliculae forma maxime singulares Svecis *Nåldynor, Lommegrås* e. s. p.; seminibus minimis, circiter duodecim.

263. IBERIS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1080. *Juss. gen. p.* 266. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 279. *t.* 141.

Calyx patens. Petala exteriora radiantia, vel inconspi-

cua. Silicula subrotunda; dissepimento valvis navicularibus contrario; loculamentis mono- vel dispermis. Semina plana; radicula marginali. — *Herbulæ siliculis minoribus.*

723. IBERIS *nudicaulis:* siliculis tetraspermis emarginatis, scapis simplicissimis, foliis sinuato-lyratis. *Linn. svec. n.* 581. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 458. *it. scan. p.* 88. 104. *oel. p.* 139. *Flor. Dan. t.* 323. *Leche scan. p.* 25. *n.* 36. *Fries halland. p.* 107. *Wahlb. gothob. p.* 66. *Osbeck götheb. handl.* 4. *p.* 21. *Aspegren bleking. p.* 49.

Teesdalia Iberis *Decand. syst.* 2. *p.* 392. *prodr. syst.* 1. *p.* 178.

Hab. in arena mobili locisque subsimilibus Scaniæ frequenter, Hallandiæ meridionalis infra exitum fluminis Laga passim, Oelandiæ rarius ad Grankulla paroeciæ Böda; ceterum in saxis siccissimis Blekingiæ frequenter et circa Götheborg passim.

Radix annua. Caules plures, in orbem patentes demumque adscendentes, vix spithamaei, rarius ramo folioque quodam praediti. Folia vix uncia longiora. Flores in apice scapi subcymosi, minuti, ante solstitium obvii, albi. Siliculae sesquilineam latae longaeque.

724. IBERIS *petræa:* siliquis tetraspermis ovalibus, petalis calyce minoribus æqualibus, foliis pinnatis integerrimis.

Lepidum petræum *Linn. svec. n.* 573. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 434. *it. gotl. p.* 175. 192. *oel. p.* 52. 72. *Jacqu. austr. t.* 131. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 59. *Bjerkander ib.* 1776. *p.* 82. *Ahlquist runst. p.* 22. (*Fries halland. p.* 109. *Forsander veg. scan. p.* 11). *Aspegren bleking. p.* 48. *Fries nov. p.* 118. (sub Medio. min.).

Hutchinsia petræa *Decand. syst. nat.* 2. *p.* 389. *prodr.* 1. *p.* 178.

Hab. in petra calcarea formationis transitionis denudata Gotlandiæ et Oelandiæ frequenter, Vestrogothiæ in Kinnekulle versus Martorp, Hjelmsäter etc. copiose; sed Blekingiæ maritimæ arenosæ et Scaniæ extimæ ad Kåseberga raro.

Radix annua vel semibiennis. Caulis plerumque tantum digitalis, eximie ramosus. Folia vix unciam longa, concinne pectinato-pinnata. Flores minimi albi, ante solstitium quaerendi. Siliculae linea non latiores.

264. LEPIDIUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1077. Decand. syst. 2. p. 527. Gaertn. fr. 2. p. 281. t. 141.

Calyx petalaque æqualia. Silicula dissepimento valvis navicularibus contrario; loculamentis monospermis. Semina sub stylo pendula subtriquetra; radicula laterali s. dorsali. — *Herbæ plerumque grave olentes et sapientes.*

725. LEPIDIUM *latifolium:* siliculis ellipticis apice integerrimis stigmate apiculatis, foliis ovato-lanceolatis indivisis medio serratis; infimis petiolatis. *Linn. spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 436. *svec. n.* 571. (sativum). *it. scan. p.* 297. *Decand. syst.* 2. *p.* 548. *Flor. Dan. t.* 557. *Sv. Bot. t.* 638. *Ahlquist Vet. Ac. Handl.* 1821. *p.* 304. *Leche scan. p.* 11. *n.* 45.

Hab. in littoribus ruderatis et glareosis ad mare orientale Calmariensis Gubernationis passim, ut ad Vestervik, in Stora Skaftvik paroeciæ Misterhult, Oelandiæ in insula extra Husvalla paroeciæ Persnäs; ceterum ad Landskrona Scaniæ alibique copiosissime.

Radix perennis, alte descendens, digitum crassa. Folia radicalia plus quam pedem longa et spithamam lata. Caulis quadripedalis et ultra. Panicula amplissima, sed fructificationis partes in tam magna planta minimae fere frustraneae. Flores aestivales albelli et siliculae vix semine carvi majores, plerumque vacuae. Ob saporem *Bittersalso* s. *Salsa.*

726. LEPIDIUM *ruderale:* siliculis ovalibus apice emarginatis patulis, foliis radicalibus pinnatifidis; rameis linearibus integerrimis, floribus apetalis diandris. *Linn. svec. n.* 572. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 440. *it. scan. p.* 179. 199. 225. *Decand. syst.* 2. *p.* 540. *Sv. Bot. t.* 321. *Fl. Dan. t.* 184. *Carls. strengn. p.* 38. *Samzel. neric. p.* 52. *Naezén in Fant diss. de Ulricaehamn p.* 31.

Hab. in ruderatis glareosis ad urbes præcipue littorales Sveciæ meridionalioris usque ad Stockholm, ut

et prope Mälaren ad Strengnäs, Upsala etc. frequenter, ad Vettern in Askersund, ad Asund i Ulricæhamn.

Radix subbiennis. Planta plerumque tantum semipedalis valde graveolens, Svecis *Sokrasse*, *Vallkrasse* vel *Backkrasse*, ramosa et divaricata. Flores omnium minimi, calycibus albescentibus. Siliculae quoque minimae, linea non longiores.

727. LEPIDIUM *campestre:* siliculis ovatis superne alatis stylo adnatis emarginatis squamuloso-punctatis, foliis caulinis sagittatis dentatis canescentibus. *De cand. syst.* 2. *p.* 535. *prodr.* 1. *p.* 204.

Thlaspi campestre *Linn. svec. n.* 575. *spec. pl. ed Willd.* 3. *p.* 444. *it. vestrog. p.* 2. *am. ac.* 8. *p* 101. *Flor. Dan.* 7. *t.* 1221. *Samz. neric. p.* 52 *Wahlenb. ups. n.* 419.

Hab. solo argilloso vel potius margaceo ad vias et agros per regiones maxime campestres vix tamen maritimas a Scania ad Vestrogothiam, Nericiam et Uplandiam passim copiose.

Radix annua. Plantae habitus fere Thlaspi, caule firmo ad apicem diviso in corymbos arcuatos singularis, Svecis *Salomons ljusstake*. Folia radicalia lyrato-incisa. Flores minuti, albi, aestivales. Siliculae magnitudine lentis, sesquitertiam lineam longae, eximie gibbae ob semina multoties crassiora quam in praecedentibus, pubescentia.

265. CORONOPUS.

Gaertn. fr. 2. *p.* 293. *t.* 142. Senebiera *Decand. syst.* 2. *p.* 521.

Calyx patens. Silicula reniformis; loculamentis dissepimento angustissimo styliformi contrariis, monospermis, semen non emittentibus. Semina subtriquetra; radicula dorsali. — *Herbae multicaules humifusae, racemis brevibus oppositifoliis, floribus minimis albis, radice annua.*

728. CORONOPUS *depressa:* siliculis persistentibus stylo adnatis mucronatisque dorso cristato-rugosis, foliis pinnatifidis dentatis. *Moench meth.* 220. *Nov. Act. Ups. VIII. p.* 220. *Aspegren bleking. p.* 48.

Cochlearia Coronopus *Linn. svec. n.* 579. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 450. *it. oel. p.* 58. *Flor. Dan. t.* 202. *Fries halland. p.* 108. *Retz. oec. p.* 179.
Senebiera Coronopus *Decand. syst.* 2. *p.* 525.

Hab. in viis, areis pingvibus apricis ad urbes pagosque præcipue maritimos provinciarum meridionalium, ut Hallandiæ ad Halmstad, Scaniæ in Landskrona, Borreby, Lund etc., Blekingiæ in Carlskrona, Oelandiæ ad Borgholm, Hulltorp etc., Gotlandiæ in Wisby et ad Koparfve in Gröttlingbo; ceterum magis advena ex. gr. Upsaliæ.

Caules eximie compressi, saepe pedem longi. Foliorum laciniae caule vix latiores. Racemi glomerulum subrotundum folio multoties breviorem referunt, qui siliculis rugosis in terram saepe depressis ansam nominis svecici *Kråk-klor, Hundatand, Hjorthorn* dedisse videntur. Siliculae sesquilineam latae.

729. CORONOPUS *didyma:* siliculis deciduis utrinque emarginatis rugosis, foliis pinnatifidis; laciniis subincisis. *Smith brit.* 2. *p.* 691. *Engl. Bot. t.* 248. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 221 *et* 243.
Lepidium didymum *Linn. spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 439.
Senebiera pinnatifida *Decand. syst.* 2. *p* 523. *prodr.* 1. *p.* 203.

Hab. prope mare ad portum Kyllej Gotlandiæ copiose.

Planta tota longe tenuior subfiliformis, neutiquam rigens, nec in terram se deprimens. Folia fere eadem. Racemi vero elongati folio plerumque multiplo longiores, multiflori, fere capillares. Siliculae linea non latiores, in duas partes decidentes.

ORD. 2. SILIQUOSÆ.

266. DENTARIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1087. *Decand. syst.* 2. *p* 271.

Calyx erectus. Stigma emarginatum. Siliqua lanceolata-plana: valvulis a basi ad apicem sese elastice revolventibus, dissepimento brevioribus. Semina radicula

marginali. — *Herbæ magis grandifoliæ, rad perennibus tuberculato-dentatis, floribus rubic*

730. DENTARIA *bulbifera:* foliis inferioribus tis; summis indivisis bulbiferis. *Linn. svec. spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 479. *it. scan.* p. 10 *p.* 65. 127. 131. *vestrog. p.* 62. *am. ac.* 8 *Decand. syst.* 2. *p.* 278. *Sv. Bot. t.* 336. *Fl t.* 361. *Leche scan. p.* 43. *n.* 116. *Fries h p.* 109. *Bjerkander Vet. Ac. Handl.* 1776. *Samz. neric. p.* 52. *Carls. strengn. p.* 58.

Hab. in nemoribus ad radices rupium occult provincias temperatiores rarius, ut: Scaniæ monstorp, Blekingiæ, Hallandiæ, Ve gothiæ in Kinnekulle etc. prope Billingen jentorp et Lappatorp paroeciæ Berg, Goth in Lilla Carlsöen, Sudermanniæ juxta M ad Strengnäs, Upsaliæ ad Godtsundabergen, R giæ, Nericiæ meridionalis ad Snaflunda.

Radix crassitie calami; dentibus carnosis. Caulis pedalis simplicissimus. Bulbilli e gemmis facti, atrop magnitudine pisi. Corymbus pauciflorus, mense flor explicans petala magna dilute rubentia.

267. CARDAMINE.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1088. *Decand. syst.* 2. *p.* 245. *Gærtn. fr.* 2. *p.*

Calyx subpatens. Siliqua linearis plana: valvulis ad apicem sese elastice revolventibus dissep longitudine. Semina radicula marginali. — *minores, floribus albis, interdum apetalis et tetr*

1) *foliis pinnatis* a) *foliolis subrotundis n.* 73 b) *foliolis angustioribus n.* 734. 735. 2) *foliis plicibus n.* 736. 737.

731. CARDAMINE *pratensis:* foliis pinnatis: radicalium subrotundis; caulinorum subline integris, stylo brevissimo siliquam latitudine quante: stigmate incrassato. *Linn. svec.* n. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 487. *Decand. syst.* 256. *Sv. Bot. t.* 350. *Flor. Dan. t.* 1039. *lenb. lapp. n.* 326.

Hab. in pratis et pascuis subhumidis totius Sv

ræcipue campestrium regionum, alpibus tantum xceptis, frequenter.

x perennis, brevis. Planta circiter pedalis, Svecis *asse* vel *Makrasse*, rarius *Braxengräs* vel *Braxen-tor*, semper glabra. Folia caulina pleraque superiora caule angustioribus, radicalium duplo triplove latiori- Flores maximi; petalis fere semiunciam longis, glauce- ms. Siliquae praecipue strictiores.

CARDAMINE *amara:* foliis pinnatis: foliolis o- mnibus subrotundis dentato-angulatis, caule basi tolonifero, stylo filiformi acuto. *Linn. svec. n.* 86. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p* 488 *it. scan. p.* 101. 16. *vestrog. p.* 26. 39. 76. *Decand. syst.* 2. *p.* 255. *rodr.* 1. *p.* 151. *Leche scan. p.* 12. *n.* 49. *Fries alland. p.* 109. *Samz. neric. p.* 53. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 99.

triphylla: caule decumbente, foliolis tantum tri- us. *Decand. l. c. Fries halland. p.* 110.

. trifolia *Linn. svec. n.* 589. *lapp. n* 257 (nec spec. pl.)

umbrosa: caule foliisque villosis. *Decand. l. c.*

. hirsuta *Flor. Dan. t.* 148.

b. in rivulis præcipue fontanis occultis vel sylva- icis Scaniæ Smolandiæque frequenter, Ve- trogothiæ ad stratum montium transitionis Trapp it Hunneberg, Halleberg, Kinnekulle, Gisseberg tc. copiose, Ostrogothiæ in Omberg; per reli- uas autem provincias parcius usque ad Jemtlan- liam. β Dalekarliæ ad Tunam et Smolandiæ occidentalis. γ in occultis sylvaticis rarius.

dix repens et planta tota laxior, mollior, nomine *Bäck-e* magis aestimata, saepe plus quam pedem longa. rum fere omnium foliola circiter quinque lineas lata, s minores; petalis circiter quatuor lineas longis non pa- roseis. Siliquae pedicellis fere capillaribus laxae.

CARDAMINE *hirsuta*: foliis pinnatis: foliolis ra- dicalium subrotundis; superiorum sublanceolatis, petalis oblongis calyce sublatioribus, stylo brevissi- mo incrassato, siliquis erectis strictis. *Linn. svec. n.* 587. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 486. *it. scan. p.* 178.

marginali. — *Herbæ magis grandifoliæ, radicibu perennibus tuberculato-dentatis, floribus rubicundis*

730. DENTARIA *bulbifera:* foliis inferioribus pinnatis; summis indivisis bulbiferis. *Linn. svec. n* 58 *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 479. *it. scan. p.* 101. *ot p.* 65. 127. 131. *vestrog. p.* 62. *am. ac.* 8. *p.* 10 *Decand. syst.* 2. *p.* 278. *Sv. Bot. t.* 356. *Fl. Da t.* 361. *Leche scan. p.* 43. *n.* 116. *Fries hallan p.* 109. *Bjerkander Vet. Ac. Handl.* 1776. *p.* 8 *Samz. neric. p.* 52. *Carls. strengn. p.* 38.

Hab. in nemoribus ad radices rupium occultas per provincias temperatiores rarius, ut: Scaniæ ad S monstorp, Blekingiæ, Hallandiæ, Vestrogothiæ in Kinnekulle etc. prope Billingen ad Hö jentorp et Lappatorp paroeciæ Berg, Gotlandiæ in Lilla Carlsöen, Sudermanniæ juxta Mälare ad Strengnäs, Upsaliæ ad Godtsundabergen, Roslagiæ, Nericiæ meridionalis ad Snaflunda.

Radix crassitie calami; dentibus carnosis. Caulis sesquipedalis simplicissimus. Bulbilli e gemmis facti, atropurpurei magnitudine pisi. Corymbus pauciflorus, mense florescentiae explicans petala magna dilute rubentia.

267. CARDAMINE.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1088. *Decand. syst.* 2. *p.* 245. *Gartn. fr.* 2. *p.* 294. *t.* 143

Calyx subpatens. Siliqua linearis plana: valvulis a basi ad apicem sese elastice revolventibus dissepiment longitudine. Semina radicula marginali. — *Herbæ minores, floribus albis, interdum apetalis et tetrandris*

1) *foliis pinnatis* a) *foliolis subrotundis n.* 731-733 b) *foliolis angustioribus n.* 734. 735. 2) *foliis simplicibus n.* 736. 737.

731. CARDAMINE *pratensis:* foliis pinnatis: foliolis radicalium subrotundis; caulinorum sublinearibus integris, stylo brevissimo siliquam latitudine subæquante: stigmate incrassato. *Linn. svec. n.* 585 *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 487. *Decand. syst.* 2. *p.* 256. *Sv. Bot. t.* 350. *Flor. Dan. t.* 1039. *Wahlenb. lapp. n.* 326.

Hab. in pratis et pascuis subhumidis totius Sveciæ

præcipue campestrium regionum, alpibus tantum exceptis, frequenter.

Radix perennis, brevis. Planta circiter pedalis, Svecis *Ängkrasse* vel *Makrasse,* rarius *Braxengräs* vel *Braxenblommor*, semper glabra. Folia caulina pleraque superiora foliolis caule angustioribus, radicalium duplo triplove latioribus. Flores maximi; petalis fere semiunciam longis, glaucescentibus. Siliquae praecipue strictiores.

752. CARDAMINE *amara:* foliis pinnatis: foliolis omnibus subrotundis dentato-angulatis, caule basi stolonifero, stylo filiformi acuto. *Linn. svec. n.* 586. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p* 488 *it. scan. p.* 101. 116. *vestrog. p.* 26. 39. 76. *Decand. syst.* 2. *p.* 255. *prodr.* 1. *p.* 151. *Leche scan. p.* 12. *n.* 49. *Fries halland. p.* 109. *Samz. neric. p.* 53. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 99.

β. triphylla: caule decumbente, foliolis tantum tribus. *Decand. l. c. Fries halland. p.* 110.
C. trifolia *Linn. svec. n.* 589. *lapp. n* 257 (nec spec. pl.)

γ. umbrosa: caule foliisque villosis. *Decand. l. c.*
C. hirsuta *Flor. Dan. t.* 148.

Hab. in rivulis præcipue fontanis occultis vel sylvaticis Scaniæ Smolandiæque frequenter, Vestrogothiæ ad stratum montium transitionis Trapp ut Hunneberg, Halleberg, Kinnekulle, Gisseberg etc. copiose, Ostrogothiæ in Omberg; per reliquas autem provincias parcius usque ad Jemtlandiam. β Dalekarliæ ad Tnnam et Smolandiæ occidentalis. γ in occultis sylvaticis rarius.

Radix repens et planta tota laxior, mollior, nomine *Bäckkrasse* magis aestimata, saepe plus quam pedem longa. Foliorum fere omnium foliola circiter quinque lineas lata. Flores minores; petalis circiter quatuor lineas longis non parum roseis. Siliquae pedicellis fere capillaribus laxae.

753. CARDAMINE *hirsuta*: foliis pinnatis: foliolis radicalium subrotundis; superiorum sublanceolatis, petalis oblongis calyce sublatioribus, stylo brevissimo incrassato, siliquis erectis strictis. *Linn. svec. n.* 587. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 486. *it. scan. p.* 178.

Decand. syst. 2. *p.* 259. *Fl. Dan. t.* 735. (C. im-patiens). *Leche scan. p.* 12. *n.* 50. *Fries hallan. p.* 110. *Wahlb. gothob. p.* 60. *Wahlenb. Vet. A. Handl.* 1806. *p* 59. *Ahlquist ib.* 1821. *p.* 283. *A. spegren bleking. p.* 49.
C. parviflora *Carls. strengn. p.* 39? *Retz. di. obs. bot. p.* 21?
β. sylvatica. *Fries phys. sällsk. årsb.* 1825. *p.* 87.
Hab. in campis subhumidis sublittoralibus glareos. Scaniæ versus Malmö et ad Simontorps Hall. mölla, Hallandiæ ad Varberg, in Getterö. Baljön etc. Bahusiæ in Varö et Tornö nec n. Barrlind paroeciæ Tanum, Blekingiæ passim Oelandiæ septentrionalis ad Byerum etc. Ostrogothiæ in Omberg, Gotlandiæ ad Klintahamn deinde vero septentrionem versus vix nisi in den-stis sylvarum regionum littóralium ut in paroec. Misterhult Gubernationis Calmariensis et in Skrub-ban prope Stockholm.

Radix annua, sed planta ipsa stricta et sursum angusta. C. pratensi proxima videtur, quamqum multo minor ple-rumque spithamaea. Hirsuties in foliis superioribus plerun-que adest. Flores ex minoribus; petalis duas lineas longi. omnino albis. Siliquae subfiliformes.

734. CARDAMINE *parviflora*: **foliis pinnatis: foliol. sublinearibus integris obtusis; infimis a caule r. moso remotis, petalis oblongo-linearibus**, siliqu. patulis. *Linn. faun. app. p.* 557. *fl. svec. p.* 46. *spec. pl, ed.* 2. *p.* 914. *ed. Willd,* 3. *p.* 485. *Decan. syst.* 2. *p.* 261. *prodr.* 1. *p.* 152. *Sv. Bot. t.* 56. (*Gmel. sib.* 3. *p.* 270. *n.* 37. *t.* 64.) *Wrangel V. Ac. Handl.* 1822. *p.* 277.
Hab. in ripis uliginosis passim inundatis Sveciæ medi. ut Dalekarliæ infimæ infra Kyrkby paroeciæ B. Sudermanniæ in alneto ad Åkerö lacus Yngar. ad Nyköping et ad Skerboqvarn paroeciæ Helgest. Ostrogothiæ ad Finspång et Norrköping ext. Messingsbruket, Vestrogothiæ in Thorsö lac. Venern tum ad Svartåker tum ad Foglöbro.

Radix certe annua, quamquam interdum repens videtur. Caulis semper fili tenuitatis, interdum decumbens et spithamaeus, saepius erectus et tantum digitalis, sed semper apud nos eximie ramosus. Foliorum omnium foliola filo parum latiora, a caule semper distantia ut praecedentibus affinior quam sequenti evadat species. Flores minimi; petalis vix lineam longis, albis. Siliquae etiam minimae, vix semiunciam longae et crassitie fili.

755. CARDAMINE *impatiens:* foliis pinnatis: foliolis oblongis subincisis; infimis acuminatis amplexicaulibus stipulæformibus sublinearibus, siliquis flaccidis. *Linn. svec. n.* 588. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 485. *it. scan. p.* 129. *vestrog. p.* 26. *Decand. syst.* 2. *p.* 261. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1339. *Fries halland. p.* 110. *Carls. strengn. p.* 39 *Wahlenb. ups. n.* 424. *Fischerström mål. p.* 298.

β. pedicellis incrassatis subturbinatis. C. umbrosa *Decand. syst.* 2. *p.* 260?

Hab. in rupibus umbrosis Scaniæ ad Stenshufvud, Hallandsås etc. Vestrogothiæ ad plerosque montes e formatione transitionis, ad lacum Mälarn et in insulis ejusdem prope Stockholm, Strengnäs et Upsala; ceterum in provinciis intermediis rarius.

Radix annua. Planta magnitudine varians, saepius pedalis. Foliola semper caule multiplo latiora. Flores ex minimis, saepius apetali, sed interdum ad oras maris petalis linea parum longioribus. Siliquae plerumque filiformes et flaccidae, sed in β (ad Kinnekulle obvia) insolito latae.

756. CARDAMINE *bellidifolia:* foliis simplicibus crassiusculis ovatis; radicalibus longissime petiolatis integerrimis; caulinis sublobatis, siliquis erectis; stigmate sessili. *Linn. svec. n.* 590. *lapp. n.* 260. *t.* 9. *f.* 2. *Decand. syst.* 2. *p.* 249. *prodr.* 1. *p.* 150. *Flor. Dan. t.* 20. *Wahlenb. lapp. n.* 328. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 104. 105.

Hab. in fissuris rupium aliisque locis irrigatis alpium nivalium omnium a summa Lapponia usque ad Jemtlandiam frequenter.

Radix perennis et multicaulis quamquam tenuitate fere fili.

Folia pleraque radicalia vix tres lineas lata. Caulis in h genere humillimus, plerumque uncialis. Flores albi bis neam longi. Siliquae vix unciales.

757. CARDAMINE *petræa:* foliis simplicibus; radical bus oblongis subdentatis petiolatis; caulinis intege rimis sublanceolatis, petalis obovatis, siliquis er ctis; stigmate pedicellato capitato. *Linn. svec. n.* 5
Hab. in scopulis maritimis Angermanniæ ad Hem ön prope Hernösand et in Boudskär nec non Los men circiter 8 mil. septentrionem versus.

Radix subfusiformis multiceps. Folia radicalia semper i divisa, glaberrima et viridia (nec glauca), sesquilineam lat caulina caule parum latiora. Caulis simplicissimus nudiusc lus, digitum minimum plerumque altus. Flores pauci su umbellati. Calyx viridis. Petala tres lineas longa, omni alba. Siliquarum valvulae sine indicio nervi medii usq ad basin.

268. ARABIS.

Linn. gen. ed. Schr. n 1094. Decand. syst. 2. p. 213.

Calyx erectus: foliolis duobus majoribus basi gibbis. Si liqua linearis subcompressa torulosa: valvulis uniner viis venosisve. Semina una serie disposita; radicul marginali. — *Herbæ foliis utplurimum indivisis, flo ribus albis.*

758. ARABIS *thaliana:* foliis caulinis sessilibus oblon gis; radicalibus subovatis subdentatis pilosiusculis petalis oblongis calyce duplolongioribus, siliquis sub filiformibus adscendentibus; stigmate sessili. *Lin svec. n.* 605. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 535. *De cand. syst.* 2. *p.* 226. *Fl. Dan.* 7. *t.* 1106. *Hart man Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 99.
β hispida: tota pilosa, foliis dentatis; radicalibu lyrato-serratis. Sisymbrium arenosum *Linn. sve n.* 597.
Hab. in sabulosis aridis Sveciæ magis campestris e temperatæ usque ad Fahlun et Uplandiam ubique dein prope mare orientale et in Jemtlandia forma tionis transitionis passim; *β* Nericiæ, ad Vesterås Norrbärke et Umeå rarius.

Radix annua. Folia radicalia numerosa expansa, plerumque dentata; sed caulis nudiusculus colore glaucescente vel subcaesio, inferne divergenter hirtus. Flores angusti, vernales. Siliquae omnino aciculares. — β Vegetior omnibus partibus; attamen a speciebus extraneis A. **hispida** etc. bene distingvitur radice fere annua, siliquis angustis etc.

759. ARABIS *alpina:* foliis pube ramosa villosis oblongis dentatis; caulinis cordato-amplexicaulibus, pedicellis calyce glabriusculo longioribus, petalis obovatis. *Linn. svec. n.* 601. *spec. pl. ed Willden.* 3. *p.* 534. *Decand. syst.* 2. *p.* 216. *Flor. Dan. t.* 62. *Wahlenb. lapp. n.* 334. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 103. — 1818. *p.* 135.

Hab. locis irrigatis occultioribus in alpibus et frequentius etiam ad radices earum a Finmarkia ultima usque ad Jemtlandiam ubique.

Radix perennis. Planta tota circiter spithamam alta, virescens (nec omnino cana). Folia acute dentata, circiter semiunciam lata. Pedicelli circiter quatuor lineas longi, et ejusdem fere longitudinis sunt petala. Siliquae planae sine nervo ullo valvularum, sed potius venis.

760. ARABIS *hirsuta:* foliis (pube subramosa scabris dentatis;) caulinis cordato-amplexicaulibus oblongatisque, pedicellis calycis longitudine, petalis oblongis, siliquis erectis. *Decand. syst.* 2. *p.* 223.

Turritis hirsuta *Linn. sveç. n.* 607. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 541. *Jacqu. ic. rar. t.* 126. *Flor. Dan.* 6. *t.* 1040. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 99. *Wahlenb. lapp. n.* 335. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 59. *Forsander veg. scan. p.* 13.

β. **crassior:** foliis magis dentatis itaque etiam basi subsagittatis.

A. sagittata *Decand. l. c. p.* 221.

Turritis planisiliqua *Persoon syn.*

γ. **curtisiliqua:** foliis subintegris vix amplectentibus supra glabriusculis.

A. curtisiliqua *Fries — Decand. l. c. p.* 223.

δ **glaberrima:** *Linn. it. gotl. p.* 192. 228.

Hab. ad rupes lapidesque in pratis sylvaticis per re-

giones ceterum campestres provinciarum orientali a Scania ad Uplandiam passim; dein vix nisi formatione transitionis Jemtlandiæ et ad mare se tentrionale Nordlandiæ (meridionalis) Norvegiæ pa cius; β in Scania, Oelandia et Vestrogothiæ F bygden frequenter; γ in Scania et Ostrogothia ca pestri; δ in Gotlandiæ et Oelandiæ maxime apric

Radix perennis. Herba sequenti generi similior, stri foliis caulinis numerosis fere tecta, circiter pedalis. Flo vernales. Siliquae inferiores sesquiunciam longae, rach angustiores. — β vegetior, foliis magis expansis et siliq paullo latioribus. — γ siliquis tortuosis potius monstrosi macra. — δ foliis praecipue radicalibus glaberrimis singula

269. TURRITIS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1095. Decand. 2. p. 211. Gaertn. fr 2. p. 297. t. 14

Calyx laxus, æqualis. Petala oblongata. Siliqua lo gissima compressa: valvulis uninerviis. Semina d plici serie disposita; radicula marginali. — *Her strictissima floribus albis.*

741. TURRITIS *glabra:* foliis radicalibus dentatis p losis; caulinis amplexicaulibus integerrimis glabri siliquis strictissimis pedicello sextuplo longioribu *Linn. svec. n.* 606. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 54 *Decand. syst.* 2. *p.* 211. *prodr.* 1. *p.* 142. *Sv. B t.* 399. *Flor. Dan. t.* 809. *Samz. neric. p.* 53.

Hab. locis aridis sabulosis apricis in pratis et ad agr præcipue regionum campestrium a Scania ad V strogothiam, Nericiam et Uplandiam frequente dein Dalecarliæ ad Säter.

Radix subbiennis. Planta glaucescens elongata saepe c corymbo spithamaeo tripedalis et ultra, Svecis *Råckentr Karbaser.* Siliquae plerumque biunciales, rachide du latiores.

270. BARBARÆA.

Decand. syst. 2. *p.* 205. Erysimi sp. *Linn.*

Calyx erectus. Siliqua tetragono-anceps: valvis con vo-carinatis. Semina planiuscula; radicula margin — *Flores lutei. Folia simplicia, lyrata.*

742. BARBARÆA *vulgaris:* foliis inferioribus lyratis: lobo terminali subrotundo; summis obovatis dentatis, siliquis prismaticis erectiusculis. *Decand. syst.* 2. *p.* 206. *prodr.* 1. *p.* 140.

Erysimum Barbaræa *Linn. svec. n.* 599. *lapp. n.* 264. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 509. *it. vestgoth. p.* 53. 62. *Wahlenb. lapp. n.* 331.

β. caule ramosiore, siliquis patentibus. *Wahlenb. ups. n.* 432. *Sv. Bot. t.* 194. *Flor. Dan.* 6. *t.* 985.

B. arcuata *Regensb. bot. Zeit.* 1822. *p.* 296.

Hab. ad ripas fluviorum et paludum, præcipue sylvestrium per Sveciam totam passim; *β* in maxime campestri Svecia media et meridionali ut Uplandia, Scania etc.

Radix biennis. Caulis eximie strictus, circiter bipedalis. Folia saturatius viridia. Flores aestivales, pallide lutei. Siliquae praecipue in maxime septentrionalibus regionibus strictae, optimae tetragonae, circiter septem lineas longae et unam latae. *β* siliquae fere unciam longae, magis teretes.

743. BARBARÆA *præcox:* foliis pinnatifido-lyratis, siliquis teretiusculis subfiliformibus patentibus. *Decand. syst. nat.* 2. *p.* 207. *prodr.* 1. *p.* 140. *Fries nov. p.* 92.

Erys. præcox *Smith brit. p.* 707. *Engl. Bot.* 16. *t.* 1129.

Hab. locis irriguis ad pagos urbesque Scaniæ ex. gr. ad Bosjökloster, Lund, passim.

Radix perennis. Caulis laxior, humilior et tota planta magis tenera, lutescens, Nasturtii saporis, quare *Vinterkrasse*, superne magis paniculata. Siliquae unciam longae, rachide sua angustiores.

271. NASTURTIUM.

Decand. syst. 2. *p.* 187. Sisymbrii spec. *Linn. et Auct.*

Calyx patens Siliqua teretiuscula sæpe turgida et abbreviata: valvis concavis subenervibus ecarinatis. Semina planiuscula; radicula submarginali. — *Pedicelli basi incrassati, deflexi:* 1) *flores albi n.* 744. 2) *flores lutescentes* a) *stylo brevissimo n.* 745. 746. b) *stylo elongato n.* 747. 748.

744. NASTURTIUM *aquaticum*: siliquis cylindricis valvulis uninervibus, foliis pinnatis; foliolis subcordatis repandis. *Bauh. pin.* 104. *Sv. Bot. t.* 624.
N. officinale *Decand. syst.* 2. *p.* 188.
Sisymbrium Nasturtium *Linn. svec. n.* 592. *spec pl. ed. Willd.* 3. *p.* 489. *it. scan. p.* 278. *Flor Dan t.* 690. *Leche scan. p.* 44. *n.* 119. *Fries halland. p* 110. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII p.* 221. (*Fischerström mål. p.* 282).

Hab. in fontibus et rivulis limpidis occultis per provincias littorales meridionaliores, ut Scaniæ campestris passim ad Ystad, Helsingborg, Lackalänge Käflinge, Rommeleklint, Cimbrishamn etc. Hallandiæ circa Halmstad alibique, Gotlandiæ extra Wisby.

Radix perennis, repens. Caules fistulosi, saepe digitum minorem crassi, adscendentes. Folia inferne tantum ternata, in ramis fructiferis trijuga; impari maximo. Flores aestivales albi; staminibus pistillisque violaceis. Siliquae semiunciam longae. Semina eximie reticulata, radicula obliqua. Saporis optimi est et svecice *Kållkrasse* audit.

745. NASTURTIUM *palustre*: siliquis oblongis utrinque turgidis obtusisque, petalis calyce minoribus, caule erecto, foliis omnibus pinnatifidis: auriculis amplexicaulibus ciliatis. *Decand. syst.* 2. *p.* 191. *prodr.* 1. *p.* 137.
Sisymbrium palustre *Linn. spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 490. *Wahlenb. ups. n.* 427. *lapp. n.* 329. (S. terestre). *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 221.
Sis. amphibium β palustre *Linn. svec, n.* 593. *Fl. Dan. t.* 409 *et* 931.

Hab. locis paludosis et humidis totius Sveciæ a Scania ad Enare Lapponiæ frequenter; sed Gotlandiæ et Oelandiæ ad littora maris in fucis ejectis tantum.

Radix annua, caule subsolitario, pedali. Herba tota opaca subciliata lata. Flores aestivales inconspicui ob calycem virescentem et petala minuta pallide lutescentia. Siliquae pedicellis suis longiores, seminibus circiter 40 oppletae; stylo brevissimo.

746. NASTURTIUM *sylvestre:* siliquis linearibus planiusculis pedicello longioribus, petalis calyce majoribus, caulibus adscendentibus, foliis pinnatis: foliolis superiorum sublinearibus serratis. *Decand. syst.* 2. *p.* 190. *prodr.* 1. *p.* 137.
Sisymbrium sylvestre *Linn. svec. n.* 594. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 489. *Engl. Bot.* 35. *t.* 2324. *Rosén scan. p.* 31. *n.* 22.
Hab. in sabulosis subinundatis ad oras maritimas Scaniæ frequenter ex. gr. prope Malmö, Lund, inter Örtofta et Vidarp, Bahusiæ, Gotlandiæ; etiam ad ripas lacus Mälarn prope Skokloster, Kungsör, Stockholm etc.
Radix perennis repens. Planta tota angustior proximis, glaberrima, subnitida, paullo plus quam pedalis. Foliorum laciniae pleraeque caule angustiores. Flores saturatius flavi, magis serotini. Siliquae vix ante autumnum maturantur tam angustae ut non nisi una serie seminum circiter undecim in quoque loculamento, saepe quinque lineas longae, flexuosae; stylo brevissimo.

747. NASTURTIUM *anceps:* siliquis oblongis utrinque ancipitibus pedicello brevioribus, petalis calyce majoribus, caulibus subrepentibus, foliis pinnatifidis; auriculis amplexicaulibus glaberrimis. *Regensb. bot. Zeit.* 1822. *p.* 295. *Decand. prodr.* 1. *p.* 137.
Sisymbrium anceps *Wahlenb. ups. n.* 426. *Göttinger gel. Anz.* 1821. *p.* 1768.
Sisymbrium amphibium *γ* terrestre *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 917. *Flor. Dan.* 6. *t.* 984.
Hab. in ripis glareosis Upsaliæ, Scaniæ alibique cum proximis.
Radix perennis multicaulis. Planta longe minus angusta quam praecedens, tamen sine caule fistuloso ut insequens, nitida, glaberrima. Flores aestivales, fere toti vivide flavi. Siliquae duplici serie seminum circiter 10 in quoque loculamento praeditae, tribus lineis vix longiores; stylo elongato siliquis quadruplo breviore.

748. NASTURTIUM *amphibium:* siliquis subglobosis brevitate styli, petalis calyce majoribus, caulibus

inanibus, foliis summis exauriculatis incisis; infe rioribus submersis pectinatis: emersis lyratis. *De cand. syst.* 2. p. 196.

Sisymbrium amphibium *Linn. svec. n.* 593. *spec pl. ed. Willd.* 3. *p.* 491. *n.* 4. *β*, *Wahlenb. up n.* 425. *Engl. Bot.* 26. *t.* 1840.

Hab in fluviis limosis apricis regionum campestrium a Scania ad Uplandiam passim.

Radix perennis repens, autumno stolonifera foliis magni lyratis fere Raphani. Caules veri maxima parte submersi foliis tenuiter pectinatis fere Hottoniae praediti; superne e mersi eximie inflati saepe ultra digitum minimum crassi, fo liis solum e puncto egredientibus (nec ullo modo amplecten tibus). Flores media aestate toti vivide flavi. Siliquae bre vissimae inter affines, fere Myagri, semine cannabino mino res, longitudine circiter styli, sed pedicello quadruplo breviores.

272. SISYMBRIUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1089. (excl. præc. gen.) *Decand. syst.* 2. *p.* 458.

Calyx subpatens. Siliqua teretiuscula; stylo vix ullo. Semina una serie disposita; radicula dorsali. — *Herbæ radicibus annuis, foliis pinnatis pinnatifidisve, floribus minutis flavis, in spec. ultima albis.*

749. SISYMBRIUM *Irio*: siliquis filiformibus suberectis, foliis pinnatifido-hastatis dentatis cauleque glabriusculis. *Linn. svec. n.* 596. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 503. *Decand. syst.* 2. *p.* 467. *Jacqu. austr. t.* 322. *Wahlenb. ups. n.* 429. *Samz. neric. p.* 53.

Hab. juxta portas navium et in cultis ubi extranea semina sata fuerunt usque ad Nericiam et Uplandiam rarius, a longo tempore adventitium nec disparendum.

Planta saepe pedalis et ultra, laetius viridis. Foliorum lobus extimus interdum digitum latus. Flores pallidi demum albescunt. Siliquae longissimae omnium interdum biunciales, tenuitate omnino fili, directione satis vagae.

750. SISYMBRIUM *Sophia*: siliquis filiformibus adscendentibus, petalis calyce minoribus, foliis decomposito-pinnatis; pinnulis angustia petioli. *Linn. svec. n.* 595. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 500. *De-*

cand. syst. 2. *p.* 474. *prodr.* 1. *p.* 193. *Sv. Bot. t.* 203. *Flor. Dan. t.* 528. *Wahlenb. lapp. n.* 330.
Hab. in cultis, ruderatis, tectis Sveciæ vulgaris.

Planta demum tripedalis et ultra. Flores fere apetali et virescentes; staminibus exsertis. Corymbi fructiferi demum elongati caudam referunt. Siliquae unciam non longae, filo fere tenuiores, acredine non carentes, Svecis *Maskdóda* vel *Stillfrö*, etiam *Hund-dill.*

751. SISYMBRIUM *officinale*: siliquis subuliformibus rachi adpressis cauleque pubescentibus, foliis runcinatis. *Decand. syst.* 2. *p.* 459. *prodr.* 1. *p.* 191.
Erysimum officinale *Linn. svec. n.* 598. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 509. *Sv. Bot. t.* 158. *Flor. Dan. t.* 560. *Samz. neric. p.* 53.
Chamæplium officinale *Wallroth sched.* 1. *p.* 577.
Hab. in plateis et ruderatis provinciarum magis campestrium et littoralium a Scania ad Vestrogothiam, Nericiam et Uplandiam frequenter.

Planta praecipue superne pilosula ibique patenter ramosa, circiter bipedalis. Flores citrini serius aestivales. Corymbi toti angustissimi; siliquis vix semiunciam longis. Semina eximie aeria, unde Svecis *Vågsenap*, etiam *Dufvekål.*

752. SISYMBRIUM *supinum*: siliquis cylindricis axillaribus erectiusculis initio subsessilibus pilosiusculis, caulibus subretrorsum pilosis depressis, foliis sinuato-pinnatifidis. *Linn. faun. svec. app. p.* 557. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 494. *Decand. syst.* 2. *p.* 477. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 221. 243. *Ahlqu. runst. p.* 23. *Vet. Ac. Handl.* 1821. *p.* 300. 294.
Chamæplium supinum *Wallroth sched.* 1. *p.* 577.
Hab. locis subinundatis apricis supra petram calcaream formationis transitionis insularum Gotlandiæ et Oelandiæ frequenter.

Radix quamquam annua tamen multicaulis. Planta tota terrae adpressa. Caules proprii brevissimi, sed una cum rachide vel corymbo interdum pedem longi, crassiusculi. Folia radicalia digitum medium longa et plus quam unciam lata. Flores albi vix duas lineas longi, primum superne approximati, sed postea elongatur caulis vel potius rachis vel co-

rymbus et per totam longitudinem siliquas in axillis foli rum gerit. Itaque planta subacaulis dici potuisset et coryn bus foliosus. Siliquae fere unciam longae et pennam c lumbinam crassae, ob nervum valvularum subtetragonae.

273. ERYSIMUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1090. Decand. syst. 2 p. 490. Gartn. fr. 2. p. 297. t. 14

Calyx clausus; foliolis duobus oppositis gibbis ob gla dulas nectariferas Stigma incrassatum. Siliqua c lumnaris tetragona: dissepimento valvis navicularib contrario. Semina una serie disposita; radicula do sali. — *Herbæ foliis indivisis, floribus majorib luteis in prioribus, sed albis in ultima specie.*

753. ERYSIMUM *hieracifolium:* foliis lanceolatis ba attenuatis remotius serratis stellato-pubescentibu caule stricto angulato, siliquis pedicello sexies lon gioribus patentibus. *Linn. svec. n.* 602. *spec. p ed. Willd.* 3. *p.* 511. *Decand. syst.* 2. *p.* 497. *F Dan. t.* 229. *Wahlenb. lapp. n.* 333. *t.* 12. *f.* 1. (Ch alpinus). *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 151 *n.* 27. *Videgren österg. p.* 50.

β. siliquis erectis cauli adpressis crassioribus. Cheiranthus erysimoides *Linn. svec. n.* 603. *it. ve strog. p.* 160. *Aspegren bleking. p.* 50.

Hab. locis duris præcipue ruderatis prope aquas ma jores inprimis lacus maximos a Scania usque a Lapponiam passim; β versus mare occidentale Ba husiæ.

Radix bi-triennis, nodis totidem incrassatis saepe squamo sis. Caulis solitarius saepe quadripedalis simplex et tantu superne in corymbos nonnullos divisus. Flores vernales ma gnitudine sequentis. Siliquae inferiores plus quam biunciale

754. ERYSIMUM *cheiranthoides;* foliis lanceolatis sub dentatis stellato-pubescentibus, siliquis patulis pedi cello duplolongioribus. *Linn. svec. n.* 601. *spec. p ed. Willd.* 3. *p.* 511. *Decand. syst.* 2. *p.* 498. *prodr* 1. *p.* 198. *Jacqu. austr. t.* 23. *Fl. Dan. t.* 731 e 923. *Wahlenb. lapp. n.* 332.

β. nodosum: bienne. *Fries nov. p.* 117.

Hab. in agris totius Sveciæ frequenter; β Scaniæ meridionali-orientalis ad Gullerup paroeciæ Hörup districtus Ingelsta.

Radix annua attenuata. Caulis circiter sesquipedalis, ubique foliosus. Flores aestivales. Siliquae aequales vix uncialis longitudinis.

755. ERYSIMUM *Alliaria:* foliis cordatis, siliquis quadricostatis rigidis pedicello multoties longioribus. *Linn. svec. n.* 600. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 510. *Sv. Bot. t.* 208. *Flor. Dan.* 6. *t.* 935. *Samz. neric. p.* 53.
Alliaria officinalis *Decand. syst.* 2. *p.* 489. *prodr.* 1. *p.* 196.

Hab. ad sepes hortorum etc. Sveciæ temperatioris usque ad Nericiam meridionalem et Uplandiam passim.

Radix biennis. Herba laevissima, nitida, saepe tripedalis, odore Allii, etiam Svecis *Hvitlöksört.* Folia non raro palmam lata, sed anguste petiolata. Flores initio aestatis albi, majusculi. Pedicelli incrassati siliquis ipsis parum angustiores.

274. BRASSICA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1096. *Decand. syst.* 2. *p.* 582. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 295. *t.* 143.

Calyx connivens, basi gibbus ob glandulas. Siliqua turgida: dissepimento valvis gibbis contrario, in rostrum subulatum interdum monospermum prominente. Semina uniseriata, globosa; radicula in sinu cotyledonum conduplicatarum. — *Herbæ, radicibus plerumque biennibus, glaucescentes.*

756. BRASSICA *campestris:* radice cauleque tenui uniformi, foliis infimis petiolatis indivisis; caulinis cordatis sessilibus acuminatis. *Linn. svec. n.* 608. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 546. *it. vestgoth. p.* 91. *Rogberg smol. p.* 20. *Decand. syst.* 2. *p.* 588? *Flor. Dan. t.* 550. *Wahlenb. lapp. n.* 336. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 60.

Hab. inter segetem æstivum per plerasque provincias inprimis campestres occidentales usque ad Lapponiam frequenter.

Radix saepe annua. Planta bi- vel tripedalis gracilior ce-

teris, Svecis *Åkerkål.* Flores lutei insigniores. Siliqua reticulato-venosae, crassitie calami.

757. BRASSICA *Napus:* radice caulescente fusiformi, fo liis glaucescentibus: radicalibus lyratis; superioribu cordato-lanceolatis sessilibus, siliquis divergentibu *Linn. svec. n.* 609. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 54 *it. gotl. p.* 240. *Decand. syst.* 2. *p.* 592. *Engl. Bo* 30. *t.* 2146. *Aspegren bleking. p.* 50.

Hab. in Gotlandiæ orientalis agris maritimis præci pue paroeciæ Burs et När passim; in aliis oris e gr. Börstelæ in Roslagia magis adventitia.

Radix biennis pollice crassior Gotlandis *Åkerrofva.* Fol valde oleracea ut tota planta.

275. SINAPIS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1097. *Decand. syst.* 2. *p.* 607. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 299. *t.* 14

Calyx patentissimus ob glandulas. Siliqua inferne toru losa scabra; dissepimento supra valvulas prominent subcompresso. Semina uniseriata, globosa; radicul in sinu cotyledonum conduplicatarum. — *Herbæ ra dicibus annuis, Svecis Senap, sed contracte ve corrupte Semp, Simp. Flores lutei.*

758. SINAPIS *arvensis:* siliquis multangulis torulos rostro ancipiti triplo longioribus, caule foliisque p losis sublyratis. *Linn. svec. n.* 610. *spec. pl. e Willd.* 3. *p.* 554. *Decand. syst.* 2. *p.* 615. *Flo Dan. t.* 678. *Hartm. Vet Ac. Handl.* 1814. *p.* 10

Hab in agris et cultis plerarumque provinciarum e iam sylvestrium et montosarum usque ad Vermla diam et Norrlandiam nimium.

Herba tota scabra praecipue radicem versus, circiter bip dalis. Siliquae suboctangulae, crassitie pennae gallinacea uncialis longitudinis. Svecis *Åker-Senap.*

759. SINAPIS *nigra:* siliquis subtetragonis lævib stylo terminatis rachi adpressis, foliis infimis lyr tis; summis lanceolatis integerrimis petiolatis. *Lin svec. n.* 611. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 555. *it. go p.* 238. *scan. p.* 178. 295. *Decand. syst.* 2. *p.* 60 *Sv. Bot. t.* 83. *Fl. Dan. t.* 1582. *Leche scan. p.* 1

n. 51. *Retz. oec. p.* 680. *Fries halland. p.* 111. (*Wahlb. gothob. p.* 67).
Hab. in agris, ad domos, valles, rudera prope mare Gotlandiæ, Blekingiæ, Scaniæ, Hallandiæ ex. gr. ad Varberg, et Bahusiæ septentrionalis.
Planta glabra, foliis ramulorum pendulis, sed siliquis adpressis facile dignoscenda.

276. RAPHANUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1098. Decand. syst. 2. p. 662.

Calyx erectus, basi bigibbosus. Siliqua stylo subulato rostrata, evalvis, subbilocularis, articulata; articulis vel fungosis vel ligneis monospermis. Semina subglobosa; cotyledonibus circa radiculam conduplicatis. — *Herbæ acres, siliquis maximis.*

760. RAPHANUS *Raphanistrum:* siliquis moniliformibus striatis unilocularibus multiarticulatis stylo longioribus, foliis lyratis. *Linn. svec. n.* 612. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 560. *it. scan. p.* 110. 140. 162. 178. 295. *vestrog. p.* 69. 107. *gotl. p.* 258. *am. ac.* 6. *p.* 449. *tab.* — 8. *p.* 101. *Rogberg smol. p.* 20. *Decand. syst.* 2. *p.* 666. *Sv. Bot. t.* 623. *Fl. Dan. t.* 678. *Fries hall. p.* 111. *Wahlb. gothob. p.* 67.
Hab. in agris inter hordeum et Secale vernum inprimis Scaniæ sylvestris et Smolandiæ frequenter; per provincias magis occidentales ut Hallandiæ, Bahusiæ, Daliæ et Vermlandiæ inferioris passim; sed Gotlandiæ et Sudermanniæ rarius, forsan ibi magis adventitium.
Radix subbiennis, superne gibba vel tuberculosa, sapore Raphani, unde svecis *Åkerrättika.* Planta sesquipedalis altitudinis vel ultra, plus minus turgescens et glabra. Calyx hepatico-flavescens, et non nisi post florescentiam viridis. Petala semper lutea, etiamsi interdum pallida; venis hepaticis plus minus insignibus. Siliquae plus minus turgidae: articulis in varietate turgida ovalibus pennam anserinam crassis, in graciliore cylindricis penna columbina vix latioribus, svecis *Krampfrö.*

277. CRAMBE.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1071. Decand. syst. 2. p. 650. Gærtn. fr. 2. p. 292. t. 14

Calyx patens, basi subæqualis. Siliqua subbiarticulata articulo inferiore obsoleto pedicelliformi; superior maximo subgloboso evalvi demum monospermo. Semen globosum; cotyledonibus circa radiculam condu plicatis. — *Herbæ crassissimæ.*

761. CRAMBE *maritima:* siliculis muticis, foliis sub rotundis undulatis sinuatis dentatis glaucis caulequ glaberrimis. *Linn. svec. n.* 615. *spec. pl. ed. Will den.* 3. *p.* 418. *it. vestrog. p.* 189. *Decand. syst.* 2 *p.* 651. *Sv. Bot. t.* 495. *Flor. Dan. t.* 316. *Kaln bohusl. p.* 77. 93. 139. 138. 145. 162. *Vet. Ac. H* 1743. *p.* 109. *Wahlb. gothob. p.* 67. *Fries hal land. p.* 109. *Osbeck götheb. handl.* 4. *p.* 22. C. svecica *Miller.*

Hab. in insulis et littoribus extimis præcipue fuc obtectis oceani occidentalis Bahusiæ satis frequenter, Hallandiæ borealis inque Väderön meridionalis, et Scaniæ in angulo maxime septentrionali ad Toreko nec non Kulla-Gunnarstorp et ad Sandhammar (sed non ulterius orientem versus lecta).

Radix perennis, crassa. Planta tota crassissima hujus classis, sed tantum nonnullos pedes alta. Caules interdum digito validiores, adscendentes. Folia interdum fere pedem lata, crassa, oleracea, Svecis *Strandkål* dicta. Flores insolito patentes; petalis niveis, totis obovatis, fere quatuor lineas longis. Siliqua piso major quatuor lineas lata; semine in tota classe maximo pisiformi.

278. CAKILE.

Gærtn. fr. 2. p. 287. t. 141. Decand. syst. 2. p. 427. Buniadis sp. *Linn.*

Calyx basi bigibbosus. Siliqua biarticulata: articulo utroque uniloculari monospermo: basilari persistente terminali deciduuo subtetragono, suturis marginalibus obsoletis instructo. Semen oblongum; radicula marginali. — *Herba ramosissima.*

762. CAKILE *maritima:* silicularum articulis terminalibus attenuatis basilari duplolongioribus, foliis pin-

natifidis. *Linn. svec. n.* 613. (Bunias) *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 416. *it. scan. p.* 199. 291. 341. *gotl. p.* 301. *Decand. syst.* 2. *p.* 428. *prodr. syst.* 1. *p.* 185. *Sv. Bot. t.* 407. *Flor. Dan. t* 1168. *Wahlenb. lapp. n.* 323. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 69. *Wahlb. gothob. p.* 67. *Fries halland. p.* 109. *Lidbeck Vet. Ac. Handl.* 1795. *p.* 197.

β. foliis tantum sinuatis *Decand. l. c. Fries halland. p.* 109. *Flor. Dan. t.* 1583.

Hab. in littoribus magis salsis Fuco tectis oceani a Nordlandia Norvegiæ rarius per Bahusiam, Hallandiam et Scaniam usque ad Ystad frequenter; ulterius intra mare orientale Blekingiæ et rarius Gotlandiæ.

Radix annua. Caulis valde ramosus et divaricatus, vix pedem altus, basi lignescens. Folia apud nos plerumque profunde pinnatifida, laciniis vix caule latioribus. Flores rosei vel dilutissime violacei, aestivales. Siliqua fere unciam longa et tres lineas lata.

279. BUNIAS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1070. *Decand. syst.* 2. *p.* 670. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 289. *t.* 142.

Calyx patens. Siliqua irregularis drupacea non dehiscens: putamine bi-quadriloculari. Semina solitaria magna subglobosa cochleata; radicula extra cotyledones spirales. — *Herbæ majores, floribus flavis.*

763. BUNIAS *orientalis:* siliculis bilocularibus dispermis ovatis obliquis verrucosis, foliis inferioribus lyrato-runcinatis. *Linn. spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 412. *syst. ed. Houtt.* 8. *p.* 368. *t.* 60. *f.* 2. *Flor. Dan. t.* 1651. *Decand. syst.* 2. *p.* 672. *n.* 3. ε *Wahlenb. ups. n.* 440. *Retz. oec. p.* 133. *Aspegren bleking. p.* 108.

Hab. in agris provinciarum orientalium præcipue Uplandiæ frequenter; Scaniæ alibique parcius.

Radix perennis longe descendens, nonnullis svecice *Lång-rofva.* Herba magna saltem tripedalis, aliquantum cinerascens: pubescentia tenui. Folia radicalia interdum pedem longa. Panicula corymborum magna lutea aestivalis. Siliquae

magnitudine pisi minoris, loculis binis oblique supra se invicem positis, itaque rostello conico semper oblique introrsum verso.

280. ISATIS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1072. Juss. gen. p. 268. Gærtn. fr. 2. p. 294. t. 142.

Calyx patens. Siliqua oblonga compressa unilocularis monosperma subbivalvis; suturis obsoletis lateralibus valvulis navicularibus alatis. Semen oblongum; radicula laterali s. dorsali. — *Herbae foliis indivisis subintegerrimis, floribus flavis minutis.*

764. ISATIS *tinctoria:* siliculis coriaceis oblongis obtusis basi acutioribus latitudine triplo longioribus. *Linn. svec. n.* 614. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 420. *it. gotl. p.* 144. 216. 289. *Sv. Bot. t.* 35. *Gaertn. fruct.* 2. *p.* 294 *t.* 142. ob fig. fruct. convenientiss. *Retz. oec. p.* 331. (*Fries halland. p.* 157). *Ahlquist Vet. Ac. Handl.* 1821. *p.* 297. *Forsand. veg. scan. p.* 11. *Fuiren in cist. med. hafn. p.* 286. *Aspegren bleking. p.* 48.

Hab. in insulis et littoribus extimis maris orientalis inprimis Gotlandiæ et Oelandiæ exterioris passim, Blekingiæ rarius.

Radix biennis. Planta plerumque quadripedalis, valde glauca et apud nos glaberrima, etiam nomine *Weide* nota. Folia circiter digitum longa lataque; caulina basi sagittata, numerosa. Flores lutescentes aestivales. Siliquae semiunciam longae et duas lineas latae; semine tantum sesquilineam longo.

CLASSIS XVI.

MONADELPHIA.

CONSPECTUS.

1. ORD. DECANDRIA.

Stylus subulatus. Stigmata arillique seminum quinque. Calyx simplex 281. GERANIUM

2. ORD. POLYANDRIA.

Pistilla plurima. Calyx duplex: exterior triphyllus — — 282. MALVA

trifidus trilobusve 283. LAVATERA

ORD. 1. DECANDRIA.

281. GERANIUM.

Linn. gen. ed. Schr. 1118. Juss. gen. p. 298. Gærtn. fr. 1. p. 383. t. 791

Calyx pentaphyllus simplex. Corolla pentapetala, æqualis: petalis glandula interstinctis. Filamenta decem: alternis brevioribus interdum (in spec. ultimis) sterilibus. Semina quinque tecta arillis circa receptaculum rostratum positis, introrsum apertis, globosis, caudâ se revolventibus, — vel in spec. ultima (*Erodio*) spiraliter se contorquentibus, non dehiscentibus, obconicis. — *Ord. nat. inter* 32. *Gruinales et* 33. *Columniferas medium. — Herbæ foliis inferioribus alternis sed plerisque ad ramificationes oppositis, floribus rubicundis vel cærulescentibus,* 1) *pedunculis unifloris n.* 765. 2) *pedunculis bifloris* a) *foliis angulatis* *) *radice perenni* (*ut in præcedentibus*) *n.* 766-769. **) *radice annua* (*ut in sequentibus*) *n.* 770. 771. b) *foliis subrotundis* α) *calycibus dilatato-angulatis n.* 772. 777. β) *calycibus non angulatis n.* 773-776. 3) *pedunculis multifloris n.* 778.

765. GERANIUM *sangvineum:* pedunculis unifloris, caule hirto, foliis orbiculatis septempartitis trifidis, calycibus aristatis, petalis emarginatis. *Linn. svec. n.* 616. *spec. pl. ed. Willden.* 3. p. 697. *Decand. prodr. nat.* 1. p. 639. *Flor. Dan.* 7. t. 1107. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1809. p. 219. — 1811. p. 33.

magnitudine pisi minoris, loculis binis oblique supra se invicem positis, itaque rostello conico semper oblique introrsum verso.

280. ISATIS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1072. Juss. gen. p. 268. *Gærtn. fr. 2. p. 294. t. 142.*

Calyx patens. Siliqua oblonga compressa unilocularis monosperma subbivalvis; suturis obsoletis lateralibus; valvulis navicularibus alatis. Semen oblongum; radicula laterali s. dorsali. — *Herbae foliis indivisis subintegerrimis, floribus flavis minutis.*

764. ISATIS *tinctoria:* siliculis coriaceis oblongis obtusis basi acutioribus latitudine triplo longioribus. *Linn. svec. n.* 614. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 420. *it. gotl. p.* 144. 216. 289. *Sv. Bot. t.* 35. *Gaertn. fruct.* 2. *p.* 294 *t.* 142. ob fig. fruct. convenientiss. *Retz. oec. p.* 331. (*Fries halland. p.* 157). *Ahlquist Vet. Ac. Handl.* 1821. *p.* 297. *Forsand. veg. scan. p.* 11. *Fuiren in cist. med. hafn. p.* 286. *Aspegren bleking. p.* 48.

Hab. in insulis et littoribus extimis maris orientalis inprimis Gotlandiæ et Oelandiæ exterioris passim, Blekingiæ rarius.

Radix biennis. Planta plerumque quadripedalis, valde glauca et apud nos glaberrima, etiam nomine *Weide* nota. Folia circiter digitum longa lataque; caulina basi sagittata, numerosa. Flores lutescentes aestivales. Siliquae semiunciam longae et duas lineas latae; semine tantum sesquilineam longo.

CLASSIS XVI.

MONADELPHIA.

CONSPECTUS.

1. ORD. DECANDRIA.

ylus subulatus. Stigmata arilLique seminum quinque. Calyx simplex 281. GERANIUM

2. ORD. POLYANDRIA.

istilla plurima. Calyx duplex: exterior triphyllus - - 282. MALVA
trifidus trilobusve 283. LAVATERA

ORD. 1. DECANDRIA.

281. GERANIUM.

Linn. gen. ed. Schr. 1118. Juss. gen. p 298. Gærtn. fr. 1. p. 383. t. 791

alyx pentaphyllus simplex. Corolla pentapetala, æqualis: petalis glandula interstinctis. Filamenta decem: alternis brevioribus interdum (in spec. ultimis) sterilibus. Semina quinque tecta arillis circa receptaculum rostratum positis, introrsum apertis, globosis, caudâ se revolventibus, — vel in spec. ultima (*Erodio*) spiraliter se contorquentibus, non dehiscentibus, obconicis. — *Ord. nat. inter* 32. *Gruinales et* 33. *Columniferas medium. — Herbæ foliis inferioribus alternis sed plerisque ad ramificationes oppositis, floribus rubicundis vel cærulescentibus,* 1) *pedunculis unifloris n.* 765. 2) *pedunculis bifloris* a) *foliis angulatis* *) *radice perenni* (*ut in præcedentibus*) *n.* 766-769. **) *radice annua* (*ut in sequentibus*) *n.* 770. 771. b) *foliis subrotundis* α) *calycibus dilatato-angulatis n.* 772. 777. β) *calycibus non angulatis n.* 773-776. 3) *pedunculis multifloris n.* 778.

5. GERANIUM *sangvineum:* pedunculis unifloris, caule hirto, foliis orbiculatis septempartitis trifidis, calycibus aristatis, petalis emarginatis. *Linn. svec. n.* 616. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 697. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 639. *Flor. Dan.* 7. *t.* 1107. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 219. — 1811. *p.* 33.

Hab. in petris calcareis adjacentibusque pratis nec no locis littoralibus provinciarum meridionalium fr quentissime usque ad Vestrogothiam; ceterum saxis rupibusque aridis passim usque ad Vermlai diam et Medelpadiam.

Radix perennis, dura. Planta fere tota praecipue autu num versus sangvinea, unde nomen. Foliorum laciniae su lineares. Pedunculi foliis pluries longiores, in medio br cteati: floribus pollice latioribus, sub solstitio et postea e mie purpureis.

766. GERANIUM *phæum:* pedunculis bifloris solitar oppositifoliis, caule hirto erecto, calycibus apicul tis, petalis subreflexis undulatis basi pilosulis. *Lin spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 699. *Decand. prodr. n* 1. *p.* 641. *Flor. Dan. t.* 987. *Retz. diss. obs. b p.* 22. *oec. p.* 286.

Hab. in lucis amoenissimis Scaniæ prope Söderås ad Norra-Wram raro.

Radix perennis fere ut in sequente, cui proxime affin Caules plures circiter sesquipedales. Folia in caule fere se silia; stipulis obtusiusculis. Pedunculi una cum caule stric vix uncia longiores. Petala calyce dimidium tantum longi ra, ovalia, basi fulvescentia, ceterum saturate violaceo-fus

767. GERANIUM *palustre:* pedunculis bifloris solit riis longissimis cauleque geniculato declinato, fol quinquefidis dentatis, calycibus cuspidatis, peta integris. *Linn. spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 703. *D cand. prodr. nat.* 1. 642. *Flor. Dan. t.* 596. *Re diss. obs. bot. p.* 22. *oec. p.* 286. *Wahlb. goth. p.*

Hab. in pratis subhumidis sylvaticis vel occultis Sc niæ occidentalis copiosius, ut ad Norra Wram c præcedente, ad Fogelsång, Kropp etc.; sed rarius rientem versus ad Christianstad, ut etiam Goth burgi ad Lunnagården prope montem in prato Br ängen paroeciæ Fässberg.

Radix perennis, subhorizontalis; radiculis fusiformib Caules saepe bipedales hirti; geniculis tumidulis. Folia iam ad pedunculos petiolata; stipulis omnibus et brac longius acuminatis aristatisque. Pedunculi palmam longi

ltra. Petala calyce duplo longiora, oblonga, sangvinea, sub senisecio expansa. Arilli tenuiter hirtelli.

68. GERANIUM *pratense*: pedunculis bifloris cauleque superne subpaniculato, foliis subpeltatis quinquepartitis pinnatifido-laciniatis acutis rugosis, calycibus cuspidatis demum nutantibus, corollis rotatis rotundatis. *Linn. svec. n.* 618. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 705. *amoen. ac.* 8. *p.* 41. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 641. *Fl. Dan. t.* 124. (G. sylvaticum). (*Fries halland. p.* 113.) *Wahlb. gothob. p.* 69. *Carls. strengn. p.* 40. *Wahlenb. ups. n.* 442.

Hab. in pratis siccis apricis regionum magis campestrium Sveciæ temperatioris passim, ut Scaniæ frequentius, Bahusiæ vix nisi ad mare et Göthaelf, Ostrogothiæ raro ex. gr. ad Godegårdsbruk, Sudermanniæ prope Strengnäs et Åkerö, Upsaliæ satis copiose.

Radix perennis, torulosa. Herba breviter puberula. Folia fere ad basin partita. Pedunculi e dichotomia caulis long, pedicellis brevioribus demum curvatis et fructubus crassioribus huic speciei prae ceteris conciliant nomen Svecicum Tranehals vel *Storknäf*. Flores post solstitium caerulei.

69. GERANIUM *sylvaticum*: pedunculis bifloris cauleque superne paniculato, foliis subpeltatis multifidis inciso-serratis, calycibus cuspidatis erectis, corollis campanulatis emarginatis. *Linn. svec. n.* 617. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 703. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 641. *Engl. Bot. t.* 121. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 99. *Wahlenb. lapp. n.* 337.

β. fastigiatum: caule hispido, petalis subintegris sangvineis. *Fries nov. p.* 92.

Hab. in pratis sylvaticis totius Sveciæ vix alpibus quidem exceptis frequentissime; β. Scaniæ.

Radix perennis, minus crassa. Herba viridior, gracilior am praecedentis; foliis minus divisis. Pedunculi communes eviores, sed pedicelli longiores semper erecti. Flores sub lstitio obvii Svecis septentrionalibus *Midsommarsblomster Persmässeblommor*, minores, plerumque dilutius violacei.

0. GERANIUM *bohemicum*: pedunculis bifloris di-

vergentibus, foliis quinquefidis dentatis omnibus p tiolatis, calycibus erectis: cuspide barbata petala marginata subæquante. *Linn. spec. pl. ed. Wil* 3. *p.* 708. *mant. p.* 434. *Dillen. elth.* 159. *t.* 1; *f.* 160. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 644. *Videgr österg. p.* 28. *Zetterstedt res.* 1. *p.* 11. *Wahle ups. n.* 444

Hab. locis deustis sylvarum majorum Sveciæ temp ratioris interioris præcipue Smolandiæ, Ostr gothiæ, ad Omberg, Vestmanniæ ad Salber Stockholmiæ, Upsaliæ; denique ad mare o entale prope exitum fluminis Ångermanån e tra Nora (*Læstadius*): semper parce.

Radix omnino annua ut sequentium, fili tenuitatis. Ca lis vero inferne et ad genicula intumescens, inter pilos lo giores nudos glanduloso-pubescens. Folia fere dimidiata. Fl res minores quam in praecedente post solstitium prodeunt lilacini obscurioris coloris; sed fructus eo majores, calycib valde grandefactis. Forsan tantum status annuus praecedenti

771. GERANIUM *robertianum:* pedunculis bifloris, fo liis ternatis quinatisve pinnatifidis, petalis integr calyce decemangulato aristato duplolongioribus, a rillis glabris reticulatis. *Linn. svec. n.* 619. *spe pl. ed. Willden.* 3. *p.* 714. *Decand. prodr. nat. p.* 464. *Flor. Dan. t.* 694. *Wahlenb. Vet. A Handl.* 1809. *p.* 219.

β. purpureum: petalis calyce parum longioribu *Fries halländ. p.* 113. *nov. p.* 11. *Willden. spe pl. p.* 715.

Hab. in rupibus, petris, lapidosis umbrosis a Scan ad Vermlandiam, Dalecarliam mediam et Ange manniam prope Bjerträ frequens; *β* in mariti Hallandiæ borealis ex. gr. inter Backa et Åsa.

Planta tota tactu valde foetet, eximie rubet, pilis tam albis longis. Folia in lacinias linea vix latiores divisa. P tala angusta, rosea, aestivalia.

772. GERANIUM *lucidum:* pedunculis bifloris, foli suborbiculatis quinquelobis crenatis, calycibus dil tato-angulatis transversim rugosis, arillis multicar

natis. *Linn. svec. n.* 620. *spec. pl. ed Willd.* 3. *p.* 709. *it. oel. p.* 72. *gotl. p.* 228. *scan. p.* 129. *vestrog. p.* 213. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 664. *Sv. Bot. t.* 556. *Fl. Dan. t.* 218. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 60. *Ahlquist runst. p.* 24. *Leche scan. p.* 26. *n.* 38. *Wahlb. gothob. p.* 70. *Forsand. veg. scan. p.* 14.

Hab. ad petræ calcareæ abrupta latera prope oram orientalem Gotlandiæ et Oelandiæ frequenter, deinde ad eandem oram Scaniæ in Stenshufvud etc., in monte Trollarestugan paroeciæ Glimåkra; postea vero non antequam in Bahusia meridionali ejusque insula Fillskär; ceterum in interioribus regni vix nisi ad lacus summos, ut Venern ad Hunneberg in paroecia Flo, Vettern in Omberg ad s d. Ommasborg copiose, Mälarn ad Stockholm etc.

Caulis plerumque ramosus vix pedem altus, ob succositatem fragilior quam sequentium. Folia vix unciam lata, quamquam pilis magis adspersa, tamen nitentia et saepe ut praecedentis sangvinea, tuncque eo magis lucida (unde nomen speciei). Calyx circiter duas lineas latus. Petala vero dilute rosea inconspicua, vix semilinea latiora.

75. GERANIUM *rotundifolium:* pedunculis bifloris, caule prostrato pubescente, foliis reniformi-subrotundis subseptemfidis lobisque trifidis, petalis apice retusis longitudine calycis mutici, arillis pubescentibus seminibusque lævibus. *Linn. svec. n.* 621. *it. scan. p.* 202. *amoen. ac.* 8. *p.* 41. 101. *Wahlenb. ups. n.* 449. *Aspegren bleking. p.* 51.

G. pusillum *Smith brit.* 2. *p.* 736. *Engl. Bot.* 6. *t.* 385. *Willden. spec. pl.* 3. *p.* 713. *Fries halland. p.* 113. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 643.

β. grandiflorum: G. pyrenaicum Svec. (nec Wahlenb. veg. helv. n. 711.)

Hab. in cultis, ad vias, sepes, rudera a Scania ad Bahusiam, Vermlandiam inferiorem, Dalecarliam usque ad Leksand et Gestriciam ubique; β. raro Stockholmiæ ad Mariæberg.

Caules plures, adscendentes. Folia pleraque omnino orbicularia. Pedicelli brevissime glanduloso-pubescentes. Flores minimi; petalis dilute violaceis; staminibus quinque sterili-

bus. Calyx etiam fructiferus tantum sesquilineam longus; ro strum fructus quinquelineare. — β Status subperennans, pe talis majoribus, esse videtur. Semina ut in α oblonga.

774. GERANIUM *malvaceum*: pedunculis bifloris, caul adscendente puberulo, foliis reniformibus septemlo bis crenatisque, petalis integris calyce aristato lon gioribus, arillis pilosiusculis, seminibus scrobicu latis. *Burman. geran. p.* 24. *Fries nov. p.* 11; G. rotundifolium *Smith brit.* 2. *p.* 736. *Engl. Bo t.* 157.

Hab. tantum in aggeribus pagorum Scaniæ occidental mediæ prope Höje-å circa Lund, ut ad Råby, Källb et Kyrkeheddinge raro, nec omni anno appariturun

Planta major quasi Malvam (rotundifoliam) referen unde nomen. Caulis ramosus tenuiter puberulus. Folia tan tum semiorbicularia, in caule majora quam praecedenti saepius bis unciam lata, minus profunde divisa vel ad me dium tantum. Fructificationis partes praecipue majores: ca lyx sesquitertiam lineam longus et petala sesquiquartam, pal lide rubicunda. Fructus rostrum octo lineas longum. Se men quoque duplo majus quam in proximis, magis ovale.

775. GERANIUM *molle*: pedunculis bifloris oppositifo liis cauleque diffuso arachnoideo-pilosis, foliis sub reniformibus multifidis, petalis bifidis calyce mutic duplolongioribus, arillis glabris rugosis, seminibu lævibus. *Linn. svec. n.* 624. *spec. pl. ed. Willd. p.* 710. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 643. *Flor. Da t.* 679. *Sv. Bot. t.* 639. *Leche scan. p.* 13. *n.* 5 *Aspegren blek. p.* 51. *Rosén Nov. Act. Ups. VII p.* 222. 244. *Ahlquist runst. p.* 24. *Fries hallan p.* 113. *Wahlb. gothob. p* 69.

Hab. in aggeribus, ruderatis aliisque locis apricis si cis provinciarum littoralium meridionalium, ut Sc niæ passim ex. gr. ad Ystad, Malmö, Yngsjö, Bal berg, Lund, Blekingiæ, Gotlandiæ in Carl öarna etc., Oelandiæ passim, etiam in adjacen Skäggenäs, Hallandiæ ad Halmstad, Bahusi in insula Domsö; raro Roslagiæ ad Vätö.

Caules fere filiformes, flexiles, longitudine plerumque sp

thamaei, pubem arachnoideam ipsorum diametro multoties longiorem gerens ut et reliqua planta. Folia fere ut in G. rotundifolio, sed vix unciam lata. Petala in maritimis Scaniae rosea, alibi dilutius violacea, calyce multum longiora, sed reliquae partes fructificationis vix majores quam in G. rotundifolio. Arilli pulchre transversim rugosi.

776. GERANIUM *dissectum:* pedunculis bifloris, foliis subrotundis quinquepartitis: laciniis trifidis linearibus, petalis emarginatis longitudine calycis cuspidati pubescentis, fructibus villosulis. *Linn. svec.* n. 622. *spec. pl. ed. Willden.* 3. p. 712. *Decand. prodr. nat.* 1. p. 643. *Flor. Dan.* t. 936. *Retz. oec.* p. 285. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. p. 60. *Fries halland.* p. 112. *Wahlb. gothob.* p. 69. *Videgren østerg.* p. 28. *Carls. strengn.* p. 41.

Hab. in arvis ad sepes provinciarum meridionalium et littoralium passim, ut Scaniæ, Gotlandiæ, Hallandiæ meridionalis et prope Götheborg; Ostrogothiæ in Ö. Ryd, (Strengnesiæ forsan adventitium).

Caules protensi, saepe plus quam pedales, ut reliqua planta undique cinerascenti-puberuli. Foliorum laciniae linea vix latiores. Pedunculus communis uncia brevior et petioli dimidiam longitudinem tantum emetiens. Petala saturatius violacea, tres lineas longa.

777. GERANIUM *columbinum:* pedunculis bifloris longissimis, foliis quinquepartitis (: laciniis) multifidis linearibus acutis; infimis subrotundis; superioribus angulatis, petalis emarginatis longitudine calycis dilatato-angulati glabri, fructibus glabris. *Linn. svec.* n. 623. *spec. pl. ed. Willden.* 3. p. 711. *Decand. prodr. nat.* 1. p. 643. *Flor. Dan.* t. 1221. *Leche scan.* p. 13. n. 52. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806 p. 60.

Hab. ad arva prataque inter frutices minores per regiones maxime campestres australiores supra formationem transitionis Scaniæ, Gotlandiæ, Ostrogothiæ passim ex. gr. ad Alvastra alibique prope Omberg, ad Hagbytorp paroeciæ Hagbyhöga,

Vestrogothiæ in Kinnekulle ad Mörkeklef Brattfors etc.

Planta tota glabrior quam praecedentis, etiam valde pro tensa praecipue florescentia sua. Folia fere eadem, sed in plures lacinias divisa Svecice prae ceteris *Dufvefot.* Pedunculus communis semper petiolo suo multum longior; pedicellis fere ejusdem longitudinis. Calyx demum plus quam quatuor lineas longus cum petalis dilutioribus.

778. GERANIUM *cicutarium:* pedunculis multifloris, foliis pinnatis; foliolis pinnatifidis incisis subsessilibus, petalis calyce majoribus. *Linn. svec. n.* 625. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 629. (Erodium). *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 646. *Flor. Dan. t.* 986. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1811. *p* 26.

β. pimpinellifolium: contractius, foliolis sessilibus, petalis minoribus. *Fries halland. p.* 112.

Hab. in cultis, ad vias, a Scania ad Vermlandiam et Medelpadiam ex. gr. in Sundsvall frequenter; *β* in maritimis Oelandiæ, Scaniæ, Hallandiæ ad Varberg etc.

Planta magnitudine valde varians, semper patenter pilosa. Foliorum laciniae vix linea latiores. Flores purpurei, usque in autumnum provenientes. Arilli obconici asperuli. Rostra fructus parallela Scanis *Kammar* in similitudinem Pecten-veneris.

ORD. 2. POLYANDRIA.

282. MALVA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1134. Juss. gen. p. 302. Gærtn. fr. 2, p. 254. t. 136.

Calyx exterior triphyllus: foliolis sublinearibus, interdum minutis; interior quinquefidus. Petala quinque. Semina plura, tecta arillis in orbem circa receptaculum columnare positis, introrsum adnatis. — *Ord nat.* 53. *Columniferæ.* — *Herbæ floribus sæpe axillaribus;* 1) *Malvæ p. s. d. arillis compaginatis receptaculo longioribus, intra calycem patulum* (*Svecis Kattost*), *foliis indivisis n.* 779. 780. 2) *Alceæ: arillis liberis, receptaculo brevioribus, intra calycem clausum, foliis plerisque partitis n.* 781. 782.

779. MALVA *rotundifolia:* caule prostrato, foliis suborbiculatis indivisis crenatis glabris, pedunculis fructiferis declinatis calycibusque stellato-ciliatis, corollis fructu minoribus. *Linn. svec. n.* 626. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 786. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 432. *Wallroth in Syll. p.* 142. *Sv. Bot. t.* 142. *Samz. neric. p.* 42. *Wahlenb. ups. n.* 449. *Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 218. — 1811. *p.* 26.

M. rotundifolia β pusilla *Smith fl. brit. p.* 741. *compend.* 1818. *p.* 105. *Hornem. plant.* 3. *p.* 742.

β. grandior: foliis subquinquelobis, corollis calyce triplolongioribus, arillis lævioribus numerosioribus. *Flor. Dan. t.* 721.

M. rotundifolia α *Smith. l. c. Wahlb. gothob. p.* 71.

M. neglecta *Wallroth in Syllog. pl. ratisb. p.* 140.

* foliis incanis. M. rotundifolia β pelargonifolia *Aspegren bleking. p.* 51.

Hab. ad plateas, vias, in regionibus magis campestribus a Scania ad Vermlandiam inferiorem, Nericiam, Vestmanniam ex. gr. prope Broddbo et Gestriciam frequenter, dein raro Medelpadiæ ad Tuna; β in ruderatis urbium majorum ut Stockholmiæ et Gothoburgi, nec non deinde in maritimis provinciarum australiorum passim præcipue formationum juniorum usque ad Oelandiam et Gotlandiam.

Radix annua multicaulis; caulibus vagis gracilibus, demum ramosis, eximie angulatis. Folia quoque tenuia. Corolla prorsus alba. Arilli circiter decem eximie rugosi. — β ob solum marinum obesior, minus angulata et flexa, corolla duplo majore non parum rubicunda, fructu patentiore; arillis lævioribus (etiam ob pubescentiam obtegentem), numerosioribus, circiter tredecim. — Svecis *Liten Kattost.*

780. MALVA *sylvestris:* caule erecto, foliis suborbiculatis septemlobis; lobis supremorum acutis, pedunculis petiolisque pilosis. *Linn. svec. n.* 627. *spec. pl. ed. Willd* 3. *p.* 787. *it. scan. p.* 115. 198. 295. *gotl. p.* 250. 257. *vestrog. p.* 159. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 432. *Sv. Bot. t.* 602. *Flor. Dan. t.* 1223. *Leche scan. p.* 26. *n.* 39. *Aspegren blek. p.* 52. *Fries hall. p.* 115. *Wahlb. gothob. p.* 71.

Hab. in vallis, ad sepes, agros, ruderata regionum maritimarum australiorum, ut Scaniæ frequenter, Blekingiæ ad Carlskrona, Norje etc., Gotlandiæ maxime meridionalis copiose; sed Hallandiæ tantum in ruderibus ad Varberg et Bahusiæ solummodo ad Bohus fästning et Götheborg.

Radix biennis. Caulis medius erectus, saepe tripedalis; reliqui adscendentes. Folia inferiora suborbiculata leviter septemloba; superiora saepius quinqueloba, vix ad medium divisa. Pedunculi longitudine valde inaequales, plerumque unciales, successive aestate florentes. Petala calyce triplo longiora, purpurea, striis tribus saturatioribus, Svecis *Röd Kattost.* Arilli maxime rugosi, fere suberosi.

781. MALVA *Alcea:* foliis caulinis quinquepartitis laciniatisque scabriusculis, arillis glabris. *Linn. svec. n.* 628. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 790. *it. oel. p.* 158. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 432. *Sv. Bot. t.* 601. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 222. *Ahlquist runst. p.* 24. *Vet. Ac. Handl.* 1821. *p.* 300. *Leche scan. p.* 26. *n.* 40.

Hab. in clivosis lapidosis dumetorum vel etiam ad agros et sepes supra formationem transitionis provinciarum orientali-meridionalium, ut Gotlandiæ ad Quie in paroecia Heide et ad Hafdhem, Oelandiæ passim ad Runsten, Glöminge, Räplinge etc. Scaniæ interioris clivosæ ad Fogelsång copiose, Harlösa, Öfvedskloster etc.

Radix perennis. Planta pubescentia brevi adpressa non parum canescens. Foliorum saltem superiorum laciniae caule vix latiores. Petala calyce quadruplo longiora, dilutius rosea, striis saturatioribus, Svecis *Blek-kattost.*

782. MALVA *moschata:* foliis inferioribus reniformibus incisis; superioribus quinquepartitis pinnatifidisque, caule arillisque hirtis. *Linn. svec. n.* 629. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 790. (*it. vestrog. p.* 267. adventitia). *Decand prodr. nat.* 1. *p.* 432. *Flor. Dan. t.* 905. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 222. *Retz. oec. p.* 440. *Kalm bohusl. p.* 134. *Wahlb. gothob. p.* 71.

Hab. ad culta et ruderata prope oras maritimas Got-

landiæ, Gubernationis Calmariensis ad Loftahammar supra Vestervik, Scaniæ, Bahusiæ in insula Lögholmen paroeciæ Tanum raro.

Radix perennis. Planta plerumque minor praecedente, pilis patentibus adspersa et viridior, odorem moschi spargens, unde etiam Svecis *Desmerosor*. Corollae aliquantum minores quam in praecedente, saepius albissimae.

283. LAVATERA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1133. Juss. gen. p. 302. Gærtn. fr. 2. p. 256. t. 136.

Calyx exterior monophyllus trilobus latus; interior quinquefidus. Petala quinque. Semina plura tecta arillis in orbem circa receptaculum columnare positis, introrsum adnatis, sed a se invicem liberis (ut in sectione secunda præc. generis). — *Herbæ majores grandifloræ.* — *Ord. nat.* 53. *Columniferæ.*

785. LAVATERA *thuringiaca*: caule herbaceo subtomentoso, foliis inferioribus subrotundis; supremis trilobis: lobo intermedio longiore crenato, petalis calyce triplolongioribus *Linn. faun. svec. app. p.* 558. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 795. *Decand. prodr.* 1. *p.* 439. *Jacqu. austr. t.* 311. *Wahlenb. ups. p.* 235. *Fischerström mål. p.* 287.

Hab. in pratis ad pagos juxta lacum Mälaren ad Vårdsätra, Ekebyhof insulæ Ekerö, Kungsberg et Hesselbyholm ultra Strengnäs, etc. copiose.

Radix perennis, fere lignosa. Caulis circiter quadripedalis. Folia pleraque palmam lata, subtus tomento tenui cinerascentia. Flores magnitudine fere praecedentium, post messem explicati, dilute caerulescentes. Arilli laevissimi.

CLASSIS XVII.

DIADELPHIA.

CONSPECTUS.

1. ORD. HEXANDRIA.

Filamenta duo trifida. Corolla calcarata. Siliqua monosperma 284. FUMARIA
polysperma 285. CORYDALIS

2, ORD. OCTANDRIA.

Calyx pentaphyllus: foliolis duobus alæformibus - - 286. POLYGALA

3. ORD. DECANDRIA. PAPILIONACEÆ s. LEGUMINOSÆ.

A. Monadelphia spuria i. e. Filamenta omnia basi connexa.

Legumen elongatum polysp. Calyc. labium sup. emarginatum 287. SPARTIUM
bidentatum 288. GENISTA
abbreviatum seminibus paucis. Calyx constrictus - 289. ONONIS
ventricosus 290. ANTHYLLIS

B. Diadelphia optima: stamine decimo libero.

a. Stigma saepius pubescens. (Folia semper sine impari, saepius sc. 293-295. cirrhifera).

Stylus teretiusculus. (Folia sine cirrho subnervosa) - - 291. OROBUS
superne latior ibique introrsum villosus. (Foliola pauca subnervosa) 293. LATHYRUS
triangulus. (Stipulæ fere magnitudine foliolorum) - 292. PISUM
linearis utrinque villosus. (Foliola numerosa venosa) - 294. VICIA
filiformis superne undiq. villosulus. Legumen 2-4 sperm. 295. ERVUM

b. Stigma glabrum. (Folia cum impari).

† *Legumen divisum. (Folia pinnata)*

Legumen articulatum - - - - - - - - - - - - 296. CORONILLA
Leg. longitudinaliter divisum sutura superiore depressa - 297. PHACA
semibiloculare ob suturam inf. elevatam 298. ASTRAGALUS

†† *Legumen continuum. (Folia ternata)*

Legumen submonosp. non dehiscens, tectum corolla calyceve 299. TRIFOLIUM
dehiscens nudum - - - - - 300. MELILOTUS
polyspermum rectum. Carinæ rostrum stamina includens 301. LOTUS
curvatum initio carinam findens vexillumque reflectens 302. MEDICAGO

ORD. 1. HEXANDRIA.

284. FUMARIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1154. partim. *Decand. syst. 2. p. 130. Gærtn. fr. 2. p. 162. t. 115.*

Calyx minimus diphyllus. Petala quatuor in formam crucis superne conniventia, inæqualia: supremo basi calcarato; infimo demum a reliquis discedente subfiliformi. Stylus filiformis deciduus. Silicula nucularis evalvis monosperma subglobosa. — *Plantae annuae tenerae; foliolis angustis.* — *Ord. nat.* 24. *Rhoeadeæ.*

784. FUMARIA *officinalis:* siliculis reniformibus apice retusis, racemis subsessilibus multifloris folio longioribus, foliis supradecompositis rectis: foliolis obtusatis; lobis linearibus caule angustioribus. *Linn. svec. n.* 630. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 868. *Decand. syst.* 2. *p.* 134. *Sv. Bot. t.* 42. *Flor. Dan.* 6. *t.* 940. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 106.

Hab. in agris et cultis Sveciæ omnis usque ad Vermlandiam et Dalecarliam superiorem nec non Vestrobottniam meridionalem ex. gr. ad Säfvar ubique; etiam ad Åsele Lapponiæ meridionalis.

Herba laxa, saepe glaucescens, americans, Svecis *Jordrök, Åkerrök, Gallgräs*, Blekingis minus apte *Åkersilke.* Racemi interdum vigintiflori et longitudine digiti minoris; corollis totis tres lineas longis, purpurascentibus, apice atropurpureis. Siliculae ultra lineam latae.

785. FUMARIA *parviflora:* siliculis orbiculatis apiculatis. racemis paucifloris folio brevioribus, foliis supradecompositis: petiolis cirrhoso-convolutis; foliolis acutis; lobis linearibus. *Willden. spec. pl.* 3. *p.* 868. *Decand. syst. nat.* 2. *p.* 136. *prodr.* 1. *p.* 130. *Sv. Bot. t.* 574. *Wahlenb. ups. n.* 453.

Hab. in agris margaceis campestribus circa Upsala frequenter.

Planta tota tenerior et pallidior quam praecedens, sed interdum longior et foliis contortis magis scandens. Racemus vix plus quam decemflorus; floribus angustioribus, dilutioribus, apice tantum purpureis. Siliculae quoque linea angustiores.

285. CORYDALIS.

Decand. syst. 2. *p.* 113. Capnoides *Gærtn. fr.* 2. *p.* 163. *t.* 115.
Fumariæ spec. *Linn.*

Calyx nullus. Petala quatuor in formam crucis superne conniventia, inæqualia: supremo basi calcarato; infimo latiore basi gibbo. Stylus acuminatus persistens. Siliqua bivalvis polysperma lanceolata. Semina aterrima nitidissima. — *Herbae radicibus perennibus tuberosis; foliolis latioribus.* — *Ord. nat.* 24. *Rhoeadeae.*

786. CORYDALIS *cava:* radice cava, caule exsquamato simplici diphyllo, foliis biternatis: foliolo intermedio producto inciso-multifido acuto, bracteis oblongis acutis. *Wahlenb. carp. n.* 696. *Fries halland. p.* 114. *nov. p.* 11. *Ahlquist Vet. Ac Handl.* 1821. *p.* 287. 305.
C. tuberosa *Decand. syst.* 2. *p.* 117.
Fumaria bulbosa γ *Linn. svec. n.* 631. *Flor. Dan. t.* 605. *Leche scan. p* 13. *n.* 54.
Hab. inter frutices pratorum declivium Scaniæ ad Fogelsång, Roslätt, Blentarp in Lillevång, ad Hallandsås etc. passim, et Oelandiæ mediæ ad Tveta et Kåtorp paroeciæ Thorslunda, ad Spjuterum in Runsten rarius.
Radicis tuber pollicem crassum, intus praecipue cavitatem versus flavescentis coloris et amari saporis, unde Aristolochia fabacea Off. Herba quoque major sequentibus, saepe pedalis et ultra. Folia in medio producta ad pinnatam formam non parum accedunt, ceterum quoque majora quam in sequente. Flores etiam majores, fere unciam longi, calcari praecipue longiore et magis curvo insignes, primo vere florentes colore saepius albo.

787. CORYDALIS *bulbosa:* radice tuberosa solida, caule ramulum ad squamam supraradicalem emittente, foliis biternatis: foliolis æqualibus integris obtusis, corollæ calcari recto, bracteis cuneiformibus. *Decand. fl. franc. n.* 4099. *Wahlenb. ups. n.* 451.
α. major: bracteis palmatis. *Nov Act. Ups. VIII. p.* 222. Fumaria bulbosa α *Linn. svec. n.* 631. *Sv. Bot. t.* 531. *Flor. Dan. t.* 1224.
C. bulbosa *Decand. syst.* 2. *p.* 119. *prodr.* 1. *p.* 127.
Fumaria Halleri *Willd. spec. pl.* 3. *p.* 863.
* intermedia: bracteis crenatis. *Aspegr. blek. p* 52.
β minor: bracteis indivisis. Fumaria bulbosa β *Linn. l. c. Sv. Bot. t.* 15. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1394. *Wahlenb. lapp. n.* 339. (Coryd.) *Fries halland. p.* 114.
C. fabacea *Decand. syst.* 2. *p.* 118. *Wahlb. goth. p.* 71.
Hab. in nemoribus declivibus: α ad plagam maxime orientalem regni a Gotlandia ad Uplandiam præcipue maritimam frequenter; * ad Carlskrona; β per

maximam partem Sveciæ reliquæ magis occidentalis a Blekingia et Scania ad Bahusiam, Vestrogothiam, Nericiam et Uplandiam interiorem frequens; sed dein vix nisi prope mare septentrionale Nordlandiæ passim.

Radicis tuber magnitudine circiter nucis Avellanae, in centro omnino solidum et album, potius dulcescens quam amaricans, (nec Arist. fabaceam Off. suppetiens, unde nomen var. minoris male desumtum). Herba quo minor eo etiam magis glaucescens vel potius caesia (sub glaucescentia obscure viridis). Folia radiis aequalis longitudinis strictius ternata quam in praecedente. Bracteae ob eandem analogiam sursum latiores, quo majores eo magis fissae in maritimis etc., quo minores eo magis integerrimae in montanis etiam summis. Flores iidem fere semper rubicundo-violacei, vix semiuncia longiores, primo vere prodeuntes. — Nericiis *Nunneórt.*

ORD. 2. OCTANDRIA.

286. POLYGALA.

Lin. gen. ed Schr. n. 1155. Decand. fl. fr. 3. p. 455. Gærtn. fr. 1. p. 294. t. 62

Calyx pentaphyllus, persistens: foliolis duobus interioribus majoribus primum coloratis, demum virescentibus grandefactis capsulam alarum instar amplectentibus. Corolla tubo supra fisso inferne staminifero: limbo trifido; labio infimo antheras includente, superne cristato (vel in spec. extr. imberbi). Capsula obcordata, bilocularis; loculamentis monospermis. — *Herbae radice perenni, foliis indivisis subintegerrimis alternis, flore (Svecis Korsblomma) et capsula Ord. nat. 22. Personatis similes, sed seminibus potius Tricoccarum.*

788. POLYGALA *vulgaris:* floribus cristatis racemosis, alis calycinis corollam subexcedentibus demum capsula sessili obovata longioribus, foliis inferioribus lanceolatis acutis. *Linn. svec. n.* 652. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 873. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 324. *Flor. Dan. t.* 516.

Hab. in pascuis et pratis siccioribus fere totius Sveciæ scil. a Scania ad Vermlandiam superiorem et Norrlandiam frequenter.

Radix multicaulis; caulibus inferne simplicissimis. Herb facie omnino Lini, unde Svecis *J. Mariae Lin s. Hör* plerumque spithamaea. Flores praecipue initio aestatis ex plicati, caerulescentes vel rubicundi. Alae fructus major quam in sequentibus, saepe tres lineas longae.

789. POLYGALA *comosa:* floribus cristatis dense ra cemosis, alis calycinis corollam subæquantibus de mum capsula sessili suborbiculata brevioribus, folii lineari-lanceolatis, radice cæspitosa. *Schkuhr.* — *Reichenb.* — *Fries nov. part. VIII. ined.*
P. major *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 168. *oec. p.* 529.
Hab. in locis maxime apricis calidis Scaniæ ad Rå by paroeciæ Ifvetofta (*Fries*), ad Ekeröd (supr Höör? vel in Färshärad?) (*Retzius*).

Radice et herba praecedenti similior, sed fructu sequent proxima. Utraque multo major utpote saepe pedalis, imm etiam magis multiflora et angustifolia, ut non possit non di stincta tractari inter species tam multas affines. Radix inter dum pennam gallinaceam crassa; caulibus saepe decem in caespitem insignem collectis. Folia inferiora vix ulla vel minuta, quo vero superiora eo longiora et numerosiora, cum ramulo uno alterove folioso sub racemo unde nomen. Racemus saepe ultra 40 floribus et capsulis onustus. Alae fructus vix duabus lineis longiores. Flores plerumque violacei.

790. POLYGALA *amara:* floribus cristatis racemosis, alis calycinis corollam subæquantibus demum cap sula sessili suborbiculata brevioribus, foliis infimis obovatis obtusis, radice subrepente. *Linn. spec. ed.* 2. *p.* 987. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 325. *Retz. oec. p.* 528. *Sv. Bot. t.* 484. *Flor. Dan. t.* 1169. *Ahlquist runst. p* 24. *Carls. strengn. p.* 41?
P. austriaca *Crantz austr. p.* 439. *t.* 2. *f.* 4.
β. alpestris: major, floribus majoribus coloratioribus. P. amara *Jacqu. austr. t.* 412. *Videgren österg. p.* 30. *Web. et Mohr reis. p.* 95. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 92. 99. — 1818. *p.* 136.

Hab. in littoribus maris et adjacentibus petris ad in sulas orasque orientales regni ab Oelandia et Got landia ad Gestriciam frequenter; *β* in formationibus

transitionis altioribus ut Vestrogothiæ in strato calcareo montis Mösseberg etc., Ostrogothiæ in Omberg frequentissime et exinde per paludes ad Vadstena, Järsta, Linköping etc. Dalecarliæ ad Boda et Osmundsberg copiose, Jemtlandiæ ad Storsjön et inde usque ad alpes frequenter.

Radix multo tenuior quam in praecedentibus vix filo crassior, subrepens vel potius iterum iterumque in caules vagos sursum divisa. Folia ad has divisiones obovata, saepe lineas quatuor lata. Caules supra divisiones dictas radicales superne semper simplicissimi (nec ramulis ullis sub racemo ut in praecedentibus), vix plus quam digitum longi. Racemus circiter vigintiflorus; floribus praecipue in *β* saturate caeruleis, sed alae fructus mature virescunt et lineas duas vix longae evadunt.

ORD. 3. DECANDRIA.

287. SPARTIUM.

Linn gen. ed. Schr. n. 1166. Gærtn. fr. 2. p. 338. t. 153. Genistæ sp. *Juss.*

Calyx divergenter bilabiatus: labio superiore apice emarginato. inferiore brevissime tridentato. Petala laxa: vexillum stylo deorsum reflexum: alæ carinaque deorsum filamentis adnatæ, genitalia emittentes. Legumen polyspermum. Semina hilo carunculato. — *Frutex floribus magnis.*

791. SPARTIUM *scoparium:* foliis ternatis oblongis, floribus axillaribus solitariis, legumine marginibus pilosis, ramis angulatis. *Linn. svec. n.* 633. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 933. *it. scan. p.* 272. 352. *Sv. Bot. t.* 421. *Flor. Dan. t.* 313. *Leche scan. p.* 14. *n* 59. *Vet Ac. Handl.* 1744 *p.* 277. *Retz. oec. p.* 695. *Montin Vet. Ac. Handl* 1766. *p.* 241. *Osbeck ibid.* 1765. *p.* 232 *Wahlb. gothob. p.* 72. *Fries phys. sällsk. årsb.* 1823. *p* 87.

Hab. in arenosis glareosisve editioribus inter frutices vel ad sepes prope aquas majores regionum sublittoralium Scaniæ passim, ex. gr ad Gualöf, prope Ifvetofta aliisque locis (jurisdictionis Willandshärad)

extra Christianstad, ad Söfdesjön, ad Höja et Skillinge prope Rönneå versus Engelholm alibique; Hallandiæ maxime septentrionalis ad Gåsevadsholm, et Bahusiæ meridionalis ad Krogslätt et Gunnebo, inter Götheborg et Elfsborg passim; (dein Vestrogothiæ in insula Veneri et Smolandiæ potius sporadicum).

Frutex circiter bipedalis, virgatus, Svecis *Hare-ris*, aliis *Knegel*; ramis junioribus eximie quadrangulis. Folia caulina infra et juxta pedunculos ternata: foliolis ungve non longioribus; sed ramorum summorum omnino simplicia et sessilia. Pedunculi foliis demum aliquantum longiores. Flores ex maximis nostrarum fere longitudine unciae, lutei, spectabiles, solstitiales. Legumen sesquiunciam longum, digitum minorem latum.

288. GENISTA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1167. Gærtn. fr. 2. p. 329. t. 151.

Calyx superne grosse bidentatus, inferne in labium apice tridentatum productus. Petala laxa a se invicem divergentia, emissis genitalibus interjectis. Legumen polyspermum. Semina hilo carunculato. — *Fruticuli floribus leguminibusque minoribus, foliis simplicibus.*

792 GENISTA *tinctoria:* foliis lanceolatis demum glabriusculis, ramis suberectis teretiusculis, leguminibus axillaribus glaberrimis. *Linn. svec. n.* 634. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 939. *Sv. Bot. t.* 451. *Fl. Dan. t.* 526. *Leche scan. p.* 15. *n.* 60. *Vet. Ac. Handl.* 1744. *p.* 277. *Retz. oec. p.* 282. *Fries halland. p.* 115. *Montin Vet. Ac. H.* 1766. *p.* 242.

Hab. locis clivosis siccioribus (Scaniæ jurisdictionis Albo: *Leche*), Hallandiæ meridionalis ad Halmstad præcipue prope Hyltehög et Räfhög, ad Slottsmöllan sive Marieberg; ceterum non nisi ad oram orientalem lacûs Venern Vestrogothiæ inter Börstorp et Slättervalla, ad Roxtorp aliisque locis paroeciæ Lyrestad, nec non in monticulo paroeciæ Malma versus Hunneberg.

Fruticulus apud nos ramulis tantum annotinis spithamaeis inter Ericam et Juniperum eminens. Folia fere unciam

longa, saepe tenuissime hirtella. Flores semiunciam longi, sed angusti, flavi. Legumina foliis parum longiora et latiora.

793. GENISTA *pilosa:* foliis subcuneiformibus, caule procumbente, floribus axillaribus brevissime pedicellatis leguminibusque pilosis. *Linn. svec. n.* 635. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 941. *Jacqu. austr. t.* 208. *Flor. Dan. t.* 1225. *Montin Vet. Ac. Handl.* 1766. *p.* 242. *Fries halland. p.* 115. *Retz. Vet. Ac. Handl.* 1769. *p.* 247.

Hab in collibus ericetorum arenosis Hallandiæ meridionalis præcipue inter flumina Nissa et Laga frequentissime, adscendens versus Smolandiam ad Draered et supra Nissam septentrionem versus rarius; infra Lagam versus Hasslöfså copiosius, ut etiam Scaniæ occidentali-septentrionalis interioris a Ljungby et Örkelljunga usque ad Hörja et Finja copiose.

Fruticulus saepe pedem unum alterumve longus et digitum minorem crassus, valde torulosus, ramosissimus. Folia minuta vix tribus lineis longiora, subconduplicata. Flores foliis sesquilongiores, flavi, ad solstitum explicati et demum autumno. Legumina foliis triplo longiora.

794. GENISTA *germanica:* foliis lanceolatis hirsutis, ramis floriferis erectis inermibus; caulinis spinis compositis axillaribus, floribus ramosis nudis terminalibus; carina pubescente, leguminibus rhomboidalibus hirsutis. *Linn. spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 944. *Sv. Bot. t.* 547. *Montin gôtheb. handl.* 4. *p.* 22. *Fries halland. p.* 115.

Hab. in ericetis clivosis arenosis ad flumen Nissa inter ejus trajectum versus Enslöf (Enslöfs färgställe) et pagum Fostad paroeciæ Vapnö Hallandiæ meridionalis copiose.

Fruticulus pedalis, scoparius, ex axillis demum post annum spinosus. Folia et flores fere ut in *G. tinctoria*, sed legumina foliis duplo breviora et latiora.

289. ONONIS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1173. *Juss. gen. p.* 391. *Gaertn. fr.* 2. *p.* 345. *t.* 154.

Calyx quinquepartitus: laciniis linearibus assurgentibus.

Vexillum petalis ceteris duplo majus, striatum. Legumen turgidum, rhombeum, inter lacinias calycinas ipsum æquantes: seminibus circiter quatuor in medio latere. — *Suffrutices vel herbae radice perenni, foliis ternatis, stipulis magnis petiolo adnatis.*

795. ONONIS *spinosa:* floribus solitariis racemosis bracteas excedentibus, foliis inferioribus ternatis stipula majoribus, caule frutescente: ramulis spinescentibus. *Linn. svec. n.* 657. *s. spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 989. *it. gotl. p.* 292. *scan. p.* 152. 178. *Sv. Bot. t* 245. *Flor. Dan. t.* 783. *Leche scan. p.* 14. *n.* 56. *Retz. oec. p.* 471. *Ahlquist runst. p.* 24. *Fries halland. p.* 116. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 123. *Aspegren bleking. p.* 52.

Hab. in agris et arvis provinciarum littoralium australiorum, ut Gotlandiæ, Oelandiæ et Scaniæ finitimæque Blekingiæ frequentissime, ad vias Hallandiæ parcius, Roslagiæ raro usque ad flumen Dalecarlicum.

Suffrutex depressus ramulis spinescentibus undique armatus, aratro molestus, unde Scanis *Puktörne*, Blekingis *Ljungpinnar*, aliis *Lievarg*, *Vargbasse.* Rami ex topho radicali spinoso demum prodeunt angusti et virgati, non nisi foliolis sparsis et floribus minoribus solitariis rubicundis praediti, fere glabri. Legumina quoque minora quam in sequente.

796. ONONIS *arvensis:* floribus geminatis axillaribus, foliis ternatis: foliolis oblongis serrulatis postice integerrimis, caule herbaceo subsimplici inermi villoso. *Linn. svec. ed.* 1. *n.* 622. *it. vestrog. p.* 25. 39. 84. 135. 162. *Flor. Dan. t.* 1584. *Retz. obs. bot.* 2. *p.* 21. *Kalm bohusl. p.* 68. 75. 82. 124. *Wahlenb. ups. n.* 456. *Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 217.

Hab. ad agros et arva in provinciis australioribus, sed magis septentrionem versus non nisi in pratis subhumidis juxta lacus majores usque ad Bahusiam, Vestrogothiam præcipue ad montes transitionis, Kinnekulle etc. et Uplandiam circa lacum Mälaren ex. gr. ad Skokloster copiose.

Radix omnino crassa et valida, forsan etiam qualitatibus

valentior, unde Svecice *Stallört*, *Horsagräs*. Herba ipsa longe magis foliosa et grandiflora quam praecedens; floribus pulchre ex roseo et albo variegatis, Svecis *Råfblommor*. Sic forma nostra pratensis longe a praecedentis spinosissimo statu distat, sed numne formis intermediis connectuntur vel cui hae formae propiores dubium videtur.

290. ANTHYLLIS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1174. Juss. gen. p. 391.

Calyx ventricosus, quinquedentatus. Vexillum petalis ceteris duplo majus, non striatum. Legumen intra calycis ventrem inclusum eoque duplo minus et cum eodem decidens, monospermum (vel in exteris biarticulatum). — *Herbae foliis utplurimum pinnatis cum impari, (sine stipulis,) floribus capitatis.*

797. ANTHYLLIS *Vulneraria:* foliis pinnatis: foliolo terminali infimorum majore, capitulo duplicato, calycis dentibus obtusiusculis. *Linn. svec. n.* 638. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1013. *it. vestrog. p.* 23. 39. 74. 90. *Sv. Bot.* 595. *Flor. Dan.* 6. *t.* 988. *Wahlenb. lapp. n.* 340. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 99. — 1818. *p.* 123. *Samz. neric. p.* 55. *Kalm bohusl. p.* 124. 129.

β. coccinea: foliolis magis æqualibus. *Linn. it. oel. p.* 54. 71. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 222. *et* 245.

Hab. in pratis apricis siccis regionum campestrium a Scania ad Vestrogothiam, Nericiam et Uplandiam frequenter; dein vix nisi in petris calcareis aliisque locis calidis Dalecarliæ ad Gerseby, Jemtlandiæ copiose et Lapponiæ infimæ raro. β in calcareis nudis alpestribus Oelandiæ et Gotlandiæ passim.

Radix eximie perennis. Caules plures, fere decumbentes, plerumque simplices, vix pedales. Folia praecipue subtus pilis adpressis primum sericea: foliolo terminali in inferioribus multo majore. Capitula terminalia multiflora fere pollicem lata; bracteis palmatis; Svecis *Råfklor*, *Örnblomster*. vel post calyces maturos vesiculaeformes villosos *Harvåpling*. Corolla flava a solstitio ad messem obvia. — β Quo humilior eo magis singularis foliolis omnibus fere aequalibus; floribus rubicundis.

291. OROBUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1185. Juss. gen. p. 397.

Calyx basi gibbosus, tubulosus, quinquedentatus; dentibus duobus superioribus brevioribus. Stylus linearis, teretiusculus, introrsum villosulus. Legumen teretiusculum, polyspermum. — *Herbæ radice perenni subrepente, foliis pinnatis; petiolo abrupto (sine foliolo et cirrho).*

798. OROBUS *vernus;* caule simplici triquetro, foliis trijugis; foliolis ovatis acuminatis mucronatis, stipulis semisagittatis integerrimis. *Linn. svec. n.* 641. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1073. *Flor. Dan. t.* 1226. *Sv. Bot. t.* 640. *Samz. neric. p.* 55. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 219. *Bjerkand. ib.* 1776. *p.* 81. *Hagström jemtl. p.* 149.

Hab. in lucis ad radices rupium a Scania per plures provincias frequenter usque ad Vermlandiam, Dalecarliam prope Boda et Osmundsberg et Angermanniam, ubi denique ad Bjertrå rarescit; desistit quoque versus mare imprimis occidentale, nisi in montibus transitionis Vestrogothiæ eorumque strato lapidis suilli.

Herba primo vere proveniens, tota laete virens, nitidissima, circiter sesquipedalis. Foliola etiam majora quam in sequentibus, plerumque bis unciam longa. Flores mense frondescentiae splendide purpurei, demum magis caerulescentes.

799. OROBUS *niger;* caule ramoso ancipiti (sine alis), foliis sejugis; foliolis ovato-oblongis. *Linn. svec. n.* 643. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1076. *it. vestrog. p.* 313. *Fl. Dan. t.* 1170. *Bjerkand. Vet. Ac. Handl.* 1776. *p.* 81. *Hartm. ib.* 1818. *p.* 123. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 223.

Hab. in lucis rupestribus præcipue regionum interiorum et orientalium a Scania ad Vestrogothiam et Uplandiam passim; rarescit in orientali Gotlandia; desideratur omnino in maxime occidentalibus.

Radix dulcescens fere ut Liquiritia herbam promit exsiccatione nigrescentem (unde nomen), sed vivam glaucescen-

tem, affinium altissimam (tripedalem) et ramosissimam Svecis *Vippärter*. Racemi paullo ante solstitium florentes; petalis subcarneis.

800. OROBUS *tuberosus:* caule subsimplici alato, foliis subquadrijugis: foliolis lanceolatis, stipulis semisagittatis medio denticulatis. *Linn. svec. n.* 642. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1074. *Flor. Dan. t.* 781. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 35.

β. tenuifolius: foliolis sublinearibus. *Willd. l. c. Fries halland. p.* 116.

Hab. in pratis et pascuis etiam sylvaticis per maximam partem Sveciæ frequenter, usque ad Angermanniam meridionalem prope Bjerträ lectus; β. in pinetis sabulosis Smolandiæ.

Radix hinc inde in tubera oblonga intumescens. Herba glauca sine nitore, laxa, plerumque pedalis. Flores toto vere obvii, primum rubicundi, dein sordide caerulescentes, Svecis *Gubbtånder*, rarius *Gökmat*.

292. PISUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1184. *Juss. gen. p.* 397. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 331. *t.* 152.

Calyx quinquefidus: laciniis superioribus duabus brevioribus. Vexillum amplissimum obcordatum. Stylus triangulus, supra carinatus ibique pubescens. Legumen polyspermum. Semina globosa; hilo lineari. — *Stipulæ fere magnitudine foliolorum numerosorum.*

801. PISUM *maritimum:* petiolis cauleque triangularibus, stipulis sagittatis, pedunculis multifloris. *Linn. svec. n.* 640 *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1071. *it. vestrog. p.* 190. *Flor. Dan. t.* 338. *Wahlenb. lapp. n.* 346. *Kalm bohusl. p.* 133. 144. 162. *Vet. Ac. Handl.* 1745. *p.* 110. *Wahlb. gothob. p.* 72. *Montin Vet. Ac. Handl.* 1766. *p.* 242. *Osbeck götheb. handl.* 4. *p.* 23.

β. minus, pubescens.

Hab. in insulis et littoribus exterioribus arenosis marium frigidiorum, ut ad mare septentrionale Finmarkiæ et Nordlandiæ Norvegicæ passim, ad occidentale Bahusiæ interdum copiose et Hallandiæ ma-

xime septentrionalis, ad sinum Bottenviken proprie dictum maris orientalis omnium frequentissime, meridionalius vero raro ad Landsort Sudermanniæ. et Scaniæ ad Ystad extra Nybrohusen copiose lectum.
Radix perennis, repens. Caulis eximie geniculatus, pedem longus vel paullo ultra. Folia palma longiora, circiter quinquejuga; foliolis ovalibus, crassiusculis, subglaucescentibus. Pedunculi longitudine foliorum. Flores aestivales, spectabiles; vexillo latitudine foliolorum vel semiunciam lato, violaceo; alis carinaque dilutius caerulescentibus. Legumina juniora quoque subviolacea. Semina bis lineam lata. — In maxime septentrionalibus et sterilissimis folia valde angusta pubescentia totaque planta gracilis.

293. LATHYRUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1186. *Juss. gen. p.* 396. *Gaertn. fr.* 2. *p.* 330. *t.* 152.

Calyx quinquedentatus; dentibus duobus superioribus brevioribus. Stylus superne latior ibique introrsum villosus. Legumen elongatum, polyspermum. — *Herbae Svecis Vial s. Vedel, radice perenni subrepente, petiolo cirrhifero diphyllo tetraphyllove, foliolis subnervosis, pedunculis multifloris.*

802. LATHYRUS *pratensis:* petiolis diphyllis: foliolis lanceolatis acutis, stipulis lanceolatis sagittatis. *Linn. svec. n.* 647. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1089 *Sv. Bot. t.* 49. *Flor. Dan. t.* 527. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 99. *Wahlenb. lapp. n.* 342.
Hab. in pratis et sepibus per longe maximam partem Sveciæ usque ad Arnäs Angermanniæ et Jemtlandiam frequenter; Nordlandiæ meridionalis rarius.
Herba laete virens, tenuior sequentibus, Nericiis *Gråflingshö.* Foliola subtrinervia, stipulis parum latiora. Flores circa foenisecium flavi, avenes.

803. LATHYRUS *sylvestris:* petiolis omnibus diphyllis caule tetragono alato angustioribus: foliolis subensiformibus, stipulis caule angustioribus sagittatis. *Linn. svec. n.* 644. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1089. *it. scan. p.* 251. (L. latifolius). *oel. p.* 131. *Flor. Dan. t.* 325. *Samz. neric. p.* 55. *Rosén obs. bot. p.* 35, *n.* 24. *Carls. strengn. p.* 42.

β. platyphyllos: foliolis oblongis. *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 170. *Fl. Dan. t.* 785. *Fries hall. p.* 117. L. latifolius *Linn. svec. ed.* 1. *n.* 1139. *ed.* 2. *n.* 645. secundum locum. *Sv. Bot. t.* 254. cult.?

Hab. in pratis et pascuis sylvestribus rupestribusque duris regionum magis montosarum et frigidiorum a Scania ad Bahusiam, Vestrogothiam (ex. gr. ad Hunneberg), Nericiam et Uplandiam (ex. gr. ad Andersby prope Dannemorasjön), Oelandiam et Gotlandiam passim, raro ad flumen Angermannicum in Döraberget par. Y. Länäs; β. in insulis Bahusiæ ex. gr. Musö paroeciæ Tanum, Vinga extra Götheborg, Hallandiæ ad Karup, Scaniæ ad Skabersjö.

Caulis plantae primariae cum alis vix tres lineas latus. Foliola protensa, cirrhis longiora. Flores minores quam sequentis minusque pulchre colorati. Legumina tantum uncias duas longa. — β Foliola non tantum latiora verum etiam interdum numerosiora, ut difficillime a sequente distingvatur.

804. LATHYRUS *heterophyllus:* petiolis superioribus tetraphyllis; inferioribus latitudine caulis membranacei: foliolis lanceolato-ellipticis, stipulis sagittatis caule latioribus longitudine petiolorum inferiorum. *Linn. svec. n.* 6+6. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1090. *it. vestrog. p.* 75. *Bjerkand. Vet. Ac. H.* 1776. *p.* 81. *Kalm bohusl. p.* 35.

Hab. in pratis campestribus supra petram calcaream vel lapidem suillum formationis transitionis provinciarum interiorum ut: Vestrogothiæ ad Ålleberg, Mösseberg, Billingen, Kinnekulle etc. frequentissime; nec non Nericiæ in Hökerkulla äng paroeciæ Tysslinge.

Planta tota magis explanata, membranacea et lata praecipue quod ad caulem et stipulas quam praecedentis speciei. Caulis eximie compressus, valde flexilis et decumbens una cum alis suis saepe quinque lineas latus. Stipulae foliolis parum angustioribus, semiunciam latae. Foliola latitudine magis variabilia, subreflexa cirrho breviora. Pedunculi interdum fere pedem longi; floribus numerosis; vexillo purpurascente duas tertias unciae lato; carina dilutiore. Legumina quoque majora, plus quam tres uncias longa.

805. LATHYRUS *palustris:* petiolis subhexaphyllis foliolis lanceolatis acutis, stipulis sagittatis lanceolatis, caule alato. *Linn. svec. n.* 648. *spec. pl.* *Willd.* 3. *p.* 1090. *Flor. Dan. t.* 399. *Retz. di obs. bot.* 1. *p.* 23. *Samz. neric. p.* 55. *Zetterste res.* 2. *p.* 208.
Hab. in pratis humidis provinciarum magis orienta um et campestrium a Vestrogothia (Kinnekulle) Scaniam. Gotlandiam, Oelandiam, Upsaliam imm etiam Vestrobottniam maritimam ex. gr. Skelleft passim, (ad Kiexisvaara Tornensium: *Zettersted*
Herba tota obscure viridis. Stipulae caule undique ang stiores. Folia non nisi in medio caule trijuga: foliolis sul linearibus. Flores ad foenisecium, petalis exterioribus ol scure violaceis, avenibus.

294. VICIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1187. *Juss. gen. p.* 397. *Gartn. fr.* 2. *p.* 325. *t.* 151.

Calyx quinquedentatus; dentibus inferioribus elongatis Stylus linearis superne introrsum extrorsumque vil losus (except. n. 809.). Legumen elongatum, poly spermum (sed in eodem n. 809. subdispermum). – *Herbæ petiolo cirrhifero plerumque polyphyllo: fo liolis venosis; pedunculis* 1) *multifloris* a) *corolla lu tescente n.* 806. 807. b) *cærulescente in ceteris* 2) *paucifloris uniflorisve n.* 812-814.

806. VICIA *pisiformis:* pedunculis multifloris, petioli polyphyllis: foliolis deltoideo-ovatis; infimis in cau le sessilibus stipulas hastatas dentatas tegentibus *Linn. spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1093. *Jacqu. aust t.* 364. *Sv. Bot. t.* 608. *Retz scand. ed.* 2. *p.* 171 *Vidgren österg. p.* 17. 30. 548.
Hab. in Ostrogothia orientali-meridionali raro, u in paroecia Tjärsta ad lacum Jernlunden paullo su pra exitum fluvii Hallsta-å in latere montis Lilla Borgberget s. Friberget prati Klefängen inter lapi des parcius, in monticulo inter Borkhultsbruk e Yxnerum (*Rosén*), ad Åtvedabergsbruk; nec no Vestrogothiæ in latere meridionali montis Hunne berg supra diversorium Bursle parce (*L. B. Wrangel*,

Radix perennis, repens. Herba longe maxima hujus generis re vera pisiformis, fere erecta et per se stabilis, circiter orgyalis. Caules subtetragoni. Stipulae utrinque acuminatae, extus passim dentatae. Folia circiter quinquejuga; foliolis infimis unciam latis, reliquis decrescentibus, apice subemarginatis. Pedunculi demum longitudine petiolorum. Flores numerosissimi, foliolis mediis duplobreviores, initio subvirentes, dein pallidi, demum marcescendo lutescentes, sine striis ullis.

807. VICIA *dumetorum:* pedunculis paucifloris, petiolis polyphyllis: foliolis subovatis mucronatis; infimis cauli approximatis, stipulis angulato-dentatis. *Linn. svec. n.* 649. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1095. *Fl. Dan. t.* 1464. *Leche scan. p.* 14. *n.* 57. *Retz. diss. obs. bot. p.* 23. *oec. p.* 768. *Montin Vet. Ac. Handl.* 1766. *p.* 242. *Fries halland. p.* 117. *phys. sällsk. årsb.* 1823. *p.* 90.

Hab. in dumetis monticulorum exterioris Scaniæ raro, ut ad Öfvedskloster, Kadesjö et Krageholmsjö (olim), jam vero ad Stenbyhällar paroeciæ Benestad reperta a Cel. *Fries*; Hallandiæ ad diversorium Vrearp et Halmstad (olim saltem).

Radix perennis. Caulis orgyalis longitudinis. Foliola vix dimidio pollice latiora, laetius viridia. Pedunculi elongati, sed vix plusquam sex floribus pallidis. Legumina longiora quam in praecedente; seminibus circiter sex.

808. VICIA *sylvatica:* pedunculis multifloris longioribus petiolo polyphyllo: foliolis ellipticis, stipulis lunatis setaceo-dentatis. *Linn. svec. n.* 650. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1095. *Sv. Bot. t.* 136. *Flor. Dan. t.* 277. *Hisinger herjed. p.* 51. *Wahlenb. lapp n.* 343.

Hab. in lucis ad montium radices per plerasque provincias a Scania ad Vermlandiam, Dalecarliam supremam, Herjedaliam et Angermanniam meridionalem passim; dein vix nisi trans alpes in Nordlandia Norvegiæ rarius.

Radix perennis. Caules valde scandentes usque ad orgyalem longitudinem, Svecis *Skogsvicker.* Folia circiter octo-

juga; foliolis ovato-ellipticis vix lineas tres latis. Flores pra cipue sub solstitio obvii, majores quam in proximis, alb vexillo eleganter picto striis caeruleis.

809. VICIA *cassubica:* pedunculis multifloris breviori bus petiolo polyphyllo: foliolis oblongis obtusis u trinque pubescentibus, stipulis sagittatis integerri mis lanceolatis, stylo glaberrimo, legumine subd spermo. *Linn. svec. n.* 653. *spec. pl. ed. Willd.* *p.* 1096. *Fl. Dan. t.* 1395. *Jacqu. austr. t.* 229. (V Gerardi). *Rosén obs. bot. p.* 36. *Retz. oec. p.* 76 *diss. obs. bot. p.* 23. *Fries hall. p.* 117. *Wahl gothob. p.* 73. *Videgren österg. p.* 30.

Hab. in dumetis et lucis arenosis quousque Fagus exsta ut Scaniæ et Blekingiæ frequenter, Hallar diæ meridionalis infra Halmstad, et Smolandi infra Vexiö nec non Calmariensis Gubernation australis (excepta Oelandia) non rara; sed dein vi nisi Ostrogothiæ rarius in Gäddersta äng prop Söderköping, in Borgberget paroecia Tjärsta, i prato Vada ad Oppeby, in Svinsta, in Fagerviksän prope Bråviken; tandem ad Götheborg parce.

Radix perennis, repens. Caulis per se satis stans, pedei unum vel alterum altus, pubescens. Folia circiter duodecim juga: foliolis subcontiguis ovato-oblongis subemarginatis. Flo res rubicundo-violacei, sub foenisecio legendi. Legumin rhomboidalia, semiuncia parum longiora.

810. VICIA *Cracca:* pedunculis multifloris demum lon gioribus petiolo polyphyllo: foliolis lanceolatis, sti pulis sagittatis lineari-subulatis integerrimis, denti bus calycinis subulatis. *Linn. svec. n.* 652. *α. β. spec pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1098. *Fl. Dan. t.* 804. *Hartm Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 136. *Wahlenb. lapp. n.* 34

β. tenuifolia: foliis linearibus. *Roth . . . Frie nov. p.* 36. 93. *halland. p.* 118.

Hab. in pratis et ad agros fere totius Sveciæ, alpibu et sylvaticis summis Lapponiæ tantum exceptis frequenter; *β.* in arvis arenosis Scaniæ orientalis Oelandiæ etc.

Radix in *α* non parum perennans, sed in *β* omnino annu

erba tota plerumque pilis brevibus adpressis non parum iescens, Svecis *Fogelvicker*. Folia circiter octojuga. Flo:s post solstitium ex violaceo-caerulescentes.

11. VICIA *villosa:* pedunculis multifloris demum longioribus petiolo polyphyllo: foliolis ovato-oblongis villosis, stipulis sagittatis lanceolatis subintegerrimis, dentibus calycinis setaceis ciliatis. *Willden. spec. pl.* 3. *p*, 1098. *Wahlenb. ups. n.* 464.
V. Cracca segetum *Linn. svec. n.* 652. γ. δ. *Sv. Bot. t.* 166.
Hab. in agris inter secale usque ad Uplandiam frequenter; dein passim per Norrlandiam ad Anundsjö Angermanniæ usque (*Læstadius*).
Vix nisi praecedentis varietas agrestis magis fertilis, race subbienni, herba multo majore, pilis patentioribus lonoribus e. s. p.

12. VICIA *sepium:* pedunculis paucifloris brevissimis, foliolis ovatis obtusis; exterioribus minoribus. *Linn. svec. n.* 651. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1109. *Sv. Bot. t.* 326. *Flor. Dan. t.* 699. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 123. — 1814. *p.* 99.
Hab. ad sepes in pratis et cultis Sveciæ ubique, usque ad Vermlandiam superiorem et Angermanniam meridionalem, nec non Jemtlandiam rarius.
Radix perennis, multicaulis. Herba circiter bipedalis, vix mosa. Folia circiter quinquejuga. Flores saepius quatuor liola proxima parum excedentes, secundi, violacei. Leguina flore duplolongiora compressa Svecis *Tranärter*.

3. VICIA *sativa:* floribus sessilibus binatis erectis, foliolis cuneiformi-obovatis retusis, stipulis dentatis medio notatis. *Linn. svec. n.* 654. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1104. *Sv. Bot. t.* 230. *Flor. Dan. t.* 522.
β. nigra: semine parvo nigro, foliolis linearibus; inferioribus acuminatis.
V. angustifolia *Willd. spec. pl.* 3. *p.* 1105? *Flor. Dan. t.* 1340.
Hab. in agris et cultis usque ad Norrlandiam passim; β. in sylvaticis passim.

Radix annua. Planta tota magnitudine et latitudine admodum varia; foliolis interdum locis macris lineam angustis, floribus quoque angustissimis violaceis. Legumen semper magis teres.

814. VICIA *lathyroides:* floribus sessilibus solitariis erectis, foliis pubescentibus: superiorum foliolis senis; infimorum subbinis obcordatis, stipulis integerrimis, seminibus planiusculis. *Linn. spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1106 *Fl. Dan. t.* 58. *Jacqu. misc* 2. *p.* 299. *t.* 18. *Retz. scand. ed* 2. *p.* 171. *oec. p.* 769. *Vet. Ac. Handl.* 1769. *p.* 247. *Osbeck götheb. handl.* 4. *p.* 23. *Fries halland. p.* 119. *Aspegren bleking. p.* 54. *Ahlquist Vet. Ac. Handl.* 1821. *p.* 301.

Hab. locis siccis glareosis editis ad urbes pagosque sublittorales Scaniæ ex. gr. ad Cimbrishamn, Christianstad, Käflinge, Lund copiose, Hallandia meridionalis, Blekingiæ præcipue in insulis circa Carlskrona, Oelandiæ orientalis inter Gårdby et N. Möckleby, Calmariensis oræ usque ad Möckelkullen paroeciæ Odensvi passim, (Stookholmiæ rarissime ut adventitia).

Radix annua. Planta minima hujus generis tantum digitum longa, vernalis, ante solstitium quaerenda. Foliola quatuor lineas longa, floribus caerulescentibus fere aequalia. Legumina reliquis partibus majora interdum unciam longa.

295. E R V U M.

Linn. gen ed. Schr. n. 1188. *Juss. gen. p.* 397.

Calyx profunde quinquefidus; laciniis attenuatis subæqualibus. Stylus rectiusculus filiformis, superne undique villosulus; stigmate capitato. Legumen breve: seminibus paucis (vix ultra 4). — *Herbæ tenuiores, radice annua, petiolis cirrhiferis polyphyllis, floribus minutis, leguminibus parvis.*

815. ERVUM *tetraspermum:* pedunculis subbifloris folio brevioribus, leguminibus glabris tetraspermis foliolis oblongis truncatis. *Linn. svec. n.* 655. *spec pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1112. *amoen. ac.* 8. *p.* 41. 102 *Decand. fl. franc. suppl. p.* 581. *Flor. Dan. t.* 95

Fries halland. p. 119. *Wahlb. gothob. p.* 73. *Carls. strengn. p.* 45.

β. tenue: pedunculis unifloris capillaribus, foliis linearibus acutis. *Fries nov. p.* 12. *hall. l. c. Wahlb. l. c. Wahlenb. ups. n.* 467. *Aspegren blek. p.* 54. (E. tenuissimum *Bieberst?* forsan hoc cum E. soloniensi connectens). Fr. 226

Hab. in agris et arvis provinciarum meridionalium usque ad Götheborg et ad Åkerö, Vingåker ac Strengnäs Sudermanniæ, Norrköping Ostrogothiæ; β. vero in rupestribus dumosis præcipue locis adustis, usque ad lacum Mälaren prope Upsala parcius.

Caules inferne eximie ramosi, vix pedales. Folia saepius adrijuga; foliolis in caule inferiore obovatis, bis lineam tis. Pedunculi non raro triflori. Flores etiam bis lineam ngi, superne caerulescentes, ante solstitium saepius obvii. Legumina semiunciam longa. Semina ex minimis linea non latiora, Svecis *SparfLins.* — β. undique angustior et minor, pedunculis semper unifloris.

316. ERVUM *hirsutum:* pedunculis multifloris, leguminibus hirsutis dispermis, foliolis linearibus obtusis. *Linn. svec. n.* 656. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1113. *Fl. Dan. t.* 639. *Wahlenb. lapp. n.* 345.

β. angustifolium; pedunculis subbifloris, foliolis acutis. *Fries l. c. Wahlb. l. c.* Fr. 227

Hab. in agris et cultis totius Sveciæ quousque quid coli possit ubique; β. in littoribus inundatis maris occidentalis.

Herba major quam praecedentis, plerumque plus quam pealis. Folia saepe septemjuga. Flores aeque minuti albi; riis caerulescentibus. Legumina vix quinque lineas longa, d turgidiora ob semina majora Svecis *DufLins.*

296. CORONILLA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1198. Juss. gen. p. 398. Gærtn. fr. 2. p. 344. t. 155.

lyx dentibus duobus superioribus coalitis. Vexillum alis vix longius. Legumen articulatum: articulis monospermis a se invicem discedentibus. — *Frutex floribus umbellatis flavis, foliis pinnatis cum impari, stipulis obsoletis liberis.*

817. CORONILLA *Emerus:* pedunculi umbella subtri flora, petalorum ungvibus calyce triplolongioribus caule fruticoso angulato. *Linn. svec. n.* 636. *spe pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1149. *it. gotl. p.* 229. *Sv. Bo t.* 343. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 6(*Ahlquist ib.* 1821. *p.* 298.

Hab. locis occultis ad petram calcaream formationi transitionis insularum Gotlandiæ prope Thors borg et Mullvalls paroeciæ Ardre, nec non Oe landiæ prope Borgholm et Wickleby.

Frutex vix bipedalis; ramis virgatis viridibus. Folia ple rumque quadrijuga; foliolis obovatis, longitudine ungvis, gla berrimis. Pedunculi foliis parum longiores. Flores flavi ae stivales; ungve vexilli a reliquorum petalorum separato. Le gumen interdum tres uncias longum octoque articulis consti tutum, subulatum.

297. PHACA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1207. *Juss. gen. p.* 395. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 341. *t.* 154. *Wahlenb. lapp. p.* 189. *t.* 12. *f.* 2. 3.

Calyx quinquedentatus: dentibus superioribus minori bus. Vexillum alis longius rectum. Legumen subin flatum monoloculare: sutura superiore impressa. – *Herbæ radicibus perennibus subrepentibus, foliis pin natis cum impari, floribus racemosis, leguminibus turgidioribus* 1) *pendulis n.* 818. 819. 2) *erectis n* 820. 821.

818. PHACA *frigida:* caulescens erecta indivisa glabriu scula, foliis pinnatis subquinquejugis: foliolis ovato oblongis obtusiusculis, racemis fastigiatis, legumi nibus basi exsertis pendulis oblongis. *Linn. spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1253. *svec. n.* 657. (alpina). *Flor Dan. t.* 856. *Jacqu. austr. t.* 166. *Wahlenb. lapp n.* 347. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 156. *Deinboll i Tidskr. f. Naturv.* 1. *p.* 126. *Hartman Vet. Ac Handl.* 1814. *p.* 107. — 1818. *p.* 155.

Hab. in collibus duris fruticulosis ad fluvios majore per partem subalpinam et subsylvaticam Lapponia rum septentrionalium passim, ut in districtu Fælle dicto multis locis, in Harimatskaiti prope Polmak

ad fluvios Utsjokenses, ad Kamasjoki et Ivalojoki paroeciæ Enare, supra Alten, in Nunainen paroeciæ Enontekis, ad Torneåträsk juxta viam versus fodinas Skangeli, in Kurravaara paroeciæ Jukkasjärvi; — dein vero non antequam in alpe Snasahögen Jemtlandiæ (denique in Dovre).

Planta plerumque plus quam pedem alta, laete virens. Stipulae quam in ceteris longe majores, fere ejusdem longitudinis ac foliolum extimum. Foliola saepe semiunciam lata. Pedunculi plerumque spithamaei, apicem caulis fere semper superantes. Flores pallide lutei, laxi, aestivales. Legumina longe magis inflata et membranacea quam in sequentibus.

819. PHACA *lapponica:* subcaulescens procumbens incana, foliis pinnatis duodecimjugis: foliolis sublanceolatis, stipulis connatis, leguminibus in calyce deflexo sessilibus triquetro-cylindraceis calyce duplo latioribus. *Wahlenb.* (*helv. p.* 131.) *lapp. n.* 348. *t.* 12. *f.* 3. (Ph. montana). (*Hisinger norr. p.* 73).

Hab. in lateribus graminosis meridiei expositis alpium Lulensium meridionalium glaciebus perpetuis vicinarum rarius, ut in Lill-Tokin prope Virihjaur, in Jolli infra Sorjåsjaur copiose (ceterum non nisi in Dovre Norvegiæ).

Caulis plerumque inconspicuus, sed interdum longitudine digiti, tuncque semper terrae adpressus. Foliola tantum sesquilineam lata. Pedunculi stricti, demum foliis saltem duplo longiores. Flores primum dilute violacei, demum saturatiores. Legumina rigide deflexa.

820. PHACA *campestris:* acaulis canescens, foliis pinnatis subduodecimjugis: foliolis sublanceolatis acutis, bracteis calyce pubescente brevioribus, leguminibus erectis subovatis pilosis. *Wahlenb. carp. n.* 736. *Vet. Ac. H.* 1821. *p.* 318. *Ahlqu. runst. p.* 25. Astragalus campestris *Linn. svec. n.* 662. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1317. *it. oel. p.* 50. *Waldst. et Kitaib. hung.* 2. *p.* 138. *t.* 130.

β. sordida: floribus sordide cærulescentibus. *Wahlenb. lapp. n.* 349. *Deinboll in Tidskr. f. Naturv.* 1. *p.* 125.

Astragalus sordidus *Willden. spec. pl.* 3. *p.* 1313.
Astragalus uralensis *Linn. svec. n.* 257. *Flor. Dan t.* 1041. (nec Willd. neque Jacqu.).

Hab. locis siccissimis editis in jugo Landtborgen dict et adjacenti Alvaren Oelandiæ ibique copiose ex gr. ad Holmref, Hornsudd, Borgholm, Räpplinge Runsten, Rosenkind; — ceterum *β*. non nisi (Finlandiæ interioris et denique) prope mare septentrionale in districtu Fælles dicto copiose, unde ad Komagelfven Finmarkiæ oppositæ pervenerit.

Semper acaulis; caudicibus copiosis caespitem densum constituens. Folia plerumque longitudine scapi; foliolis sesqui lineam latis. Scapi plerumque spithamaei, divergentes. Flores ob vexillum porrectum longiores quam in ceteris, octo lineas longi, pallidi vel albescentes: macula tantum caerulea in carina ad situm antherarum. Legumina magis inflato-teretia, longitudine varia pro longitudine plantae, sed semper tres lineas lata. — *β* Gentianæ involucratæ *β* analoga colore

821. PHACA *pilosa:* caulescens adscendens pilosa, foliis pinnatis duodecimjugis: foliolis lanceolatis acutis, pedunculis folio longioribus, leguminibus erectis cylindraceis latitudine calycis pilosis. *Linn faun. svec. app. p.* 558. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p* 1262. *Jacqu. austr. t.* 51. *Rosén Nov. Act. Ups VIII. p.* 223 *et* 245:

Hab. in arenosis ad oram occidentalem Gotlandiæ tribus locis, scil. in Skansholmen ad Vestergarn ad Bredsunds fiskeläge paroeciæ Väskinde, et ad Öfversteqvarn vel Lummelundsbruk; — ceterum Ostrogothiæ in latere prærupto montis Omberg lacum Vettern respiciente tum loco Skräerne dicto ad Hvitletsbäcken tum ad Rödgafvel, nec non in insula lacus Skogssjö paroeciæ Högby (*Agrelius*) etiam in Calmariæ gubernatione sept. (Herb. *Liljebl.*)

Planta statura valde varia: in Gotlandia plerumque procumbens, immo interdum quasi acaulis, sed in Ostrogothia erecta, non raro 3-4pedalis. Flores semper unicolores, in Gotlandia fere albidi, in Ostrogothia paullo lutescentes. Legumina magis constantia, semper cylindracea et angustiora quam in praecedentibus, vix sesquilineam lata.

298. ASTRAGALUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1208. Juss. gen. p. 395. Gærtn. fr. 2. p. 339. t. 154.

Calyx quinquedentatus: dentibus superioribus minoribus. Vexillum alis longius rectum. Legumen constrictum semibiloculare: dissepimentum e sutura inferiore elevata. — *Herbæ radicibus perennibus subrepentibus, foliis pinnatis cum impari, floribus racemosis, leguminibus angustioribus laxis.*

822. ASTRAGALUS *glycyphyllus*: caulescens prostratus, foliolis ovalibus obtusis glabris, stipulis ovato-lanceolatis, racemis pedunculatis folio brevioribus, leguminibus subtriquetris arcuatis. *Linn. svec. n.* 658. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1276. *it. scan. p.* 134: 268 *oel. p.* 56. 81. 127. *gotl. p.* 196. 289. *vestrog.* p. 23. 32. 39. 40. 84. *Fl. Dan. t.* 1108. *Sv. Bot.* t. 237. *Bjerkander Vet. Ac. Handl.* 1776. *p.* 81. *Samz. neric. p.* 56. *Fries halland. p.* 119. *Carls. strengn. p.* 43.

Hab. in nemoribus calidioribus declivis præcipue supra formationes juniores Scaniæ, Oelandiæ; Gotlandiæ, Vestrogothiæ (Falbygden et Kinnekulle); Ostrogothiæ ex. gr. ad Borgberget paroeciæ Tjärstä, Omberg, et Nericiæ frequenter; alias rarius et supra Gothiam tantum paucis locis regni interioris ut Vermlandiæ ad Persbergs grufvor, Dalekarliæ in monte Hyckjeberget, Sudermanniæ ad Strengnäs.

Planta inter maximas totius classis interdum orgyalis longitudinis et caule digiti minimi crassitudinis, ob similitudinem Glycyrrhizae etiam svecice *Lakrits-Kloärt*, vel vulgatius *Söt-kloärt*. Foliola interdum unciam lata. Pedunculi vix longitudine digiti minimi. Flores pallidi; extrorsum rubicundi. Legumina unciam longa, glaberrima ut fere tota planta.

823. ASTRAGALUS *arenarius*: caulescens prostratus ramosus albo-sericeus, foliis pinnatis subquadrijugis: foliolis lineari-lanceolatis subcomplicatis, racemis subsexfloris folio longioribus, leguminibus erectiusculis teretibus pubescentibus. *Linn. svec. n.* 659.

spec. pl. ed. Willden. 3. *p.* 1289. *it. scan. p.* 1 *Retz. obs.* 2. *p.* 22. — 3. *p.* 41. *t.* 3. *oec. p.* 86. (*Fr hall. p.* 153). *Regensb. bot. Zeit.* 1821. *p.* 408. 6

Hab. in latere orientali montis arenarii Stora Dr van dicti extra Vidtsköfle ¼ mil. septentrioni-orie tem versus Scaniæ orientalis copiosissime.

Radix eximie chordaeformis, alte sub arena latens, m ticaulis. Caules decumbentes ab arena superfusa basi te subfiliformes, ut tota herba sericeo-pubescentes. Folia quadrijuga: foliolis vix linea latioribus. Pedunculi ipsi fo semper breviores, sed flores leguminaque folia excedunt. F res fere ut in Vicia sepium rubro-violacei, venis dilut ribus. Legumina diu erectiuscula, sed demum laxa, te tia, crassitie pennae gallinaceae, fere unciam longa.

824. ASTRAGALUS *alpinus*: caulescens procumbe foliis pinnatis novemjugis: foliolis ovalibus, racem folio longioribus: floribus leguminibusque pendu e calyce pedicellatis acuminatis pilosis. *Linn. sv n.* 661. *lapp. n.* 267. *t.* 9. *f.* 1. *spec. pl. ed. Wil* 3. *p.* 1297. *Flor. Dan. t.* 51. *Wahlenb. lapp.* 350. *t.* 12. *f.* 5. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. 128. *Hising. herjed. p.* 50. *Zetterst. res.* 2. *p.* 2

Hab. locis graminosis lætioribus subirrigatis per lat et radices omnium alpium nivalium ab ultimo mite Lapponiæ versus Russiam usque ad Herje len, descendens quoque juxta fluvios per sylvas tius Lapponiæ et consimilium provinciarum f quenter.

Planta longitudine valde varians, interdum pedem un alterumve longa, valde laxa. Foliola circiter duas lineas l Flores extus violacei, ad basin albescentes praecipue in s ciminibus maximis. Legumina ipsa sine pedicello suo quinque lineas longa, nigro-pilosa ut in sequente.

825. ASTRAGALUS *oroboides*: caulescens adscende foliis pinnatis sejugis: foliolis oblongis obtusis, duncul is folio duplolongioribus: floribus subsec dis laxis leguminibusque deflexis in calyce sess bus ovatis. *Hornem. in Fl. Dan.* 8. *t.* 1396. *Wa lenb. carp. n.* 759. *lapp. n.* 351. *t.* 12. *f.* 4. (A.

ontinus). *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 99. 104. — 1818. *p.* 132. 135. *Hisinger herjed. p* 51.

Hab. in lateribus graminosis alpium altiorum nivalium passim, ut in Hitterdalen trans Herjedaliam, ad Åreskutan et Snasahögen Jemtlandiæ, ad Lill-Tokin, Kâbrinojvi et Jolli alpium Lulensium, denique in alpibus maritimis districtus Fælles dicti Norvegiæ ultimæ copiose

Praecedenti utique proximus, sed bene diversus habitu fere Orobi tuberosi, longe minus laxo et minus diviso, latitudine majori. Caulis saepe pedalis. Foliola plerumque tres lineas lata. Flores toti caerulei. Legumina in hoc genere brevissima, cum calyce tantum quatuor lineas longa.

299. TRIFOLIUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1211. Juss. gen. p. 392. Gaertn. fr. 2. p. 333. t. 153.

Calyx tubulosus, quinquedentatus, non marcescens. Corolla persistens: vexillo alas carinamque ad basin amplectente. Legumen calyce corollave tectum, non dehiscens, plerumque monospermum, rarius ultra, ad tetraspermum. — *Herbæ foliis fere semper æqualiter ternatis* (*Svecis Klöfver*), *stipulis minutis petiolo adnatis, floribus dense spicatis* (*Svecis Väpling*) *n.* 826-830. *vel subumbellatis n.* 831-833. *vel scariosis in ceteris ultimis. — Subdivisiones:* 1) *Lagopoda: calycibus villosis sim. c. semine increscentibus* a) *corolla monopetala n.* 826. 827. b) *dipetala n.* 828. c) *tetrapetala n.* 829. 2) *Longiflora: calycibus glabris, vexillis subulatis n.* 830. 3) *Lotoidea: calycibus glabris subumbellatis, legum. tetraspermis n.* 831. 832. 4) *Vesicaria: calycibus inflatis n.* 833. 5) *Lupulina: floribus flavis demum scariosis n.* 834-837.

826. TRIFOLIUM *pratense:* calycibus undique pilosis: dente infimo tubis corollæ monopetalæ inæqualis breviore, spicis ovatis subgeminatis bracteatisque, foliolis ovatis subintegerrimis, stipulis aristatis. *Linn. svec. n.* 666. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1366. *Sv. Bot. t.* 268. *Flor. Dan.* 6. *t.* 989. *Wahlenb. lapp. n.* 353. *Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 42.

β. villosum: *Wahlb. gothob. p.* 73. *Aspegren bleking. p.* 54.

Hab. in pratis siccioribus totius Sveciæ usque ad partem infimam sylvaticam Lapponiæ ubique.

Radix perennis. Caules adscendentes, non flexuosi, striati. Herba prae ceteris svecice *Klöfver*. Foliola infima subrotunda; omnia plerumque zonis pallidis notata. Capitula florentia rubra svaveolentia et dulcia Svecis *Rödväpling, Honungstuppor* etc. saepe pollicem crassa.

827. TRIFOLIUM *medium*: calycibus superne pilosis; dente infimo tubis corollæ monopetalæ subæqualis breviore, spicis ovatis solitariis ebracteatis, foliolis lanceolato-ellipticis denticulatis, stipulis subulatis. *Linn faun. svec. app. p.* 558. *spec. pl ed. Willd.* 3, *p.* 1367. *Sv. Bot. t.* 460. *Flor. Dan. t.* 1275. *Wahlb. gothob. p.* 74. *Wahlenb. ups. n.* 470.

β. angustius. T. alpestre *Fries halland. p.* 120, *aliorumque. Fischerstr. mål. p.* 289. (nec Linn.).

Hab. in nemoribus siccis rupestribus vel lapidosis regionum alias magis campestrium vel littoralium a Scania ad Bahusiam, Vestrogothiam et Uplandiam passim copiose; dein ad Vestmanniam ferrimontanam ex. gr. Skinskatteberg, Dalecarliam ad Boda et Angermanniam mediam ex. gr. Sollefta rarius; *β.* in subalpestribus maritimis regionum australium.

Radix perennis et planta tota praecedenti proxima, sed gentilior, magis flexuosa, ad genicula stipulis magis herbaceis (nec tam scariosis coloratisque). Flores crassiores, magis serotini, obscurius colorati; calycis tubo glaberrimo. Ob locum Svecis *Bergklöfver* vel *Skogsklöfver*.

828. TRIFOLIUM *striatum*: calycibus undique pilosis decemstriatis: dente infimo corollam dipetalam subæquante, spicis ovalibus terminalibus lateralibusque sessilibus stipula vaginante striata fulcratis, foliolis obovatis subintegerrimis pubescentibus. *Linn. svec. n.* 669. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1376. *Flor. Dan. t.* 1171. *Sv. Bot. t.* 616. *Leche scan. p.* 13. *n.* 55. *Retz. oec. p.* 735. *diss. fl. scand. suppl.* 2. *p.* 9. *Aspegren bleking. p.* 55.

Hab. in arvis macrioribus Scaniæ maxime argillaceo-campestris et sublittoralis copiose ex. gr. ad Trelleborg, Krageholm, Râ, Lund, Helsingborg, etiam intra Cimbrishamn frequenter; alias tantum Blekingiæ maritimæ rarissime in Jorö.

Radix annua ramosa. Caules plures, undique omnino decumbentes, circiter spithamaei, crassitie pennae columbinae, insigniter rubentes, albo-pilosi. Folia etiam albo-pilosa, margine rubentia, ovalia. Spicae pleraeque laterales, magnitudine fabae minoris, omnino sessiles intra stipulas vaginantes rubicundo-striatas. Corolla dilutissime rubescens s. fere alba, ante solstitium obvia: vexillo usque ad basin distincto; reliquis vero petalis ungve connatis tum inter se tum columnae staminum.

829. TRIFOLIUM *arvense:* calycibus setosis corolla longioribus spicas elongatas villosissimas constituentibus, foliolis cuneato-linearibus integerrimis, stipulis apice setaceis *Linn. svec. n.* 660. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1375. *Flor. Dan. t.* 724. *Samz. neric. p.* 56. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818 *p.* 123.

Hab. in arvis et pascuis elatis regionum campestrium et littoralium a Scania ad Bahusiam, Vestrogothiam, Nericiam et Gestriciam frequenter.

Radix annua. Planta longe gracilior proximis, caulibus filiformibus plerumque rubentibus, superjecta hirsutie canescente. Spicae digito minimo non crassiores ob villum copiosum Svecis *Harklöfver, Harfötter, Harsvans, Noppor* etc. Corolla minima dilutissime rubens.

830. TRIFOLIUM *montanum:* vexillis subulatis, calycibus glabris, spicis oblongis, foliolis oblongis mucronato-dentatis, stipulis apice subulatis. *Linn. svec. n.* 667. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1381. *it. vestrog. p.* 84. *Flor. Dan. t.* 1172. *Samz. neric. p.* 56. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 26. *Forsander veg. scan. p.* 13.

Hab. in pratis elevatioribus supra saxa petrasque per Sveciam orientalem a Scania et Gotlandia ad Nericiam, Dalecarliam infimam (ex. gr. Hedemoræ) et Gestriciam frequenter; sed per Sveciæ occidentalem

plagam non reperitur nisi in formatione transitionis Vestrogothiæ (Falbygden vulgo dicta) copiose.

Radix perennis, validior quam in ceteris, saepe digitum minorem crassa, omnino alba. Caules simplices, stricti, circiter pedem alti. Foliola infima ovalia, suprema lanceolata. Pedunculi eximie sulcati. Petala nivea. Semina vix maturescere videntur.

831. TRIFOLIUM *repens:* calycibus glabris, leguminibus tetraspermis umbellatis, foliolis obovatis emarginatis argute dentatis, stipulis vaginantibus, caule repente laterifloro. *Linn. svec. n.* 665. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1359. *Sv. Bot. t.* 344. *Flor. Dan. t.* 990. *Wahlenb. lapp. n.* 352.

Hab. in pratis et pascuis ad vias totius Sveciæ, alpibus tantum et subalpinis locis exceptis, ubique frequenter.

Radix perennis; caulibus undique repentibus filiformibus. Petioli et praecipue pedunculi saepe toto caule longiores, per omnem aestatem florentes. Flores albi Svecis *Hvitvåpling.*

832. TRIFOLIUM *hybridum:* calycibus glabris, leguminibus tetraspermis subumbellatis, foliolis ovatis emarginatis argute dentatis, stipulis aristatis, caule adscendente apice florifero. *Linn. svec. n.* 664. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1359. *Sv. Bot. t.* 129. *Flor. Dan. t.* 1706. *Carls. strengn. p.* 43. *Wahlenb. ups. n.* 473. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 123.

Hab. ad agros et arva præcipue Sveciæ orientalis mediæ, ut circa Mälaren et Hjelmaren ubique frequenter, ad Vettern etiam copiose, et alibi, sed non supra Gestriciam.

Radix perennis. Caules subangulati, pedales et ultra. Flores initio albi, dein incarnati Svecis *Blekvåpling.*

833. TRIFOLIUM *fragiferum:* paleis distingventibus calyces demum inflatos superne membranaceos pubescentes: dentibus supremis binis deflexis, foliolis obovatis emarginatis, stipulis vaginantibus, caulibus repentibus. *Linn. svec. n.* 670. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1380. *Flor. Dan. t.* 1042. *Rosén Nov. Ac.*

Ups. VIII. p. 223. *Ahlquist runst. p.* 25. *Aspegren bleking. p.* 55. *Retz. oec. p.* 728. *Fries halland. p.* 120. *Wahlb. gothob. p.* 73. *Videgren ôsterg. p.* 30.

Hab. in pascuis et arvis argillosis interdum inundatis maxime campestribus, et sublittoralibus ad oras Sveciæ meridionales, ut Gotlandiæ et Oelandiæ passim, Blekingiæ, Scaniæ frequenter, Hallandiæ rarius inter Varberg et Lindhof, ad Kungsbacka etc. Gothoburgi in Domsö, Ostrogothiæ ad Johannisborg prope Norrköping; — ceterum solummodo ad lacus maximos Sveciæ orientalis raro ut ad Mälaren, ad Vettern in Omberg etc.

Radix perennis. Caules e latere apicem versus pedunculos erigentes. Foliola argute serrata. Capitula florentia vix piso majora, fructifera nuce avellana grandiora. Flores initio albi, demum rubentes. Vexillum sublineare. Calycis latus superius demum in vesiculam distenditur adeo ut dentes superiores deorsum spectent; inferiores minimi permanent.

854. TRIFOLIUM *spadiceum:* vexillis scariosis deflexis demum discoloribus, spicis imbricatis oblongatis, calycinis dentibus pilosiusculis alas subæquantibus, foliolis ovalibus. *Linn. svec. n.* 672. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1383. *Sturm ic. trifol. Wahlenb. ups. n.* 476. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 124. *Ahlquist ib.* 1821. *p.* 295. (*Fries halland. p.* 121.)

Hab. in pratis declivis apricis Sveciæ mediæ orientalis scil. Dalecarliæ a Svärdsjö usque ad Hedemora frequenter, Gestriciæ, Vestmanniæ ad Skinskatteberg etc.; prope oram septentrionalem lacus Mälaren Upsaliæ, Stockhomiæ etc. passim; denique Oelandiæ rarius.

Radix vix plus quam annua. Caules subsolitarii, erecti, subsimplices, plerumquè spithamaei. Spicae paucae, primum flavae, dein oblongatae totae spadiceae.

855. TRIFOLIUM *agrarium:* vexillis scariosis deflexis nitidis, spicis imbricatis oblongatis, calycibus glabris, foliolis obovato-oblongis æqualibus, caule e-

recto. *Linn. svec. n.* 671. *spec. pl. ed. Willden.* 3 *p.* 1382. *it. scan. p.* 134. 242. *vestrog. p.* 213. *gotl p* 137. 168. 212. *Rogberg smol. p.* 19. *Fl. Dan t.* 558. *Samz neric. p.* 56. *Hartman Vet. Ac Handl.* 1818. *p* 123.

β caulibus magis diffusis patulisve. *Fries hall. p.* 121

Hab ad agros et prata locis siccis saxosis vel petrosis a Scania ad Vermlandiam (ex. gr. Tabergsgrufvor), Nericiam meridionalem et Uplandiam passim copiose; denique raro ad Siljeberget Medelpadiæ (*Læstadius*); *β.* inter segetes Hallandiæ etc.

Radix vix plus quam annua. Caules pauci, saepe strict et pedales. Foliola omnia in petiolo sessilia. Spicae majores quam in proximis, diutius flavi, Svecis *Gulvåpling* vel *Gullkulla.* Flores demum exaridae obscurioris straminei coloris, fere tres lineas longi.

836. TRIFOLIUM *procumbens:* vexillis scariosis deflexis ovalibus, spicis imbricatis subglobosis, calycibus glabris, foliolis obovato-oblongis: terminali pedicellato, caule procumbente flexuoso. *Linn. svec. n.* 673. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1383. *it. scan. p.* 242. *vestrog. p.* 65. *gotl. p.* 257. *Rivin. tetrap. irreg. t.* 10. *f.* 1. *Flor. Dan. t.* 796. *Videgren österg. p.* 30. *Fischerström mål. p.* 292.

T. campestre *Schreb. in Sturm. trif. t.* 15. *Fries halland. p.* 121.

β. minus et brevius: foliolo extimo subsessili. T. minus *Smith brit.* 3. *p.* 143. *Fries halland. p.* 122.

Hab. in pascuis et pratis aridis apricis per regiones maxime campestres vel littorales a Scania ad Bahusiam, Vestrogothiam (saltem in Falbygden et ad Ulricæhamn) et Ostrogothiam tum prope Vettern tum in maritimis extra Norrköping pasim; etiam Stockholmiæ; *β.* vix nisi in australioribus regionibus.

Radix magis perennat quam in proximis. Caules quoque praecipue inferne eximie ramosi, filo parum crassiores, sed in *α* saepe pedalis longitudinis, eximie flexuosi; internodiis pedunculisque circiter biuncialibus. Spicae vero breviores quam in praecedente. Flores vix minores. — *β.* praecipue brevius est.

857. TRIFOLIUM *filiforme:* vexillis scariosis deflexis oblongis, spicis laxis paucifloris, calycibus subglabris, foliolis obcordatis subæqualibus, caule procumbente filiformi. *Linn. svec. n.* 674. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1384. *Flor. Dan. t.* 1707.

Hab. in campis macris arenosis, sed subuliginosis, inter gramina duriora regionum littoralium australiorum. ut Scaniæ campestris ubique, Hallandiæ australis quoque frequenter, dein usque ad Götheborg passim et Gotlandiæ in angulis exterioribus Fåröæ et versus Hoburg rarius, nec non Oelandiæ. Radix evidenter tantum annua. Caules quoque pauci vel subsolitarii, plerumque simplices, filo tenuiores, sed recte protensi (nec flexuosi), plerumque digitales. Spicae brevissimae omnium, saepe tantum novemflorae; floribus sesquilineam longis.

500. MELILOTUS.

Juss. gen. p. 392. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 335. *t.* 153. Trifolii spec. *Linn.*

Calyx tubulosus quinquedentatus. Corolla decidua: petalis liberis. Legumen nudum, dehiscens, submonospermum (rarius in extran. specc. non dehiscens sem. pluribus). — *Herbæ floribus utplurimum racemosis svaveolentibus, foliis ternatis: intermedio semper pedicellato.*

858. MELILOTUS *officinalis:* leguminibus submonospermis obovatis acutis rugosis, foliolis sub'runcatis, stipulis subulatis, petalis longitudine æqualibus. *Willden. en. hort. berol. p.* 790.

Trifolium M. officinalis *Linn. svec. n.* 663. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1355. *it. oel. p.* 60. *gotl. p.* 216. *scan. p.* 93. 284. 307. 316. *vestrog. p.* 40. *Sv. Bot. t.* 69. *Flor. Dan. t.* 934. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 61. *Leche scan. p.* 26. *n.* 41. *Bjerkander Vet. Ac. Handl.* 1776. *p.* 81.

β. dentata: foliis argute dentatis, floribus minoribus. M. dentata *Fries nov. p.* 93.

γ. vulgaris: petalis longitudine inæqualibus albis. *Wahlenb. ups. n.* 478. *Flor. Dan. t.* 1705.

Hab. in litoribus maris et prope eadem in pratis pro-

vinciarum australium formatione juniore quadam substratarum ut Gotlandiæ, Oelandiæ et Scaniæ passim copiose, etiam in simili formation calcaria Vestrogothiæ ad radicem orientalem montis Kinnekulle supra stratum lapidis suilli inte Brattfors, Martorp et Norrtrelje copiose; β in fuci ad litus Scaniæ occidentalis ex. gr. ad Borreby γ. ad urbes Sveciæ temperatioris usque ad Upsaliam forsan magis adventitia.

Radix plerumque biennis. Herba saepe tripedalis, stricta Svecis *Honingsklöfver*. Flores semper longius racemosi magis lutei in maritimis et formationibus junioribus, potius ceterum albi. Semina saepe in formis omnibus bina Respectu foliorum β differt ab α fere ut Senecio denticulatus a sylvatico.

301. LOTUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1212. Juss. gen. p. 393. Gærtn. fr. 2. p. 336. t. 153.

Calyx tubulosus, quinquefidus, æqualis. Corollæ carinæ margine superiore clausa abiens in rostrum genitalia nunquam excludens. Legumen elongatum polyspermum. — *Herbæ radicibus perennibus, foliis ternatis; foliolis omnibus sessilibus, sed stipulis liberis interdum foliola æquantibus.*

839. LOTUS *corniculata*: capitulis depressis multifloris, leguminibus teretibus patentibus, caulibus decumbentibus. *Linn. svec. n.* 675. *spec. pl. ed Willd.* 3. *p.* 1395. *Sv. Bot. t.* 334. *Flor. Dan.* 6 *t.* 991. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 99 *Wahlenb. lapp. n.* 354. *Zetterst. res.* 2. *p.* 94. 60

β. uliginosa: major, caule fistuloso tereti, calycibus recurvis. *Fl. Dan. t.* 1521. *Linn. it. scan. p.* 155

γ. tenuis: foliis lanceolatis acuminatis. *Fries nov p.* 94. *Aspegren bleking. p.* 55.

Hab. in pratis per longe maximam partem Sveciæ scil usque ad Angermanniam superiorem prope Ramsel et Jemtlandiam vulgatissime, et denique trans alpe in Nordlandia Norvegica passim; β. usque ad Upsala; γ. Scaniæ ad Sandby etc.

Herba magnitudine valde varians. Capitula in maxim

formis decemflora, in minoribus saepe 4-2-flora. Flores lutei exsiccatione virescentes, Svecis *Kåringtånder*, *Kattklor* etc. vix semiunciam longi.

840 LOTUS *maritima*: leguminibus subsolitariis membranaceo-quadrangulis, bracteis lanceolatis, caulibus simpliciusculis subunifloris. *Linn. svec. n.* 676. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1385. *it. gotl. p.* 167. 221. *oel. p.* 143. *Sv. Bot. t.* 448. *Flor. Dan. t.* 800. *Aspegren bleking. p.* 55. *Retz. oec. p.* 426. (*Fries halland. p.* 157).
(L. siliquosus *β* maritimus *Decand. fl. franc. n.* 3930? *Sprengel hal. p.* 213).
β. siliquosa: pubescens, caulibus multifloris.
L. siliquosus *Linn. spec. ed. Willden.* 3. *p.* 1386. *Fries nov. p.* 118.
Hab. in litoribus adjacentibusque pratis depressis inundatis insularum maris orientalis quo orientalius eo copiosius, ut Gotlandiæ passim copiose, Oelandiæ rarius, et ceterum (vix nisi) in insulis Gränsö ad Westervik, Stålhanske prope Runneby Blekingiæ et Hven Scaniæ raro; nunquam extra fretum Öresundense; *β.* tantum ad rivulos in clivis calcis tophosæ ad Benesta Scaniæ meridionalis.

Radix subfusiformis, multicaulis. Caules usque e radice omnino annui et basi simplices, ibique tantum squamis praediti, raro plus quam digitum longi, filiformes. Folia quo superiora eo majora vix quinque lineas lata, interdum ut tota herba pilis adpressis. Pedunculus plerumque tantum unicus in caule, sed interdum duo (qui rarissime biflori), folio suo triplo longiores. Flos ex longissimis unciam longus, sulphureus. Legumen sesquilineam latum, sesquiunciam longum.

302. MEDICAGO.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1214. Juss. gen. p. 592. Gaertn. fr. 2. p. 348. t. 155.

Calyx subcampanulatus, quinquefidus, æqualis. Corollæ carina primum antice clausa, demum dehiscens emittensque genitalia ad vexillûm sese elastice reflectentia. Legumen semper nudum curvatumque 1) monospermum basi apiceque concurvatis n. 841. 2) di-tetraspermum falcatum n. 842. 3) polyspermum spiraliter

cochleatum n. 843. — *Herbæ foliis ternatis: foliolo intermedio pedicellato, stipulis parvis.*

841. MEDICAGO *lupulina:* leguminibus monospermis rugosis glabriusculis, spicis ovalibus densifloris, foliolis obovatis apice dentatis, caule procumbente. *Linn. svec. n.* 678. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1406. *Flor. Dan. t.* 992.

Hab. in pratis ad vias per maximam partem Sveciæ ad Helsingiam saltem frequenter.

Radix annua. Caules plures filo vix crassiores. Stipulae dentatae. Spicae piso parum majores, flavi. Legumina demum vix ultra lineam longa, nigricantia.

842. MEDICAGO *falcata:* leguminibus subtetraspermis lunatis pubescentibus racemosis, foliolis lanceolato-cuneiformibus apiculatis, caule prostrato. *Linn. svec. n.* 677. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1405. *it. gotl. p.* 241. *oel. p.* 47. *scan. p.* 84. 115. 124. 210. 291. (*vestrog. p.* 2.) *Sv. Bot. t.* 248. *Flor. Dan. t* 233. *Ahlquist runst. p.* 25. *Wahlenb. ups. n.* 481. *Fries halland. p.* 123. *Wahlb. gothob. p.* 74.

Hab. ad agrorum margines solo aprico margaceo regionum maxime campestrium et orientalium Sveciæ, ut Gotlandiæ, Oelandiæ, Scaniæ et Uplandiæ circa lacûs Mälaren vel potius Ekoln sinus septentrionales ab Østuna et Bälinge ad Salnecke frequenter; ceterum rariùs ad mare occidentale.

Radix perennis. Caules plures saepe pedales et ultra. Flores toti flavi, satis conspicui, quatuor lineas longi. Legumina in arcum vix semicircularem flexa interdum semiunciam longa.

843. MEDICAGO *minima:* leguminibus polyspermis cochleatis subdepressis: aculeis rectis acicularibus apice uncinatis, pedunculis paucifloris, stipulis integerrimis, foliolis cuneatis apice dentatis. *Willden. spec. pl.* 3. *p.* 1418. *Fries nov. p.* 118.

M. polymorpha *μ* minima *Linn. spec. ed.* 2. *p.* 1099. *Flor. Dan. t.* 211.

Hab. in clivis arenosis præruptissimis, ventis et soli

maxime expositis, maritimis ad Kåseberga Scaniæ extimæ orientali-meridionalis (districtus Sandhammar) abunde (*Fries*).

Radix annua, legumine originali plerumque onusta. Caules procumbentes, longitudine digiti vel ultra, tenuiter incani ut reliqua herba. Foliola vix quatuor lineas longa. Flores 2-5 in quoque pedunculo, minuti ut in M. lupulina, luteoli. Legumina semine cannabino vix majora, demum defossa ut in Trif. subterraneo et sub terra germinantia.

CLASSIS XVIII.

POLYADELPHIA.

CONSPECTUS.

ORD. POLYANDRIA.

Petala 5. Filamenta connata in tres fasciculos. Styli tres. 303. HYPERICUM

ORD. POLYANDRIA.

303. HYPERICUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1224. Juss. gen. p. 382. Gærtn. fr. 1. p. 300. t. 62.

Calyx quinquepartitus, æqualis. Petala quinque ante florescentiam contorta. Filamenta inprimis interiora basi connata in fasciculos tres, commissuris capsulæ respondentes. Styli tres. Capsula trilocularis, tripartibilis; receptaculo communi columnari polyspermo. — *Herbæ radicibus perennibus (nisi in ultimo minoris durationis), foliis oppositis sæpius pellucido-punctatis, calycibus etiam glandulose serratis in n. 847-849, floribus luteis, Columniferis aliquantulum affines.*

844. HYPERICUM *perforatum:* caule ancipiti, foliis oblongis obtusis pellucido-punctatis, floribus paniculatis terminalibus, laciniis calycinis lanceolatis. *Linn. svec. n.* 680. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1460. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 549. *Sv. Bot. t.* 75. *Fl. Dan.* 6. *t.* 1043. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 36. *lapp. n.* 355.

Hab. in pratis campestribus duris fere totius Sveci minus elevatæ nec montanæ usque ad Angermanniam septentrionalem frequenter, dein non ni trans alpes in Nordlandia Norvegica rarius.

Planta pedalis et ultra Svecis *Johannisört*, *Hirkenpirl Pirkum*. Folia costa dorsali decurrente angulos tantum du caulis efficiunt, subtus pallidiora et magis aequabilia. Peta sine punctis nigris nisi ad marginem superiorem.

845. HYPERICUM *quadrangulum*: caule quadrangul foliis ovato-oblongis obtusis obsolete pellucido-punctatis, floribus subpaniculatis terminalibus, lacini calycinis ellipticis. *Linn. svec. n.* 679 *am. ac. p.* 322. *it. oel. p.* 39. *vestrog. p.* 59 *Decand. prod nat.* 1. *p.* 548. *Sv. Bot. t.* 359. *Wahlb. gothc p.* 75. *Aspegren bleking. p.* 56.

H. tetragonum *Fries halland. p* 124.

β. pauciflorum. H. dubium *Willd. spec. pl.* 3. 1460. *Ahlquist runst. p.* 26.

Hab. in pratis præcipue sylvestribus et montanis Scania ad Vermlandiam ferrimontanam, Dalecarliam superiorem ex. gr. Osmundsberg et Helsingiam frequenter.

Caulis pedalis et ultra plerumque firmior; angulis altern e commissura foliorum obsoletioribus. Folia venis evidentioribus puncta pellucida pleraque quasi absorbentibus. Flor inexplicati eo magis succo subviolaceo rubicundo scatente unde Ostrogothis *Mannablod*, post explicationem quoque magis nigro-punctati.

846. HYPERICUM *quadrialatum*: caule tetraquetro lato, foliis ovalibus obtusis pellucido-punctatis, floribus subcymosis, brateis laciniisque calycinis lanceolatis acuminatis.

H. alatum *Retz. herb.* — (*pugil. obs. bot. p.* 18. partim). *Regensb. bot. Zeit.* 1822. *p.* 530.

H. quadrangulare *Smith brit.* 2. *p.* 801. *Engl. B* 6. *t.* 370. *Flor. Dan. t.* 640.

H. tetrapterum *Fries nov. p.* 94.

Hab. in pratis humidis ad oram Scaniæ occidental

rarius, ut prope laterariam Nedre Glumslöf supra Landskrona, in sylva Reften prope Fogelsång aliisque locis.

Praecedenti utique valde affine, sed tenuius, angulis caulis sub commissura foliorum fere majoribus quam sub costa media, inflorescentia crebrius divisa; floribus numerosioribus verum angustioribus, minoribus, multo minus succosis; petalis pallidioribus, vix tres lineas longis; staminibus paucioribus.

847. HYPERICUM *hirsutum*: caule tereti pubescente, foliis ovalibus pellucido-punctatis bracteisque caulinis integerrimis, calycinis serraturis glandulosis. *Linn. svec. n.* 682. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1465. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 551. *Flor. Dan. t.* 802. *Ahlqu. runst. p.* 26. *Wahlenb. ups. n.* 484 *Forsander veg. scan. p.* 13. *Videgren österg. p.* 29.

Hab. in pratis declivibus Sveciae orientalis a Scania per Oelandiam ad Uplandiam passim; ceterum ad lacum Vettern in Omberg et ad Venern in Hunneberg rarius.

Saepe majus et crassius proximis; altitudine bipedali; caule pennam crasso. Folia quoque crassiora, pubescentia. Inflorescentia magis elongata in formam subracemosam; pedunculis ramulisque suberectis foliorum pari uno alterove suffultis.

848. HYPERICUM *montanum*: caule tereti (glabro), foliis oblongis amplexicaulibus punctatis subtusque nigro-glandulosis, bracteis caulinis calycibusque serrato-glandulosis. *Linn. sveo. n.* 683. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1463. *it. vestrog. p.* 213. *amoen. ac. ed. Schreb.* 8. *p.* 42. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 552. *Sv. Bot. t.* 641. *Flor. Dan. t.* 173. *Wahlenb. Vet. Ac Handl.* 1806. *p.* 62. *Kalm bohusl. p.* 65. *Fries halländ. p.* 124. *Wahlb. gothob. p.* 75. *Videgren österg. p.* 29. *Aspegr. blek. p.* 56.

Hab. in montibus sive formationis junioris ut Thorsborg Gotlandiae, Hunneberg et Halleberg Vestrogothiae, Omberg et Charlottenborg nec non Marmorbruket juxta Bråviken Ostrogothiae, va-

riisque locis Scaniæ ex. gr. Söderåsen, Kullaber — sive in littoralibus, ut inter Kungsbacka et Göth borg passim, ad Yxnerum Ostrogothiæ et Åke Sudermanniæ rarius, Blekingiæ quoque.

Stolonum radicalium folia subtus purpurascentia, qui c lor etiam in caulinis aliquantum remanet. Planta saepi sesquipedalis, sed tenuior quam praecedens, tota glaberrin Inflorescentia latior subpaniculata; ramis patentibus; bract angustis. Flores flavi; petalis quatuor lineas longis.

849. HYPERICUM *pulchrum:* caule tereti, foliis sul cordatis amplexicaulibus utrinque discoloribus cr berrime pellucido-punctatis, calycibus margine gla dulosis. *Linn. spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 146 *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 551. *Sv. Bot. t.* 53 *Fl. Dan. t.* 75. *Fries nov. p.* 56. *halland. p.* 12

Hab. in scopulo marino supra Kungsbacka Hallai diæ borealis raro.

Planta saepe pedalis et ultra, sed tenuior quam omn praecedentes; caule fere filiformi. Folia inferiora plerumq pulchre purpurea (unde nomen speciei), sed vix semiuncia longa, magis crassa et oleosa quam ceterorum. Neq bracteae nec calyces serrati, verum glandulis sessilibus pra diti, obtusi. Flores minores; petalis flavis, extus rubicund sesquitertiam lineam longis.

850. HYPERICUM *humifusum:* caule subancipiti fil formi prostrato, foliis sublanceolatis pellucido-pu ctatis, floribus subcymosis, petalis calyce sesqu longioribus. *Linn. svec. n.* 681. *spec. pl. ed. Wil den.* 3. *p.* 1461. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 54 *Flor. Dan. t.* 141.

Hab. in arvis humidis vel ad ripas arenosas paludu Scaniæ orientalis arenoso-campestris ad Magl hem, Degeberga, Gualöf etc. copiose; in adjace te regione ad Träne, Trullstorp paroeciæ V. Wra etc. parcius; in tractu arenoso medio ad Efverl rarissime (et olim inter Ystad et Trelleborg ta tum solitarium): *Fries.*

Planta apud nos serotina post messem quaerenda inco

picua, in agris radice fere annua, sed in campis saepius perennante. Caules omnino fili tenuitatis, longitudine digiti. Folia quinque lineis non longiora. Flores pallidius flavi, minimi hujus generis (fere ut in Trientali); petalis sesquitertiam lineam longis. Styli semper reflexi (nec patentes ut in ceteris).

CLASSIS XIX.

SYNGENESIA.

CONSPECTUS.

I. Sect. POLYGAMIA: *Ord. nat.* 45. *Compositae* (semen nudum).

1. ORD. POLYGAMIA ÆQUALIS.

a. Corollulae planipetalae: ligula extrorsum versa: *β. Semiflosculosae.*

Pappus plumos. stipitatus. Cal. simpl. longe pyramidatus 304. TRAGOPOGON
subsessilis. Calyx basi imbricatus – 305. SCORZONERA
sessilis. Calyx duplex: exteriore laxo – 306. PICRIS
Papp. capillaris stipitat. Calycis squamae exteriores inaeq. 310. LEONTODON
Calyx cylindricus - - - - 309. LACTUCA
subsessilis. Cal. squam. patul. basi calyculatus 311. CREPIS
cylindricus subpentaph. 308. PRENANTHES
sessilis. Calyx basi ventricosus - - - 307. SONCHUS
Papp. rigidulus inf. plumos. paleis recept. interstinctus 312. HYPOCHAERIS
paleis nullis - - - - - 313. APARGIA
scaber sessilis. Calyx ovatus - - 314. HIERACIUM
Pappulus paleaceus vel coronaeformis. Calyx simplex - 315. HYOSERIS
duplex - 317. CICHORIUM
nullus. Calyx octophyllus - - - - - - 316. LAPSANA

b. Corollulae longe tubulosae intra Calycem ventricosum: *α. Capitatae.*

Calyx squamis apice hamatis. Pappus setaceus brevis – 318. ARCTIUM
inermibus adpressis - - - - - - 319. SERRATULA
spinula terminatis - - - - - - 320. CARDUUS
bracteis obvallatus. (Flos flavus) 321. CNICUS
spin. strictam exserentib. Recept. alveolat. 322. ONOPORDON
duplex. Receptaculum paleis spinescentibus - - 323. CARLINA

c. Corollulæ brev. tubulosæ (rarius radio prædit
γ. Discoideæ.

Pappus 2-3-4-aristatus. Receptac. paleaceum. (Folia opposita) 324. Bide
setaceus. Recept. nud. Cal. pauciflorus. (Fol. oppos.) 325. Eupatorii
ovatus - - - - 326. Chrysocoi

2. ORD. POLYGAMIA SUPERFLUA.

a.) *γ. Discoideae* v. Radio semper destitutæ.

Semina marginata - - - - - - - - - - - 327. Tanacetu
calva - - - - - - - - - - - - - 328. Artemisi
pappo clavato vel setaceo - - - - - 329. Gnaphaliu

b.) *γ* Radiatae* quamquam interdum radio obsolet

Papp. lanatus. Cal. simplici serie polyphyll. (Scapus radic.) 331. Tussilag
(Caul. folios.) 335. Cineraria
setaceus. Calyx basi squamis sphacelaris - - 332. Senec
imbricatus. Radii subfilif. cærulei 330. Erigero
lanceolati cærulei - 333. Aste
subseni flavi - - 334. Solidag
numerosi flavi. Antheræ bisetosæ 336. Inul
simpl. polyph. Radii c. filam. (Fol. opp.) 337. Arnic
Sem. calvesc. Cal. simp. squam. æqualib. (Pedunc. radical.) - 338. Belli
imbric. squ. scarios. Recept. nud. 339. Chrysanthemu
herbac. Recept. nud. - 340. Matricari
Recept. paleaceum. Radii numerosi 341. Anthemi
subquini 342. Achill

3. ORD. POLYGAMIA FRUSTRANEA.

Radii corollulæ tubulosæ: limbo subæquali (α. Capitatæ) 343. Centaure

4. ORD. POLYGAMIA NECESSARIA.

Cal. duplex: exterior pentaph. Papp. capillaris (γ. Discoideæ) 344. Filag

II. Sect. (5. ord.) MONOGAMIA (Caps. polysp.

Calyx communis; proprius superus - - - - - - 345. Jasion
superus quinquedentatus. Corolla monopet. inæqualis 346. Lobeli
inferus pentaphyllus. Petalum inf. calcaratum - - 347. Viol
diphyllus. Corolla tetrapetala - - - 348. Impatien

ORD. 1. POLYGAMIA ÆQUALIS

304. TRAGOPOGON.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1229. Juss. gen. p. 196. Gærtn. fr. 2. p. 368. t. 159.

Calyx simplex (nec imbricatus), subdecempartitus, lon

ge pyramidatus. Receptaculum nudum, excavato-punctatum. Pappus stipitatus plumosus. — *Folia indivisa attenuata.*

651. TRAGOPOGON *pratensis*: foliis integerrimis basi dilatatis lineari-acuminatis carinatis margine subundulatis, pedunculis teretibus, calycibus corollæ ligulas subæquantibus. *Linn. svec. n.* 648. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1492. *Sv. Bot. t.* 146. *Flor. Dan.* 6. *t.* 906. *Samz. neric. p.* 57. *Wahlenb. ups. n.* 485. *Fries nov. p.* 94.
* undulatus: foliis undulatis. *Fries nov. p.* 56.
β. suberadiatus: foliis brevibus strictis. *Fries l. c. p.* 95. T. major *Jacqu. austr. t.* 29.
* minor; foliis attenuatis flaccidis. *Miller. Fries l. c.*
Hab. in pratis apricis et ruderatis per regiones magis campestres a Scania ad Bahusiam, Vestrogothiam, Nericiam et Uplandiam frequenter; β Scaniæ ad Bosjökloster, β * ad Lund copiosius.

Radix perennis, fusiformis, Svecis *Hafrerot* v. *Salsofi.* Planta glaberrima, nonnihil glaucescens, circiter bipedalis, stricta, pauciflora. Flores in ramis solitarii, duos pollices lati, saturate flavi. — In meridionalibus siccioribus ad radicem magis luxuriat, foliis tenuioribus curvatis, floribus magis solitariis, minoribus, radiis praecipue brevioribus vel nullis.

305. SCORZONERA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1230. *Juss. gen. p.* 190. *Gaertn. fr.* 2. *p.* 367. *t.* 159.
Calyx polyphyllus, basi imbricatus; squamis margine scariosis. Receptaculum nudum. Pappus subsessilis, plumosus. — *Folia indivisa petiolata.*

652. SCORZONERA *humilis*: caule subnudo unifloro (superne lanato), foliis radicalibus nervosis planis oblongo-lanceolatis. *Linn. svec. n.* 685. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1499. *it. scan. p.* 50. 134. 151. 153. 248. 286. *vestrog. p.* 23. 32. 39. 64. 74. 92. 93. *oel. p.* 47. 61. 115. (36.) *am. ac.* 8. *p.* 42. 102. *Vet. Ac. Handl.* 1741. *p.* 203. *Sv. Bot. t.* 212. *Flor. Dan. t.* 816. *Samz. neric. p.* 58. *Wahlenb. Vet. Ac. H.* 1806. *p.* 62. *ups. n.* 486. *Carls. strengn. p.* 44.

amplexicaulibus dentatis runcinatis indivisisve, *Linn. svec. n.* 688. *α. β. spec. pl. ed. Willd.* 3. p. 1514. *n.* 17. *α. β Fl. Dan. t.* 682. (runcin.) *Wahlenb. lapp. n.* 356.

β. asper: dentibus foliorum pungentibus. *Linn. l. c. γ. δ. Flor. Dan. t.* 843.

Hab. solo pingviori culto et ruderato fere totius Sveciæ, Lapponia vix excepta, ubique.

Radix annua. Herba divisione foliorum et asperitie laciniarum valde varians, sed semper eximie lactescens et succosa Svecis *MjölkTistel*, *VattenTistel*, *SkråfTistel* etc. Pedunculi lanugine alba mox decidua. Flores lutei, minores, vix latitudine digiti medii.

857. SONCHUS *alpinus*; racemo simplici hirto bracteato pedicellisque bracteolatis, foliis basi sagittatis sursum lyratis: lobo extimo maximo triangulari. *Linn. svec. n.* 689. *spec. pl. ed. Willd.* 3. p. 1519. *Fl. Dan. t.* 182. *Sv. Bot. t.* 657. *Wahlenb. lapp. n.* 357. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 100. *Hisinger herjed. p.* 52.

Hab. locis umbrosis pingvioribus subhumidis in radicibus totius alpini jugi usque ad Transtrand Dalekarliæ frequenter; descendens quoque Medelpadiæ et Angermanniæ ad Bjertrå usque passim.

Radix perennis, carnosa, ramosa. Planta post n. 1. altissima hujus generis, quadripedalis et ultra, Medelpadis *Mjölkstut*, Jemtlandis *Tort* s. *Torta* (forsan quasi stercorea sec. Ihre gloss. p. 927. 90.) Folia basi angusta, sed extrorsum saepe plus quam spithamam lata, subtus glaucescentia. Flores caerulei.

858. SONCHUS *sibericus*: pedunculis glabris squamosis subcorymbosis, foliis sessilibus lanceolatis denticulatis; radicalibus subruncinatis. *Linn. svec. n.* 690. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1522. *Gmel. sib.* 2. *p.* 11. *t.* 3 *Wahlenb. lapp. n.* 358. *Deinboll in Tidskr. f. Naturv.* 1. *p.* 126.

Hab. in nemoribus subhumidis juxta flumina per partem sylvaticam supremam Lapponiæ Kemensis, ut inter regionem Fælles et Enare frequenter, ad Ivalojoki parcius; nec non Lapponiæ Tornen-

sis circa Jukkasjärvi etc. rarius; — ceterum non nisi ad oram Angermanniæ prope Stigsjö, ad Mjellån, Medelpadiæ ad Silje quasi e Finlandia adventitius.

Radix perennis, repens. Planta tota plerumque pedem alta, angusta. Folia digitum tantum lata; infima basi subamplectentia. Flores caerulei.

508. PRENANTHES.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1236. Juss. gen. p. 188. Chondrilla *Gærtn. fr. 2. p. 363. t. 158.*

Calyx cylindraceus, subpentaphyllus, subquinqueflorus, basi squamis paucis brevibus calyculatus. Receptaculum nudum. Pappus (subsessilis vel) in nostra specie breviter stipitatus, capillaris, mollis. — *Herbæ teneræ.*

859. PRENANTHES *muralis*: foliis runcinatis: lobo terminali quinquangulari, floribus paniculatis; flosculis quinis. *Linn. syst. n.* 692. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1545. *Flor. Dan. t.* 509.
Cicerbitula muralis *Wallroth sched. crit. p.* 436.
Hab. in umbrosis ad petras et rupes a Scania ad Vermlandiam ferrimontanam, Dalecarliam prope Säter et Norrlandiam passim.

Radix perennis, subrepens. Planta laevissima, circiter tripedalis. Folia auriculis amplexicaulia, spithamaea. Panicula divergens; calycibus in toto ordine angustissimis, vix lineam crassis; flosculis flavis.

509. LACTUCA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1234. Juss. gen. p. 189. Gærtn. fr. 2. p. 361. t. 158.

Calyx cylindricus, imbricatus; squamis acuminatis, margine membranaceis. Receptaculum excavato-punctatum, glabrum. Pappus stipitatus, capillaris, mollissimus, fugax. — *Folia incisa, flores minuti paniculati.*

860. LACTUCA *Scariola*: foliis verticalibus runcinato-pinnatifidis acutis basi sagittatis carina cauleque aculeatis. *Linn. spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1526. *Fl Dan. t.* 1227. *Fries phys. sällsk. årsb.* 1823. *p.* 89. *nov. p.* 119.

L. sylvestris laciniata *Moris. hist.* 3. *p.* 58. *sect.* 7 *t.* 2. *f.* 17.

β. foliis minus profunde incisis.

L. virosa *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 186. *oec. p.* 348. (ne Linn. neque Woodvill t. 250).

Hab. in aggeribus et agris Scaniæ ex. gr. Lundin extra portam septentrionalem frequenter; *β.* Calmariæ extra portam litoralem forsan adventitia.

Radix biennis videtur. Caulis saepe quadripedalis, valde virgatus, aculeolis pallidis exasperatus. Folia praecipue inferiora ultra medium divisa; laciniis deorsum falcatis, margine inferiore integris. Panicula composita, sed valde virgata. Flores serotini, quatuor lineas tantum lati, pallide lutei. Planta inodora (nec foetens ut *L. virosa* L).

310. LEONTODON.

Linn. gen. (partim). *Gærtn. fr.* 2. *p.* 363. *t.* 158. Taraxacum *Juss. gen. p.* 189

Calyx polyphyllus; foliolis exterioribus reflexis aut patulis inæqualibus. Receptaculum nudum. Pappus stipitatus, capillaris. — *Herbæ pedunculis radicalibus fistulosis.*

861. LEONTODON *Taraxacum:* foliis runcinatis dentatis, squamis calycinis exterioribus reflexis. *Linn. svec. n.* 693. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1544. *Sv. Bot. t.* 4. *Flor. Dan. t.* 574. *Wahlenb. lapp. n.* 359. *Fries nov. p.* 37.

β. tenue: scapo subfiliformi deflexo, squamis calycinis erectiusculis paucioribus, foliis passim indivisis. *Linn. it. oel. p.* 62. *Wahlenb. Vet. Ac. H.* 1806. *p.* 62. L. palustre *Smith Engl. Bot.* 8. *t.* 553. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 156. *Fl. Dan. t.* 1708. L. lævigatum *Fries nov. p.* 13. 37.

γ. obliquum: foliis ad costam mediam usque divisis (v. pinnatis). *Aspegren bleking. p.* 57. L. obliquum *Fries nov. p.* 14. 37.

Hab. in cultis, ad vias, agros per totam Sveciam, vix alpibus quidem altioribus exceptis, ubique; *β.* locis tum nimium humidis tum admodum siccis; *γ.* in ipso litore maris Scaniæ, Blekingiæ etc.

Radix perennis, subfusiformis, extus nigra. Folia tenuia,

laete viridia, eximie runcinato-dentata, unde Bahusiis *Hajtand.* Pedunculi radicales plerumque spithamaei; flore magno flavo Svecis *Smörgubbar, Smörblomster.* Receptacula demum restant *Munkhufvud* vel *Skallnacke* dicta. — In macris locis australioribus multifariam variat calyce erecto, foliis tum nimium indivisis tum divisis.

311. CREPIS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1239. Juss. gen. p. 189. Gærtn. fr. 2. p. 364. t. 158.

Calyx polyphyllus, demum torulosus ventricosusque, basi squamis patulis pluribus calyculatus. Receptaculum nudum. Pappus subsessilis capillaris. — *Herbæ plerumque totæ annuæ, caule folioso.*

862. CREPIS *tectorum:* panicula calyceque pubescente oblongo, foliis lævibus sessilibus lanceolatis dentatis pinnatifidisve. *Linn. svec. n.* 705. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1601. *Fl. Dan. t.* 501. (Leont. aut.) *Wahlenb. lapp. n.* 368

Hab. ad vias, ruderata, culta, in muris, tectis totius Sveciæ, Lapponia superiore tantum excepta, ubique.

Radix annua. Planta magnitudine et divisione valde varians, interdum bipedalis foliis pinnatifidis, sed locis sterilissimis vix pedalis foliis indivisis vixque dentatis. Panicula semper pubescens erecta, calyce angusto latitudine tantum duarum linearum, floribus pallide luteis semiuncia vix latioribus.

863. CREPIS *biennis:* pedunculis subcymosis patentibus calycibusque glabriusculis ovatis superne dorso asperulis, foliis scabris sessilibus runcinato-pinnatifidis. *Linn. svec. n.* 706. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1603. *it. scan. p.* 171. 209. 242. 243. 311. (C. scanensis) *Engl. Bot.* 3. *t.* 149. *Retz. oec. p.* 202. *Montin Vet. Ac. Handl.* 1766. *p.* 242.

Hab. in vallis et limitibus viarum agrorumque Scaniæ argillaceo-campestris extimæ et sublittoralis fere ubique, ex. gr. ad Cimbrishamn copiose, inter Ystad et Trelleborg frequenter, versus Malmö, ad Lund, Ramlösa ubique copiose; Hallandiæ meridionalis ad Halmstad raro.

Radix biennis. Caulis saepe tripedalis, strictus, ad angulos asperulus. Folia profundius divisa quam in praecedente; laciniis magis retrospicientibus. Pedunculi magis patentes. Calyx duplo crassior, ad basin crassitie fere digiti minimi; squamis nigricantibus. Flores majores fere unciam lati, flavi, aestivales.

312. HYPOCHÆRIS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1246., Juss. gen. p. 191. Gærtn. fr. 2. p. 374. t. 160.

Calyx polyphyllus, imbricatus; foliolis valde inæqualibus. Receptaculum paleis deciduis membranaceis foliola calycina fere æquantibus. Pappus plumosus stipitatus in plerisque perennibus (*Achyrophorus* Scop. Gærtn.) n. 864. 865.; sed ad radium omnino sessilis in annuis n. 866. — *Herbae scapis paucifloris.*

864. HYPOCHÆRIS *maculata*; hirta, scapo solitario subbifloro, foliis oblongis dentatis indivisis. *Linn. svec. n.* 708. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1620. *it. scan. p.* 25. *Flor. Dan. t.* 149. *Wahlenb. ups. n.* 492. *lapp. n.* 369. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 100 *Hagström jemtl. p.* 43.
Achyrophorus maculatus *Scopol.*
Hab. in pratis montosis soli expositis a Scania ad Vestmanniam superiorem, Dalecarliam omnem usque ad Boda et Osmundsberg, ac Uplandiam frequenter, dein rarius usque ad Lapponiam inferiorem, sed Jemtlandiæ copiosissima.

Radix perennis, crassa. Herba quoque longe crassior proximis, vere oleracea Svecis *Fruekål*, *Fibler*, *Märrmjölk*. Folia radicalia terrae adpressa, saepe plus quam semipedalia, fusco-maculata. Scapus circiter bipedalis; pedunculis fere e medio latere patentibus, non nisi bractea angusta fulcratis. Flos ex maximis flavus, Smolandis *Oxögon*, Jemtlandis *Slåtterkulla*.

865. HYPOCHÆRIS *radicata*; foliis hirtis dentato-runcinatis obtusis, scapis glabris subbifloris versus calycem glabrum squamosis. *Linn. svec. n.* 709. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1622. *it. scan. p.* 225. 243. 257. *Flor. Dan. t.* 150. *Retz oec. p.* 324. *Fries halland. p.* 129. *Aspegren bleking. p.* 58.

Achyrophorus radicatus *Gaertn. fr.* 2. *p.* 370. *t.* 159. Hab. in pratis apricis subhumidis regionum littoralium provinciarum meridionalium frequenter, ut Scaniæ a Scanör versus Helsingborg et ab altera parte trans Ystad ad Cimbrishamn et Degeberga ubique, Hallandiæ usque ad Femsjö frequenter nec non Vestrogothiam proximam rarius, Blekingiæ littoralis ubiqne, Oelandiæ ad Ottenby etc.

Radix perennis, multiceps. Folia ultra medium divisa in lacinias retrospectantes. Scapi vix pedales, undique adscendentes. Calyx circiter quatuor lineas crassus, sed demum unciam longus, subcaesius. Flores plusqnam unciam lati, aestivales, pallide lutei; sub radio caesii. Semina intermedia cum stipite et pappo omnino uncialia; paleis ejusdem longitudinis hyalinis intersepta.

866. HYPOCHÆRIS *glabra:* subglabra, foliis dentatolyratis, scapis subramosis exsquameis, calycibus paucifloris elongatis: paleis calyce demum longioribus; pappo radii sessili. *Linn. spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1621. *Flor. Dan. t.* 424. *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 189. *oec. p.* 324. *Osbeck götheb. handl.* 4. *p.* 24. *Fries halland. p.* 129. *Aspegr. blek. p.* 58. Hab. in arvis et agris secalinis arenosis ad oram occidentalem Scaniæ ex. gr. Rydaskog, et præcipue Halandiæ ex. gr. ad Halmstad, Tröningge, Eldsberg etc. copiose, Smolandiæ adjacentis rarius, Blekingiæ occidentalis ad Norje, Skillinge etc. frequens.

Radix annua, ramosa. Folia crassiuscula vix digitum minorem lata, obscurius viridia; tam obtuse incisa ut fere lyrata. Scapi circiter spithamaei, valde juncei ut reliquae partes plantae. Calyx cylindraceus, crassitie tantum pennae gallinaceae, duas tertias unciae longus. Flores ad solstitium praecipue explicati, minuti, vix dimidiam unciam lati, flavi.

313. APARGIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1232. Leontodon *Juss. gen. p.* 190.
Virea *Gärtn. fr.* 2. *p.* 365. *t.* 159.

Calyx polyphyllus, basi imbricatus vel squamis angustis inæqualibus subcalyculatus. Receptaculum nu-

diusculum. Pappus subsessilis, rigidulus, plumosus. — *Herbæ radice perenni, scapis nudis uni- vel paucifloris tenuibus.*

867. APARGIA *autumnalis:* scapis declinatis glabris ramosis: ramis unifloris superne squamosis in calycem basi angustatum abeuntibus, foliis glabriusculis lanceolatis subruncinatis. *Willden. spec. pl.* 3. *p.* 1550. *Sv. Bot. t.* 642. *Engl. Bot.* 12. *t.* 830. *Wahlenb. lapp. n.* 361.
Leontodon autumnale *Linn. svec. n.* 695. *it. scan. p.* 225. 240. (chondrilloides).
* salina: scapo subunifloro, foliis indivisis leviter dentatis. *Aspegren bleking p.* 57.
β. asperior: calycibus nigro-hirsutis. *Wahlenb. l. c. Fries halland. p.* 126.
* uniflora, pumila, foliis minus divisis.
A. Taraxaci *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 134. 153. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 108.
Hieracium Leontodontis. *Linn. faun. svec. app. p.* 558.
Hab. in pratis et pascuis præcipue ad semitas per totam Sveciam usque ad Lapponiam inferiorem ubique frequenter; *β* præcipue ad mare Nordlandiæ Norvegicæ et Hallandiæ; denique *β** in montanis Smolandiæ occidentalis, Jemtlandiæ, alpibus Lapponiæ Pitensis etc. passim.

Folia satis tenuia et laxa, saepius etiam divisa in lacinias lineares squarrosas, sed interdum praecipue prope scapos indivisa oblonga et tantum dentata. Scapi vix pedales adscendentes circiter triflori; floribus inferioribus serioribus usque ad aequinoctium, unde Angermannis *Staduflur.* Calyx etiam in media Svecia saepe asperulus, quae asperities in subalpinis augetur usque dum in summis alpibus praecipue australioribus nigro-hirsutus fiat calyx in scapo unifloro sursum incrassato etc.

868. APARGIA *hispida:* scapo unifloro exsquameo calyceque basi ovato (hirto), foliis (furcatim hirtis) oblongatis runcinatis; dentibus apice callosis. *Willden. spec. pl.* 3. *p.* 1552. *Flor. Dan. t.* 862. *Sv.*

Bot. t. 643. *Fries halland. p.* 126. *Wahlb. gothob. p.* 76. *Aspegren bleking. p.* 57.
Leontodon hispidum *Linn. svec. n.* 694. *it. vestrog. p.* (14.) 39. 62. 92. *scan. p.* 115. 157. 243. 311. *am. ac.* 8. *p.* 102. *Vet. Ac. Handl.* 1741. *p.* 203. *Samz. neric. p.* 58.
A. hastilis β *Schrad.*
β. undique glabrescens. *Fries nov. p.* 104.
A. hastilis *Willden. spec. pl.* 3. *p.* 1548. *Jacqu. austr. t.* 164. (Leont.) *Gærtn. fr.* 2. *p.* 365. (Virea). *Fries nov. p.* 56.
Hab. in pratis collinis asperis elevatis supra formationem transitionis provinciarum intermediarum, ut: Nericiæ ad Skävid paroeciæ Wiby, in Snaflunda etc. Ostrogothiæ ad Gärsta, Sjökumla, Vadstena etc. Vestrogothiæ ad Billingen, Ålleberg, Mösseberg, Kinnekulle satis frequenter, Scaniæ campestris fere ubique; — ceterum in meridionalibus provinciis granitoideis a Blekingia et Scania ad Götheborg et per totam Smolandiam ad Jönköping passim. β. in fagetis humidis inter Krageholm et Snogeholm Scaniæ, ad Sperlingholm Hallandiæ nec non (propius ad A. hispidam accedens) in paroecia Fryeled Smolandiæ.

Folia in parciores, latiores et breviores lacinias secta quam praecedentis, etiam crassiora ut tota planta. Scapi semper uniflori, rigidiores, plerumque semipedales. Calyx crassior fere digitum minimum latus. Flos unciam et tres lineas latus, fulvescens, ideoque spectabilior quam affinium. — β non differt nisi glabritie et tenuitate.

314. HIERACIUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1238. *Juss. gen. p.* 189. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 360. *t.* 158.

Calyx polyphyllus, ovatus, imbricatus squamis inæqualibus. Receptaculum scabriusculum. Semina brevia subturbinata. Pappus sessilis rigidulus, setaceus, scaber. — *Herbae radicibus perennibus, floribus flavis;* 1) *scapo subnudo n.* 869-873. 2) *caule uni- vel bifolio; foliis subpetiolatis n.* 874. 875. 3) *caule multifolio; foliis sessilibus amplexicaulibusve n.* 876-879.

869. HIERACIUM *alpinum*: scapo unifloro subnud calyceque villosissimo inferne laxo, foliis oblong integris dentatisve petiolatis villosis. *Linn. sve n.* 696. (*spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1561. var.) *S Bot. t.* 644. *Flor. Dan. t.* 27. var. parvifl. *Wah lenb. lapp. n.* 362. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814 *p.* 103. 104. — 1818. *p.* 134. 151. *Hising. herj. p.* 5

Hab. in campis elatis sterilibus omnium alpium e regionum subalpinarum a Hemfjället prope Tran strand Dalecarliæ usque ad summam Lapponiam ubique.

Planta villo plerumque duas lineas longo umbrino-fulve scente obtecta, florens saepe tantum digitalis, sed fructifi cans interdum pedem alta. Folia radicalia utplurimum tan tum semiunciam lata et integra, sed interdum latiora et den tata; caulina rarius nisi bracteae caule vix latiores. Flo fere maximus hujus generis, circiter octo lineas longus, u in plerisque pallide luteus.

870. HIERACIUM *Pilosella*: scapo unifloro calyceque hirto, stolonibus repentibus, foliis integerrimis el lipticis subtus albido-squamulosis. *Linn. svec. n.* 698. *spec. pl. ed. Willden.* 3 *p.* 1563. *Sv. Bot. t.* 458. *Flor. Dan.* 7. *t.* 1110. *Hartman Vet. Ac Handl.* 1814. *p.* 100.

Hab. in pascuis sterilissimis siccissimis magis cam pestribus a Scania usque ad Umeå Vestrobotniæ et Jemtlandiam passim.

Omnium maxime serpit stolonibus suis; folia minora uncia vix unquam longiora, subtus nivea, supra viridia, Svecis *Musöron*. Pedunculus radicalis eo tenuior, plerum-que digito brevior. Flos sulphureus; ligulae extus fasciis croceis concinne pictae.

871. HIERACIUM *Auricula*: scapo subunifolio pauci-floro, stolonibus repentibus, foliis integerrimis lan-ceolatis subtus glaucescentibus glabriusculis. *Linn. svec. n.* 699. *Flor. Dan. t.* 1111. *Wahlenb. lapp. n.* 363

β. majus: scapo subumbellato. *Wahlenb. ups. n.*

γ. collinum: superne subvillosum, foliis concolo-ribus. H. collinum *Fries nov. p.* 74.

Hab. in pratis et pascuis fere totius Sveciæ scil. a Scania ad Lapponiam inferiorem frequenter; γ præsertim in Calmariensi regione.

Planta valde mutabilis, mense florescentiae optima et minor, foliis tantum ad basin ciliatis, scapis circiter trifloris spithamaeis; sed seriore aestate stolones saepe scapiferi, foliis ubique ciliatis vix glaucescentibus, scapis pedalibus, varie divisis multifloris. Flores semper minores quam in plerisque ceteris, utrinque flavi.

872. HIERACIUM *dubium*: scapo unifolio umbellato divergenter pilosulo stellulatimque pubescente, foliis integerrimis lanceolatis omnibus caespitosis. *Linn. svec. n.* 698. *Wahlenb. ups. n.* 496. *Flor. Dan. t.* 1044. *Forsand. veg. scan. p.* 8.
H. cymosum *Fries nov. p.* 74. α. β. δ. ε.
H. fallax *Willden. enum. hort. ber. p.* 822. *Regensb. bot. Zeit.* 1822. *p.* 188.
β. inferne villosum, scapo magis folioso. *Fries l. c.* γ. *Aspegren blek. p.* 57. *n.* 587. β. *Fl. Dan. t.* 810.
Hab. in pratis siccioribus Sveciæ orientalis a Blekingia, Gotlandia, Ostrogothia et Uplandia usque ad Vermlandiam Vestmanniamque ferrimontanam et Dalecarliam ad Ore passim; demum etiam Jemtlandiæ, Vestrobottniæ ad Skellefteå et Lapponiæ Pitensis ad Itsak; β in siccissimis Oelandiæ frequenter, Blekingiæ raro.

Planta non sine dubio distingvenda a praecedente defectu stolonum verorum, foliis saepe spithamam longis, eximie ciliatis, utrinque obscurius viridibus, scapis sesquipedalibus praecipue basi hirtis, umbella saepe vigintiflora, — et ab extraneo H. cymoso L. scapo basi non tam multifolio, pilis non ita erectis in basi flavescenti insidentibus, colore obscuriore. Sed formae intermediae numerosae. Vermlandis *Hundfötter*.

873. HIERACIUM *præmorsum*: scapo nudo thyrsifloro: floribus superioribus præcocioribus, foliis ovalibus dentatis pubescentibus. *Linn. svec. n.* 700. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1568. *amoen. ac.* 8. *p.* 102.

Fl. Dan. t. 942. *Gmel. sib.* 2. *p.* 32. *t.* 13. *f.* 2. *Retz. oe p.* 297. (*Fries hall. p.* 127. obs.) *Ahlqu. runst. p.* 2
Hab in pratis apricis præcipue margaceis Sveciæ orientalis a Scania et Gotlandia per Sudermaniam ad Uplandiam et Nericiam satis frequenter ceterum vix nisi in montibus transitionis Vestrogothiæ copiose, Ostrogothiæ, et Dalecarliæ ad Boda capell rarius.

Radix ob brevitatem quasi praemorsa et tota planta distinctissima generis sui, pubescentia tantum tenui canescenti Folia anguste petiolata, sesquipollicem lata. Scapus omnino nudus, sine minimo foliolo, saepe sesquipedalis. Thyrsu longitudine digiti minimi, ad solstitium florens luteus.

874. HIERACIUM *pellucidum*: caule fistuloso paucifolio; foliis caulinis longe petiolatis ovatis glandulose dentatis pellucido-punctatis; radicalibus infimi subcordatis, calycibus tenuibus sparsis glandulosis.
β. foliis caulinis pluribus basi magis attenuatis.
H. diaphanum *Fries nov. p* 75. 106. (*hall. p.* 128)
γ. minus: rigidius. H. murorum *Fries hall. p.* 127
Hab. in sylvis abiegnis ad radices umbrosissimas succosas montium per regiones interiores, ut Angermanniæ supremæ ad Tåsjöberget (*Læstadius*); β Smolandiæ orientalis in paroecia Helleberg ad diversorium Villköl; γ Smolandiæ occidentalis in paroecia Femsjö ad Ålmås rarius.

Radix non parum repens et planta tota magis extensa et gracilis quam affines. Folia radicalia exteriora omnino cordata et integerrima, subtus rubicunda; interiora basi saepe laciniata; caulinum plerumque tantum unicum, maxime tenue, adeo ut puncta non pauca pellucentia. Caulis pedalis vel paullo ultra. Pedunculi florum plerumque divergunt.

875. HIERACIUM *murorum*: caule paucifolio: foliis caulinis subpetiolatis; radicalibus subovatis dentatis, calycibus tenuibus sparsis glabriusculis. *Linn svec. n.* 701. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1577. *it. vestrog. p.* 23. 51. 59. 257. *scan. p.* 280.
H. vulgatum *Fries nov. p.* 76.
β. ambiguum: foliis caulinis sessilibus basi attenuatis. *Ehrh. beitr.* 5. *p.* 178.

H. sylvaticum *Flor. Dan. t.* 1113.
Hab. in sylvis ad rupes totius Sveciæ ubique.
Radix magis brevis et subnodosa. Planta tota rigidior et minor, plerumque vix pedalis. Folia caulina minora et fussiora. Calyx fere isdem i foliolis tenuioribus quam sequentium.

76. HIERACIUM *sylvaticum:* caule multifolio hirto paniculato; pedunculis tomentosis, foliis lanceolatis basi subamplexicaulibus sinuato-dentatis hirtis. *Wahlenb. lapp. n.* 565. *Zetterst. res.* 2. *p.* 108. 131.
β. glabrius: præcipue superne.
* ramosum: caule magis ramoso.
H. ramosum *Kitaib. hung.* 3. *p.* 240. *t.* 216.
H. sabaudum *Linn. svec. n.* 703. *it. scan. p.* 304. (nec spec. pl.). *Fl. Dan. t.* 872. *Fries hall. p.* 128.
H. boreale *Horneman plant.* 3. *p.* 821.
γ. rigens: foliis oblongis utrinque grosse tridentatis.
H. rigidum *Wahlb. gothob. p.* 76.
Hab. in sylvis maxime desertis ad fluvios Lapponiæ frequenter, Angermanniæ interioris ex. gr. ad Långsele; β in Angermannia inferiore, Dalecarlia ad lacum Ore etc. β* in montosis Sveciæ occidentalis ex. gr. Vestrogothiæ; etiam Roslagiæ; γ in maritimis occidentalibus ex. gr. Gothoburgi.
Majus et firmius omnibus affinibus, saepe tripedalis. Forma primaria nostra quoque asperior in caule et ad bases liorum, sed non tam pulchre ciliata ac insequens species.

77. HIERACIUM *prenanthoides:* caule multifolio hirto subracemifero, foliis basi cordata amplexicaulibus grosse dentatis ciliatis. *Villars delph.* 3. *p.* 108. *Willden. spec. pl.* 3. *p.* 1590. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 134. 150. — 1814. *p.* 100. (sylvaticum).
H. spicatum *Allion. pedem. n.* 795. *t.* 27. *f.* 1. 3.
Hab. in latere graminoso septentrionali-occidentali trans puteum petrolei montis calcarei transitionis Osmundsberg Dalecarliæ non parce, etiam Jemtlandiæ rarius.
Herba longe gracilior et gentilioris habitus nec non summe simplicior quam praecedens, unde Prenanthi cui-

dam comparata. Caulis penna columbina vix crassior, s quipedalis. Folia omnia distincte ciliata, ceterum fere g bra et subtus glaucescentia; in medio caule e lata ample cauli basi sensim angustata.

878. HIERACIUM *paludosum:* caule multifolio pa culato glabro, foliis superioribus cordatis ample caulibus dentatis; infimis petiolatis basi runcinat calycibus hispidis. *Linn. svec. n.* 702. *spec. pl.* *Willd.* 3. *p.* 1579. *it. vestrog* *p.* 32. 39. 64. *Fl Dan.* 6. *t.* 928. *Wahlenb. lapp. n.* 566. *Hart Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 100. *Wahlb. gothob.* 76. *Fries halland. p.* 129. *Videgr. österg. p.*

Hab. in pratis paludosis sylvaticis regionum mon sarum præcipue Sveciæ occidentalis passim, Lapponiæ meridionalis, Jemtlandiæ, Dal carliæ ad Säter, Osmundsberg etc. Vestrog thiæ inprimis ad Kinnekulle et Billingen freque ter, Bahusiæ, Hallandiæ, Nericiæ ad L bäck, Uplandiæ ad Jumkil, Mehede etc. Ostr gothiæ ex. gr. ad Motala, Slaka, Medevi, O berg copiosissime; Scaniæ saltim orientalis ubiq

Herba tota glaberrima omnium hujus generis, fere ole cea, saepe tripedalis; foliis saepius biuncialis latitudinis. (lyx setulis nigris eximie nigrescit. Flosculi lutei serotini

879. HIERACIUM *umbellatum:* caule multifolio u bellifero: foliis sublinearibus denticulatis scabri sculis sessilibus. *Linn. svec. n.* 704. *spec. pl.* *Willd.* 3. *p.* 1591. *it. scan. p.* 147. 342. *Sv. B t.* 425. *Flor. Dan. t.* 680. *Wahlenb. lapp. n.* 3

Hab. in pascuis siccis sylvaticis totius Sveciæ quo que sylvæ existunt frequenter.

Caulis strictus circiter bipedalis; sed folia angusta exi patent et praecipue umbellae circiter septemflorae pedun divergunt. Calyx quoque squarrosus glaber; foliolis latiori magis nigricantibus ut in tota sectione a n. 876. Flosculi vi serotini.

315. HYOSERIS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1242. *Juss. gen. p.* 189.
Arnoseris *Gærtn. fr.* 2. *p.* 355. *t.* 147.

Calyx simplex polyphyllus; squamis æqualibus ca

nato-alatis. Semina præcipue extima (vel paleis paucis terminata vel) in nostra specie minimâ tantum marginata coronâ pentagonâ. — *Herba scapigera, foliis radicalibus.*

880. HYOSERIS *minima*: scapis nudis subtrifloris: pedunculis fistuloso-clavatis, foliis obovatis dentatis. *Linn. svec. n. 707. it. gotl. p. 165. scan. p. 277. Fl. Dan. t. 201. Leche scan. p. 16. n. 63. Fries' halland. p. 129. Forsander veg. scan. p. 16. Aspegren bleking. p. 58.*
Lapsana pusilla *Willden. spec. pl. 3. p. 1623.*

Hab. in arenosis ruderatisque provinciarum littoralium extimarum meridionalium rarius, ut Gotlandiæ in Wisby, Blekingiæ extimæ ad Christianopel et Norje copiose, sed parcius Scaniæ interioris ad Simontorp paullo versus Efveröd loco Björket dicto ad molam, Hallandiæ ad Hasslöf etc.

Radix annua, ramosa. Folia radicalia lingulato-obovata, grosse dentata, digitum medium lata, pubescenti-asperula, ad medium costa pallidiore. Scapi interdum fere pedales, inferne crassitie tantum fili et purpurei, superne sensim incrassati demumque penna columbina crassiores, ibique virides ramosi. Calyx denique latior quam longus, magnitudine fere pisi. Flores ante solstitium expansi, calyce vix duplo latiores, intus lutescenti-citrini.

316. LAPSANA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1247. Juss. gen. p. 188. Gærtn. fr. 2. p. 358. t. 157.

Calyx squamis cymbiformibus octogonus, basi squamulis brevissimis stipatus. Semina calva apice punctiformi (nec ullo modo coronato). — *Herba caule ramoso folioso, neutiquam lactescens.*

881. LAPSANA *communis*: caule paniculato, foliis ovatis angulato-dentatis petiolatis: radicalibus lyratis. *Linn. svec. n. 710. spec. pl. ed. Willden. 3. p. 1624. it. (vestrog. p. 238.) scan. p. 422. Flor. Dan. t. 500.*

Hab. in cultis Sveciæ temperatioris usque ad Verm-

landiam et Angermanniam meridionalem infe-
rem frequenter, ex. gr. ad Arnäs (*Læstadius*).

Radix annua. Planta plerumque bipedalis, tota fere
bra, Svecis *Harekål* vel *Tomtört*. Flores ex minimis
jus ordinis, lutei.

317. CICHORIUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1251. Juss. gen. p. 191. Gærtn. fr. 2. p. 357. t.

Calyx duplex; exterioris squamæ quinque erectæ;
terioris octo elongatæ, demum supra medium refl
Semina margine multipartito coronata. — *Fl*
axillares cœrulei.

882. CICHORIUM *Intybus*: floribus axillaribus ge-
nis rameis subsessilibus, foliis runcinatis, caule
ferne simplici. *Linn. svec. n.* 711. *spec. pl.*
Willden. 3. *p.* 1628. *it. scan. p.* 115. 162. 178.
268. 395. 400. *oel. p.* 61. 77. 101. 127. *gotl. p.*
225. 247. 253. *Sv. Bot. t.* 56. *Flor. Dan. t.*

Hab. ad viarum agrorumque margines supra for-
tionem transitionis in Scania campestri ubi
(sed jamdudum Helsingburgi rarescens), Oela-
dia et Gotlandia frequenter.

Radix biennis. Folia prope radicem profunde runcin-
amplexicaulia. Caulis inferne ubi inseruntur folia simplic-
simus, sed dein paniculatim dividitur, totus plerumque qu-
dripedalis. Flores insignes sesquipollicem lati, cyanei,
stivales. Scanis *Blåbinkegrås* vel *BlåJernört*, Sve-
Vägvårda.

318. ARCTIUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1253. Lappa *Juss. gen. p. 193.*
Gærtn. fr. 2. p. 379. t. 162.

Calyx demum totus decidens, globosus, imbricatus
squamis omnibus linearibus in spinas hamatas desi-
nentibus. Receptaculum setoso-paleaceum. Pappi
setosus brevis. — *Herbæ foliis maximis indivisis u-*
ermibus, petiolis amplexicaulibus.

883. ARCTIUM *Lappa*; foliis cordatis denticulati
floribus subcorymbosis, calycis spinis glabriuscul
flosculos æquantibus. *Linn. svec. n.* 712. *spec. p*
ed. Willden. 3. *p.* 1631.

major: floribus fastigiatis solitariis, calycis spinis glaberrimis limbo flosculorum longioribus.
L. major *Decand. fl. fr. n.* 5011. *Fries nov. p.* 119.

β Bardana s. tomentosa: calycis spinis lana intertextis limbo flosculorum brevioribus. *Linn. l. c. Sv. Bot. t.* 63. (Lappa) *Flor. Dan. t.* 642.
A. Bardana *Willd. l. c. p.* 632. *Wahlenb. ups. n.* 503.

Hab. α (intermedia) ad agros, * in nemoribus sylvisque, β (minor) in hortis ruderatisque, per Sveciam usque ad Uplandiam, Vestmanniam et Vermlandiam inferiorem frequenter; dein prope mare rarius ad Arnäs Angermanniæ (*Læstadius*).

adix biennis subfusiformis, Svecis *Gicktrot*. Folia radia ultra pedem longa lataque, quo majora eo magis den-. Caulis in β minore circiter bipedalis magis divergens * majore saepe quadripedalis erectior. Calyx spinis in α * iunciam longis viridibus, sed in β vix tres lineas emetibus introrsum coloratis, Svecis *Borrar*, *Karborrar*, flor etc. Flosculi in majoribus rubicundi, in β saturaviolacei.

319. SERRATULA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1264. *Juss. gen. p.* 195. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 379. *t.* 162.

Calyx subcylindricus, imbricatus: squamis inermibus adpressis. Receptaculum setosum. Pappus setaceus denticulatus in n. 884 plumosus in n. 885. 886. — *Herbæ radicibus perennibus, foliis plus minusve divisis vix decurrentibus.*

884. SERRATULA *tinctoria:* foliis inermibus basi pinnatifidis: lacinia terminali maxima argute dentata, floribus cymosis. *Linn. svec. n.* 713. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1638. *it. scan. p.* 201. 277. 284. *oel. p.* 47. 124. *vestrog. p* 110 *Sv. Bot. t.* 170. *Fl. Dan. t.* 281. *Fries hall. p.* 130. *Wahlenb. ups. n.* 504. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818 *p.* 123.

Hab. in pratis subuliginosis campestribus provinciarum meridionali-orientalium ab Hallandia per Scaniam, Oelandiam, Gotlandiam meridionalem, Ostrogothiam inferiorem, Sudermanniam prope Mälaren usque ad Upsaliam passim copiose.

Folia radicalia extima saepe indivisa; caulina suprema to ta pinnatifida; Svecis *Ångskåra*, *Skåra* etc. Caulis sae pius bipedalis gracilis. Calyx turbinatus, coloratus. Flo sculi rubro-violacei, serotini. Pappus fulvescens.

885. SERRATULA *alpina*: foliis inermibus indivisi subdentatis; superioribus subtus lanatis, floribu cymosis. *Linn. svec. n.* 714. *spec. pl. ed. Willd.* 3 *p.* 1641. *Flor. Dan. t.* 37. *Wahlenb. lapp. n.* 370 *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 128. *Hisinge herjed. p.* 14. 51. 52.

Heterotrichum alpinum *Link enum.* 2. *p.* 298.

Hab. locis humidis suboccultis per alpium latera in feriora et radices adjacentesque sylvaticas regione a Lapponia summa usque ad Herjedalen frequenter descendens rarius Vestrobotniæ ad Skellefteå.

Planta facile dignoscenda mollitie omnium partium ut et iam lanugine quadam in plerisque cum insigniter plumos pappo, sed magnitudine et latitudine admodum variat. Sun exemplaria foliis fere gramineis et calyce tantum duas linea lato, alia autem foliis latitudine digiti vel plus quam polli cis et calyce fere digitum minimum crasso. Calycis squamae semper adpressae, obtusae, margine fuscescente. Flosculi eleganter violacei.

886. SERRATULA *arvensis*: foliis spinulosis dentato-pinnatifidis squarrosis, caule paniculato. *Linn svec. n.* 715. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1646. *Flor Dan. t.* 644. *Bjerkand. Vet. Ac. H.* 1776. *p.* 87

Hab. in agris et cultis Sveciæ usque ad Dalecarliam superiorem ex. gr. ad Boda, Ore et Angermanniam summam frequenter; etiam Lapponiæ Åselensis ad Vålgsjö passim (*Læstadius*).

Herba bipedalis et ultra Svecis *Åkertistel*. Folia summa et infima tantum dentata parum decurrentia. Calyx floren basi ovatus. Flosculi dilute violacei, tenues.

320. CARDUUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1254. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 377. *t.* 162. et Cirsium *p.* 383. *t.* 163.

Calyx ventricosus imbricatus; squamis superioribus pa-

tentibus, spina spinulave terminatis. Receptaculum setosum; Pappus deciduus: in 1) *Carduo Gœrtn.* — *n.* 887-889 *radicibus annuis biennibusve* setaceus dentatusque; in 2) *Cirsio Gœrtn.* — *n.* 890-893. *radicibus magis perennantibus* plumosus. — *Herbæ foliis divisis plerumque spinulosis et decurrentibus, floribus cœruleis.*

887. CARDUUS *nutans:* foliis interrupte decurrentibus, glabriusculis spinosis, floribus nutantibus: spinis calycinis dilatatis divergentibus radiantibusque. *Linn. svec. n.* 717. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1648. *it. oel. p.* 157. *gotl. p* 292. 293. *Flor. Dan. t.* 675. *Leche scan. p.* 26. *n.* 45. *Wahlenb. ups. n.* 506. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 124. (*Carls. strengn. p.* 46. acanth?).

Hab. in ruderatis elatis campestribus Sveciæ orientalis mediæ rarius, uti Oelandiæ ad Hornsladugård, Gotlandiæ in Wisby, Roma etc. Upsaliæ copiose, Gevaliæ raro; ceterum ad Marstrand (*Wahlberg*).

Caulis firmus saepe bipedalis. Folia tantum costis et venis subtus villosulis; laciniis valde divergentibus. Calyx major quam in sequentibus omnibus, saepe bipollicaris latitudinis; spinis ad basin fere duas lineas latis, circa florem quasi radium non parum purpurascentem constituentibus. Svecis *Nicktistel.*

888. CARDUUS *acanthoides:* foliis undique decurrentibus scabris pinnatifidis spinosis, pedunculis alato-spinosis calycibusque solitariis (erectis): squamis subacicularibus laxis. *Linn. svec. n.* 718. *spec. pl. ed Willd* 3. *p.* 1650. *it. scan. p.* 297. 298. (115. 199. 264. C. nutans). *Flor. Dan. t.* 1141. *Jacqu. austr. t.* 249. *Retz. oec. p* 144. *Aspegren blek. p.* 59. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 62. *Fries halland. p.* 150.

Hab. ad vias et pagos provinciarum meridionalium et littoralium, ut Scaniæ campestris frequenter usque ad Helsingborg, Blekingiæ ad Ronneby, Gotlandiæ passim, Hallandiæ ad Varberg etc.

Caulis undique obtectus spinis circiter tres lineas longis

ex seriebus saltem tribus foliorum decurrentium, ceterum circiter tripedalis, ramosissimus. Folia in caule rarius plus quam digitum longa. Calyx nuce avellana parum grandior, oblongatus. Flores serotini purpurascentes. Svecis *Piggtistel.*

889. CARDUUS *crispus:* foliis decurrentibus subtus lanuginosis oblongis sinuatis spinulosisque, (floribus fastigiatis) squamis calycinis lineari-subulatis mucronatis glabriusculis patentibus. *Linn. svec. n.* 719. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1652. *Flor. Dan. t.* 621. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 100. *Wahlenb. lapp. n.* 372.

Hab. in agris præcipue hordeaceis totius Sveciæ frequenter.

Caulis saepe tripedalis, ob folia valde decurrentia alis crispus, unde etiam Svecice *Krustistel.* Folia fere plana, satis mollia et spinulis vix pungentia. Calyces magnitudine circiter nucis avellanae. Flosculi saturatius violacei.

890. CARDUUS *lanceolatus:* foliis decurrentibus subtus lanuginosis pinnatifidis: laciniis lanceolatis spinosis, squamis calycinis arachnoideo-pubescentibus acicularibus. *Linn. svec. n.* 716. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1666. (Cnicus). *Sv. Bot. t.* 416. *Flor. Dan.* 7. *t.* 1173.

Hab. ad viarum margines et in ruderatis per maximam partem Sveciæ usque ad Dalecarliam superiorem et Angermanniam copiose ex. gr. ad Tåsjö; etiam Vestrobottniæ ad Skellefteå repertus.

Radix magis perennans. Caulis bipedalis et ultra, albovillosus, ob folia decurrentia ubique saltem bialatus; spinis undique validis, quare Svecis *Horntistel.* Calyces magnitudine ovi columbini; apicibus squamarum albescentibus valde penetrantibus.

891. CARDUUS *palustris:* foliis decurrentibus subtus hirsutis pinnatifidis dentatis spinulosisque, floribus confertis, squamis calycinis mucronulatis adpressis. *Linn. svec. n.* 720. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1662. (Cnicus). *Sv. Bot. t.* 428. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 100. *Wahlenb. lapp. n.* 373.

Hab. in pratis paludosis præcipue sylvaticis totius Sveciæ usque ad Lapponiam inferiorem passim.

Radix perennis ut in sequentibus. Caulis altissimus, saepe quinquepedalis, strictus, magis simplex usque ad inflorescentiam congregatam. Folia profunde divisa in lacinias sublineares caule angustiores. Calyces piso parum majores; mucronulis inconspicuis.

892. CARDUUS *heterophyllus*: foliis amplexicaulibus subtus tomentosis strigoso-ciliatis sublanceolatis indivisis intermediisve laciniatis, flore subsolitario pedunculato inermi. *Linn. svec. n.* 721. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1673. (Cnicus). *it. vestrog. p.* 64. 84. *Rogberg smol. p.* 22. *Flor. Dan. t.* 109. *Wahlenb. lapp. n.* 574. *ups. n.* 510. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 100. *Bjerkander ib.* 1776. *p.* 80. *Ahlquist ib.* 1821. *p.* 303. *Fries halland. p.* 130. *Samz. neric. p.* 59.

Hab. in pratis regionum sylvaticarum et montosarum saltim Sveciæ interioris a Lapponia summa per Jemtlandiam totamque Norrlandiam, Dalecarliam Vestmanniamque, Vermlandiam, Daliam, Vestrogothiam, Smolandiam, Scaniam superiorem, Ostrogothiam, Nericiam, Uplandiam etc. passim; sed Oelandiæ magis adventitius.

Radix eximie repens. Caulis plerumque bipedalis, simplex, foliosus. Folia omnia subtus nivea; radicalia saltim extima petiolata indivisa. Calyx magnus ad basin pollice crassior; squamis tantum superne mucronulatis; flosculis rubro-violaceis, Svecis *Brudborste*.

893. CARDUUS *acaulis*: floribus subradicalibus folio humiliori brevioribus: squamis lanceolatis mucronatis arcte imbricatis, foliis subpetiolatis pinnatifidis spinosis. *Linn. svec. n.* 722. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1681. (Cnicus). *it. scan. p.* 299. 310. *oel. p.* 157. *gotl. p.* 297. (336.) *vestrog. p.* 88. *Vet. Ac. Handl.* 1741. *p.* 204. *Rogberg smol. p.* 22. *Fl. Dan. t.* 1114. *Osbeck götheb. handl.* 4. *p.* 24. *Fries halland. p.* 130. *Bjerkander Vet. Ac. Handl.* 1776. *p.* 81. *Videgren österg. p.* 31.

* pedunculatus. *Rosén obs. p.* 42. C. dubius *Willd.*

β. cauliflorus: caule elongato multifloro; floribus albis. C. acaulis β rigens *Fries nov. p.* 96.

C. rigens *Willd. spec.* 3. *p.* 1675. *Wallroth sched. crit. p.* 446. *Sprengels n. Entd.* 3. *p.* 38.

Hab. in pascuis maxime elatis formatione juniori substratis Scaniæ frequenter, Oelandiæ et Gotlandiæ ubique, Vestrogothiæ in Falbygden et Kinnekulle supra lapidem suillum frequenter, Ostrogothiæ ad Omberg alibique prope Vettern versus Jönköping, Vadstena, Gärstad, Berg prope Roxen, Linköping, Slaka etc. copiose; ceterum Hallandiæ maxime meridionalis rarius, Blekingiæ occidentalis, et ad Enköping Uplandiæ potius adventitius; β locis magis paludosis Scaniæ occidentalis argillaceo-campestris, ut ad Malmö versus Borgnäset, ad sylvam Resten prope Fogelsång copiose.

Radix multiceps. Folia in orbem terrae adpressum divergentia Svecis *Jordtistel*, plerumque spithamam longa, fere ad costam pinnatifida; spinis tres lineas longis. Flores plerumque omnino sessiles, violacei; calyce circiter pollicem crasso et ultra unciam longo. — β mirum abludit non tantum caule saepe sesquipedali, foliis minus divisis minusque spinosis, floribus minoribus, sed etiam floribus folio uno alterove amplectente fulcratis lutescentibus et foliis tantum sinuatis margine aequali spinulosis, adeo ut a sequente non facile distingvatur. Radix quasi in caulem floriferum elevata est; nec flores tantum pedunculati ut in α*.

321. CNICUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1255. *Juss. gen. p.* 192.

Calyx ovatus imbricatus: squamis acuminato-spinulosis. Receptaculum carnosum alveolatum: dissepimentis in paleas dissectis. Pappus sessilis basi indivisus deciduus: radiis æqualibus usque ad apicem plumosis. — *Herbæ succosiores vel crassiores; flores lutescentes bracteis amplectentibus subcoloratis fulcrati (vel alio modo appendiculati: Silybum Gærtn. fr.* 2. *p.* 378. *t.* 162).

894. CNICUS *oleraceus:* foliis inferioribus subamplexicaulibus pinnatifidis; superioribus bracteisque cordatis sessilibus indivisis spinuloso-ciliatis, squamis calycinis mucronatis. *Linn. svec. n.* 723. *spec. pl.*

ed. Willd. 3. *p.* 1678. *it. scan. p.* 248. 277. 304. 372. *Fl. Dan. t.* 860. *Retz. oec. p.* 177. *Montin Vet. Ac. Handl.* 1766. *p.* 243. *Fries halland. p.* 130. (*Hisinger norrig. p.* 79).

Hab. in pratis humentibus juxta nemora Scaniæ totius præcipue exterioris et occidentalis ubique copiose, ut ad Dybeck, Efverlöf, Wallåkra, Wram-Gunnarstorp prope Söderåsen, Kivik, Fogelsång etc. nec non Hallandiæ usque ad Halmstad passim.

Radix perennis. Herba junior eximie oleracea etiam Svecis *Kål-tistel.* Caulis plerumque tripedalis, undique glaberrimus. Folia omnia basi cordatâ amplectentia, angustis sinubus pectinato-pinnatifida. Bractea quoque inferior superne pinnatifida, sed reliquae indivisae basi valde concavae, lutescentes. Calyces inter has bracteas sessiles, conferti crassitie pollicis. Flosculi lutescentes, post foenisecium optime explicati.

322. ONOPORDON.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1256. *Juss. gen. p.* 193. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 376. *t.* 161.

Calyx ventricosus imbricatus; squamis in spinas rectas elongatis. Receptaculum carnosum, alveolatum, glabrum. Semina hilo sublaterali adfixa. Pappus deciduus, setaceus. — *Herba maxima alis caulinis spinosissimis.*

895. ONOPORDON *Acanthium*: foliis undique decurrentibus tomentosis sinuatis spinosis, squamis calycinis patentissimis. *Linn. svec. n.* 724. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1686. *it. scan. p.* 142. 297. 222. *oel. p.* 101. 269. (334). *Sv. Bot. t.* 227. *Flor. Dan.* 6. *t.* 909. *Samz. neric. p.* 59. *Wahlenb. ups. n.* 511. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 123.

Hab. in ruderatis et ad pagos provinciarum orientalium a Scaniæ, Oelandia et Gotlandia ad Visingsö et Nericiam Uplandiamque passim.

Radix biennis. Planta omnibus Carduis longe rigidior et spinosior, unde Nericiis bene *Tistelvårra*, plerumque quinquepedalis, lanâ albescens quare etiam *Bomullstistel.* Calyx demum tripollicaris latitudinis.

323. CARLINA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1258. Juss. gen. p. 193. Gærtn. fr. 2. p. 384. t. 163.

Calyx ventricosus, duplex: exterioris foliolis laxis bipinnatim in spinas divisis; interioris squamis summis in radium nitidum scariosum protensis. Receptaculi paleæ cohærentes spinescentes. Pappus basi coronam simplicem constituens, apicibus plumosus. — *Herbæ foliis spinosis non amplectentibus neque decurrentibus.*

896. CARLINA *vulgaris:* caule paucifloro cymoso pubescente, foliis lanceolatis dentato-spinosis subtus pubescentibus. *Linn. svec. n.* 725. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1696. *Sv. Bot. t.* 434. *Flor. Dan.* 7. *t.* 1174. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 123.

Hab. in campis collibusque apricis præcipue glareosis a Scania ad Bahusiam, Vestrogothiam et Uplandiam frequenter.

Planta rarius pedem alta, spinis lutescens, tenax, tertio anno etiamnunc persistens sicca hygrometrica, radium humiditate erigens, siccitate expandens. unde Svecis *Spåmanstistel.* Calycis radii lineares, lutescenti-nitentes, longitudine diametrum disci aequantes. Flosculi umbrini. Receptaculi spinulae extra pappum prominent.

324. BIDENS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1267. Juss. gen. p. 209. Gærtn. fr. 2. p. 412. t. 167.

Calyx duplici serie polyphyllus: foliolis exterioribus sæpe longioribus. Receptaculum paleaceum. Semina plana, terminata aristis 2-4 retrorsum hispidis. — *Herbæ radicibus annuis, foliis oppositis tenuioribus.*

897. BIDENS *tripartita:* foliis tripartitis laciniatisve subpetiolatis, floribus erectiusculis oblongatis, seminum aristis subternis. *Linn. svec. n.* 726. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1715. *lapp. n.* 726. *Engl. Bot.* 16. *t.* 1113. *Samz. neric. p.* 60.

β. pumila: foliis ovatis integerrimis. *Wahlb. gothob. p.* 77.

Hab. ad fossas locaque passim inundata a Scania ad Bahusiam, Vermlandiam inferiorem, Nericiam frequens, et juxta mare usque ad Vestrobottniam.

Planta magnitudine valde varians; quo major (bipedalis et ultra) eo magis folia composita et calyces foliosi, quo minor (digitalis β) eo magis folia indivisa et calyces sine foliolis a sequente caute distingvenda. Calyces ubique angustiores quam in sequente. Semina semper arista interiore carentia. Flosculi post messem lutei, sed squamis calycinis et paleis umbrinis, unde Svecis *Brunskåra* vel *Brômsar*.

898. BIDENS *cernua:* foliis lanceolatis serratis amplexicaulibus, floribus cernuis subglobosis, seminum aristis subquaternis. *Linn. svec. n.* 727. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1716. *n.* 4. *it. gotl. p.* 334. *am. ac.* 8. *p.* 103. *Fl. Dan. t.* 841. *Samz. neric. p.* 60. *Wahlenb. ups. n.* 514.

β. radiata: floribus radiatis. *Wahlb. gothob. p.* 77. Coreopsis Bidens *Linn. svec. n.* 772. *it. vestrog. p.* 160. 272.

Hab. ad fontes aliasque aquas limpidiores passim vel rarius a Scania ad Bahusiam, Vestrogothiam, Nericiam, Uplandiam et Gotlandiam; β in provinciis meridionalioribus passim, in intermediis rarius usque ad Sudermanniam et Vestmanniam infimam.

Planta altitudine vix minus varians, sed semper simplicior, foliis indivisis, floribus multo crassioribus itaque etiam scopo tinctorio desideratior, iisdem nominibus insignita. Semina magis tetragona, plerumque aristis quatuor. — β radio luteo quo majore eo magis neutro luxuriat.

325. EUPATORIUM.

Linn. gen. ed Schr. n. 1272. *Juss. gen. p.* 179. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 401. *t.* 166.

Calyx cylindricus pauciflorus; squamis sublinearibus inæqualibus imbricatis. Flosculi omnes æquales infundibuliformes. Stylus profunde bipartitus. Receptaculum scrobiculatum. Pappus setaceus, asper. — *Folia opposita. Flores cymosi purpurascentes.*

899. EUPATORIUM *cannabinum:* calycibus subquinquefloris, foliis petiolatis ternatis: foliolis lanceolatis serratis; intermedio longiore. *Linn. svec. n.* 728. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1756. *it. scan. p.* 170. 278. *Vet. Ac. Handl.* 1741. *p.* 204. *Rogberg*

smol. p. 22. *Flor. Dan. t.* 745. *Leche scan p.* 26. *n.* 46. *Fries halland. p.* 131. *Kalm bohusl. p.* 140. *Carls. strengn. p.* 46. *Samz. neric. p.* 60. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 124. *Ahlquist ib.* 1821. *p.* 295. *Videgren österg. p.* 31.

Hab. ad ripas aquarum Scaniæ passim, Blekingiæ, Smolandiæ meridionalis ad diversorium Diö etc., Hallandiæ ad Hafslöf etc., Oelandiæ, Bahusiæ in insulis maritimis usque ad Väröarne, Vestrogothiæ ad lacum Venern in Kinnekulle, Ostrogothiæ ad Vettern in Omberg, ad Herrberga et Öjebro fluminis Svartån, Sudermanniæ ad Mälaren prope Strengnäs, Nericiæ meridionalis ad Skogahammar, et denique prope mare usque ad Gevaliam.

Radix perennis. Herba inter majores, plerumque tripedalis, tenuissime pubescens et cinerascens. Folia fere Cannabis unde nomen specificum, etiam svecice *Hampórt*, forsan quoque *Flocks.* Florum cyma saepe palmaris latitudinis, dilutius purpureo-violacea. Calycis squamae interiores duabus lineis vix longiores.

326. CHRYSOCOMA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1275. *Juss. gen. p.* 201. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 403. *t.* 166.

Calyx (laxe) imbricatus; squamis linearibus. Flosculi omnes æquales infundibuliformes. Receptaculum scrobiculatum. Pappus setaceus, asper. — *Solidagini valde affinis, floribus luteis. Folia indivisa.*

900. CHRYSOCOMA *Linosyris* β minor: foliis lineari-convolutis glaberrimis, calycibus laxis. *Linn. svec. n.* 729. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1791. *Engl. Bot.* 35. *t.* 2505. *Ahlquist runst. p.* 27. *Vet. Ac. Handl.* 1821. *p.* 300. *Wahlenb. ibid. p.* 318. *Nov. Act. Ups. VIII. p.* 224.

Hab. in pascuis subuliginosis supra petram calcaream Oelandiæ mediæ in Skogsbybet satis copiose et infra Runsten versus mare rarius, ut etiam in insula opposita Lilla Carlsön Gotlandiæ aliquando lecta

Radix perennis. Caules ad basin saltem decumbentes, spithamaei, vix filo crassiores et tamen rigiduli. Folia ob caulem decumbentem plerumque secunda, linea vix latiora, glaucescentia. Flores fastigiati, lutei, omnino autumnales.

ORD. 2. POLYGAMIA SUPERFLUA.

527. TANACETUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1280. Juss. gen. p. 206. Gærtn. fr. 2. p. 395. t. 165.

Calyx hemisphæricus, imbricatus: squamis adpressis. Flosculi marginales feminei utplurimum trifidi. Receptaculum nudum. Semina coronata margine membranaceo. — *Herbæ odoræ foliis compositis.*

901. TANACETUM *vulgare*: foliis pinnatis incisis serratis. *Linn. svec. n.* 730. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1814. *it. oel. p.* 56. 131. *vestrog. p.* 54. 74. *Sv. Bot. t.* 81. *Flor. Dan. t.* 871. *Leche scan. p.* 47. *n.* 137. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 100. *Wahlenb. lapp. n.* 376. *Zetterst. res.* 2. *p.* 110.

Hab. in pratis siccis et agrorum marginibus fere per totam Sveciam usque ad Lapponiam inferiorem et inferalpinam passim.

Radix perennis. Planta odore gravi, sapore amaro, Svecis *Mattram*, Ostrogothis *Desmegräs*, altitudinis bipedalis et ultra; foliis numerosis spithamam longis et palmam latis. Panicula fastigiata. Flores circiter tres lineas lati, flavi.

528. ARTEMISIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1281. Juss. gen. p. 206. Gærtn. fr. 2. p. 387. t. 164.

Calyx oblongatus magis pauciflorus. Flosculi marginis feminei apetali subulati. Semina omnia apice calva. Receptaculum glabrum papillosum. — Sed in Absinthiis pr. s. d. n. 906. 907. calyx globosus multiflorus et receptaculum inter foveolas villosum. — *Herbæ radicibus perennibus, foliis profunde divisis; laciniis in n.* 904. 905. *filiformibus; floribus plus minus racemosis inconspicuis serotinis, saporis plerumque amari.*

902. ARTEMISIA *vulgaris*: foliis subtus albo-tomen-

tosis planis: caulinis pinnatifidis lanceolatis incis acutis; floralibus indivisis linearibus, floribus ob longis subsessilibus erectis. *Linn. svec. n* 751. *spe pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1845. *Sv. Bot. t.* 417. *Flo Dan.* 7. *t.* 1176. *Wahlenb. lapp. n.* 377.

β. coarctata: floribus dense racemosis (spicatisve *Ahlquist runst. p.* 28. *Wahlb. gothob. p.* 78. *Frie* (*halland. p.* 132. obs.). *nov. p.* 37. obs.

Hab. in cultis, ruderatis, agris per totam Sveciam us que ad Lapponiam infimam ubique; β in litoribu præcipue calcareis maris orientalis copiose.

Radix lignosa, valida. Planta circiter quadripedalis vi gata, rubicundo-cinerascens, Svecis *Gråbo*, *Gråbona*, *Bu ner*, (*Buns*), *Bunke* etc. Flosculi radii tantum quini.

903. ARTEMISIA *laciniata:* foliis utrinque pubescen tibus petiolatis triplicato-pinnatifidis; laciniis lan ceolatis, caule simplici superne duplicatim racemo so aphylloque, floribus subglobosis nutantibus. *Will den. spec. pl.* 3. *p.* 1843. *Gmel. sib.* 2. *p.* 122. t. 57. *Ahlquist Vet. Ac. Handl.* 1821. *p.* 298. *Frie nov. p.* 103

A. tanacetifolia *Retz. diss. suppl. fl. scand. p.* 12 *oec. p.* 71. (nec Willden. spec.)

(β. pumila: racemo simplici. A. Mertensiana *Wall roth sched. crit. p.* 466. *t.* 4.)

Hab. in pascuis elatis Oelandiæ occidentalis su pra petram calcaream prope Alfvaren rarius, u in Skogsbybet paroeciæ Thorslunda, inter Hallorp et Borgholm, nec non ad Allbrunna paroeciæ S. Möckleby copiosius.

Planta tota pedalis vel paullo ultra, non ramosa, cinereo-virescens. Folia radicalia tota subovata, saepe sesquiunciam lata; pinnis divergentibus; laciniis ultimis sublanceolatis in-terdum fere lineam latis. Racemus plerumque spithamam longus. Flores globosi, sed inter minores vix sesquiline-am lati.

904. ARTEMISIA *campestris*: foliis glabriusculis pin natim divisis incisisque filiformibus, caule procum bente virgato, calycibus paucifloris subovatis nu

tantibus. *Linn. svec. n.* 752. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1827. *it. scan. p.* 77. 541. *oel. p.* 53. 72. 128. *vestrog. p.* 33. 42 *Flor. Dan.* 7. *t.* 1175. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 63. *ups. n.* 517. *Samz. neric. p.* 60. *Bjerkander Vet. Ac. Handl.* 1776. *p.* 81. *Fries halland. p.* 131.

β sericea pilis adpressis. *Fries l. c.*

Hab. in collibus elatis apricis regionum maxime campestrium præcipue provinciarum orientalium calce substratarum, ut Scaniæ, Oelandiæ Gotlandiæque, Blekingiæ, Uplandiæ, Nericiæ, Ostrogothiæ, Vestrogothiæ in Falbygden et inde Smolandiæ ad Tânnö; sed magis occidentem versus vix nisi in maritimis Hallandiæ.

Planta fere insipida, Scanis *Sandbunke*; caulibus inferne subnudis rubicundis. Flores secundi omnium minimi, lineam tantum longi latique; flosculis radii duobus tribusve rubicundis.

905. ARTEMISIA *maritima:* foliis utrinque albo-tomentosis pinnatis tereliusculis; summis indivisis, caulibus adscendentibus composite racemosis apice nutantibus, calycibus paucifloris oblongis. *Linn. svec. n.* 734. *it. oel. p.* 112. *gotl. p.* 250. 272. *scan. p.* 198. *Sv. Bot. t.* 323. *Flor. Dan. t.* 1655. *Woodw. med. t.* 122. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 63. *t.* 1. *Leche scan.* 27. *n.* 48.

A. Seriphium α marina *Wallroth sched. p.* 458.

β. inflorescentia simpliciore suberecta. *Lamark dict.* 1. *p.* 268.

A. gallica *Willden. spec. pl.* 3. *p.* 1834. *Engl. Bot.* 14. *t.* 1001.

γ. penduliflora: caule valde ramoso, floribus pendulis *Fries halland. p.* 131. *Wahlb. gothob. p.* 78. *Kalm bohusl. p.* 205.

A. maritima *Engl. Bot.* 24. *t.* 1706.

Hab α et β in litoribus maris insularum et promontoriorum calce juniore substratorum ut Gotlandiæ passim, Oelandiæ exterioris ad Källahamn, Matkroken etc. Scaniæ occidentalis ad Limhamn infra Malmö, Landskrona, Barsebäck, Kullen etc.;

sed γ præcipue in aliis litoribus australioribus exterioribus granitoideis, ut in Gränsö prope Vestevik, Blekingiæ extra Thorhamn, Hallandi ex. gr. ad Varberg, Bahusiæ in insula Ving ad Hermanö extra insulam Orust.

Albedine sua et odore forti fere camphorato nec non foliorum laciniis omnibus filiformibus magis diversa quam differentiis ceteris a magnitudine admodum variante pendentibus. Plerumque spithamam longa et subdecumbens floribus nutantibus, sed interdum erigitur magis simplicita aucta (quae A. gallica), denique vero ramosissima fit bipedalis, floribus sub quoque ramo pendulis (quae A. maritima Engl. Bot.). Flores semper angustiores quam in ceteris vix linea latiores.

906. ARTEMISIA *rupestris:* foliis subpubescentibus inferne pectinatim partitis sessilibus, caulibus adscendentibus simpliciter racemosis, calycibus multifloris semiglobosis nutantibus. *Linn. svec. n.* 733. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1839. *it. gotl. p.* 285. cum tab. (culta). *Sv. Bot. t.* 517. (culta). *Wallroth sched. p.* 468. *t.* 5. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 6. *Ahlquist ib.* 1821. *p.* 294. *runst. p.* 27.

Hab. in campis petra calcarea transitionis substrati ad oras Gotlandiæ Oelandiæque passim copiose.

Planta minor quam praecedentes plerumque spithamaea sed floribus majoribus. Folia nulla plus quam semiuncia lata, inferne simpliciter pectinata et tantum versus apicem laciniis parcius dentatis vel incisis praedita, omnino sessilia (adeo ut pectines ad caulem descendant eumque amplectantur) oblongata. Racemus in spontanea planta vix nisi simplex sed in culta (ut fig. Linn. et Sv. Bot.) inferne ramosus. Flores sesquitertiam lineam lati, valde serotini. Svavius odora quam reliquae.

907. ARTEMISIA *Absinthium:* foliis utrinque incanis triplicato-pinnatifidis laciniatis obtusis; floralibus indivisis, floribus hemisphæricis pendulis intus villosis. *Linn. svec. n.* 735. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1844. *Sv. Bot. t.* 106. *Flor. Dan. t.* 1654.

Hab. in ruderatis siccioribus et ad pagos præcipue solo calcareo et margaceo a Scania ad Dalecarliam

ejusque formationem transitionis supra Siljan frequenter.

Planta omnium maxime amara, Svecis *Malört*, ubique sericeo-incana, circiter bipedalis. Foliorum laciniae extimae saepius duas lineas latae. Flores quoque ejusdem latitudinis, flavi.

329. GNAPHALIUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1282. Juss. gen. p. 200. Gaertn. fr. 2. p. 404. t. 166. (Elichr.) *et p. 410. t. 167.* (Antennaria et Filago part.).

Calyx imbricatus; squamis scariosis. Flosculi ambitus raro hermaphroditi (n. 908. *Elichrysum Gærtn. Decand.* nec Willden.), plerumque feminei apetali interdum in stirpe diversa. Receptaculum glabrum. Semina pappo setaceo vel in masculis plantis clavato. — *Herbæ plerumque radice perenni et caule simplici, sed in n.* 909. 915. 916. *annua caule ramoso, semper foliis indivisis integerrimisque; calycibus* 1) *nitentibus* a) *luteis n.* 908. b) *albis n.* 909. 2) *dioicis: marium pappo clavato* (*Antennaria*) *n.* 910-912. 3) *apicibus obfuscatis* (*sphacelatis*) a) *oblongatis n* 913. 914. b) *globosis* (*radice annua*) *n.* 915. 916.

908. GNAPHALIUM *arenarium*: foliis tomentosis: infimis oblongo-spathulatis; superioribus linearibus, floribus composite cymosis. *Linn. svec. n.* 738. *spec. pl, ed. Willd.* 3. *p.* 1867. *it. scan. p.* 77. 109. 124. 279. *oel. p.* 160. *Fl. Dan. t.* 641. *Sv. Bot. t.* 658. *Ahlqu. runst. p.* 28. *Vet. Ac. H.* 1821. *p.* 501. *Aspegr. blek. p.* 61. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 224. *Fries hall. p.* 132. *Osbeck götheb. handl.* 4. *p.* 24.
Elichrysum arenarium *Decand. fl. fr. n.* 3113.

Hab. in campis albo-arenosis præcipue exterioribus et littoralibus Scaniæ frequenter, Blekingiæ adjacentis passim, Oelandiæ mediæ rarius ex. gr. ad Rönnerum, Glöminge et Runsten, Gotlandiæ parcius ad Gannarfve et Frigges paroeciæ Hemse, Hallandiæ rarissime ad Halmstad et Hasslöf.

Radix perennis vel saltem biennis, multiceps. Folia stolonum et caulis inferioris sursum eximie dilatata, digitum minorem lata, dense lutescenteque tomentosa, rigidula. Caulis vix pedalis, strictus. Bracteae et his analoga folia su-

periora caule non latiora. Cyma saepe palmam lata, ve sus autumnum florens. Calyces forma et magnitudine pis colore citrino splendentes: squamis squarrosis praecipue po deflorationem. Flosculi flavi omnes hermaphroditi. Svec *Evighetsblomster* vel *Hedenblomster*.

909. GNAPHALIUM *luteo-album:* foliis lanuginosi amplexicaulibus ensiformibus obtusiusculis, caule ra moso, floribus cymoso-glomeratis. *Linn. spec. p ed. Willden.* 3 *p.* 1871. *Engl. Bot.* 14. *t.* 100 *Retz. diss. fl. scand. suppl.* 2. *p.* 10. *Aspegre bleking p* 61.

Hab. ad vias inque ruderatis depressioribus pago rum sublitoralium arena substratorum raro, ut Sca niæ ad Skanör versus Falsterbo et ad L. Ham mar in fossis, Blekingiæ ad Hörby et Oelan diæ ad Björnhofda supra Färgestaden omnium co piosissime.

Radix annua, tamen multiceps. Caules inferne ramosi omnino debiles, vix pedem longi. Folia etiam mollia lanugine alba conspersa, superiora ad basin caule pluries la tiora. Bracteae quoque basi ovata pedunculos amplectuntur Inflorescentia vix pollice latior. Calyces angustiores quam ii praecedente idque praecipue ab squamas adpressas (nec squar rosas), albo-nitentes, ad basin tamen virides. Flosculi lute (intra nitide album calycem, unde nomen), ad messem conspi cui; sed ad ambitum feminei ut in n. 913-916. (Filaginoideis

910. GNAPHALIUM *dioicum:* sarmentis procumben tibus; foliis cuneiformibus, caulibus simplicissimi cymosis, calycinis squamis lævigatis convexis in tegris: pappo masculorum clavato. *Linn. svec. n* 736. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1822. *Sv. Bot. t* 148. *Fl. Dan.* 7. *t.* 1228. *Wahlenb. lapp. n.* 378

Hab. in campis aridis totius Sveciæ usque ad summa et ultimas alpes Lapponiæ frequenter.

Folia sarmentorum subtus semper nivea, supra viridia vix unciam longa; caulina linearia adpressa. Caulis plerum que tantum digitalis praesertim in maribus, quorum flore tres lineas lati abbreviati. Svecis *Kattfötter*. Color in u trisque sexubus variat albus rubicundusque.

911. GNAPHALIUM *alpinum:* sarmentis procumbenti

bus: foliis subcuneiformibus, caulibus simplicissimis cymosis, calycinis squamis lanuginosis acuminatis serrulatis. *Linn. svec. n.* 737. *lapp. n.* 301. *Wahlenb. lapp. n.* 379. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 104.

Hab. locis siccioribus editioribus alpium ipsarum majorum Lapponiæ et Jemtlandiæ satis frequenter.

Praecedenti tam simillimum, ut non differat nisi calyce grisei coloris magis squarroso etc. Plerumque minus est.

912. GNAPHALIUM *carpaticum β:* foliis inferioribus lanceolatis trinervibus subtus (supraque) lanuginosis, caulibus simplicissimis cymosis, calycinis squamis basi lanuginosis acuminatis serrulatis: pappo masculorum clavato. *Læstadius Vet. Ac. H.* 1822. *p.* 356. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 160.

(G. carpaticum α (fol. supra glabrat.) *Wahlenb. carp. n.* 845. *t.* 3. *Regensb. bot. Zeit.* 1822. *p.* 632.)

G. alpinum *Decand. fl. franc. p* 3124. *aliorumque.*

Hab. in lateribus præruptis aqua nivali irrigatis alpium Lulensium a Virihjaur meridiem versus positarum pone Kåbrinoivi, ad Pållaure alibique satis copiose; etiam in alpibus supra Alten Finmarkiæ.

Praecedentibus duobus affine, sed sarmenta nulla, stolones autem suberecti. Folia lanceolato-linearia, acuminata, circiter duas lineas lata. Caulis plerumque duplo altior, spithamaeus. Calyx ut in praecedente, sed magis nigro-griseus et major. Plantae utriusque sexus quoque adsunt omnino convenientes; cum contra in praecedente femineae tantum.

913. GNAPHALIUM *sylvaticum:* foliis radicalibus lanceolatis subtus lanuginosis (supra denudatis; caulinis linearibus), caule simplici spicato. *Linn. svec. n.* 739. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1885. (rectum) *Fl. Dan.* 7. *t.* 1229. *Wahlenb. lapp. n.* 380.

β. fuscatum: foliis etiam caulinis lanceolatis utrinque lanuginosis, floribus confertioribus. *Wahlenb. l. c. Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 100. *Fl. Dan. t.* 254.

G. norvegicum *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 193.

Hab. ad vias, agros, in regionibus sylvaticis totius

Sveciæ usque ad Lapponiam inferiorem, deinde plerumque β in subsylvaticis et subalpinis, præcipue inferalpinis Norvegiæ usque ad Hopseidet ubique.
Folia radicalia circiter biuncialis longitudinis, sursum latiora; sed caulina linearia, quo superiora eo magis etiam supra pilosiuscula. Flores sparsi per dimidiam partem caulis stricti; maculis fuscescentibus. — β Folia caulina majora radicalibus simillima, demum flores in thyrsum confertos excedentia. Calycis maculae fusco-nigricantes.

914. GNAPHALIUM *supinum:* foliis omnibus linearibus lanuginosis, caulibus simplicibus subfiliformibus spicatis. *Willden. spec. pl.* 3. *p.* 1888. *Flor. Dan.* *t.* 332. (alpinum) *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1822. *p.* 342. *Wahlenb. lapp. n.* 381.
β. filiforme: floribus subpedicellatis. G. sylvaticum A filiforme *Liljebl. sv. fl. ed.* 2. *p.* 359. G. fuscum *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 148.
Hab. locis uliginosis sæpe irrigatis alpium fere omnium a summo septentrione ad Herjedalen ubique; β in subalpinis et inferalpinis passim.
Radix ut in omnibus praecedentibus, sed tenuior. Planta quoque minor raro digitum minimum longa, saepe omnino acaulis. Folia linea una nunquam latiora. Flores in a omnino sessiles in β pedicellati, circiter duas lineas longi. Semina ut in praecedentibus asperula.

915. GNAPHALIUM *uliginosum:* foliis sublinearibus canescentibus, caule diffuse ramoso, floribus globosis aggregatis, seminibus lævissimis. *Linn. svec. n.* 740. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1891. *Flor. Dan. t.* 859. *Wahlenb. lapp. n.* 382.
β. glabrum. G. nudum *Hoffm. germ.* 2. *p.* 138.
Hab. ad vias alibique, ubi aquæ sæpe stagnarunt, per totam Sveciam usque ad Vestrobottniam summam frequenter; β in fucis ipsius littoris marini Hallandiæ ex. gr. ad Falkenberg (*Wahlberg*).
Radix annua tenuis. Planta tota mollissima circiter spithamaea, plerumque valde ramosa, sed interdum simplicior. Flores inter tomentum album umbrini, serotini. Semina, ut convenit plantae uliginosae vel aquaticae, laevissima. Denique in littoralibus occidentalibus tota planta glabrescit.

916. GNAPHALIUM *pilulare:* foliis fulcrantibus lanceolatis glabratis, caule diffuse ramoso, floribus globosis aggregatis, seminibus hispidulis. *Wahlenb. lapp. n.* 583. *t.* 13.

Hab. solo arenoso ad ripas fluminum Lapponiæ Kemensis infimæ ex. gr. ad Hietasuvando.

Forsan forma praecedentis loco magis sicco mutata, fere ut Senecio Jacobæa ab aquatico differens. Folia sub floribus aggregatis magis collecta, saepe linea una latiora. Calyces ut in praecedenti lineam tantum longi, sed turgidiores ob semina hispidula et pappum quoque asperiorem, rigidiorem. Semina etiam crassiora, crebrius hispidula quam in ceteris, ante G. uliginosum positis speciebus. Forma haec forsan magis orientalis vel sibirica.

330. ERIGERON.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1287. *Juss. gen. p.* 202. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 448. *t.* 170.

Calyx imbricatus: squamis angustis apice patulis. Flosculi feminei nonnulli omnino apetali, ceteri radio angustissimo filiformi. Receptaculum glabrum. Pappus setaceus. — *Herbæ quo septentrionaliores eo certius radicibus perennibus et caulibus paucifloris, foliis indivisis sæpius integerrimis, floribus rubicundis vel albis.*

917. ERIGERON *acre:* caule racemoso; pedunculis alternis unifloris calycibusque pilosis, foliis lanceolato-ligulatis sessilibus. *Linn. svec. n.* 741. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1959. *Engl. Bot.* 17. *t.* 1158. *Wahlenb. lapp. n.* 584.

Hab. in sterilibus arenosis collinis et campestribus totius Sveciæ, alpibus tantum exceptis, frequenter.

Folia tantum radicalia in majoribus plantis serrata. Caulis pedalis et paullo ultra, cum pedunculis rubens. Flosculi dilutius violacei. Pappus demum rufescens.

918. ERIGERON *alpinum:* subuniflorum hirsutum, foliis caulinis inferioribus acutis. *Linn. spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1959. *Flor. Dan. t.* 292. *Wahlenb. lapp. n.* 585. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 153. *Læstadius ibid.* 1822. *p.* 342.

β. caule paucifloro: flore terminali majore.

Hab. in saxis et scopulis maritimis Finmarkiæ rarius, Nordlandiæ Norvegicæ totius ubique, unde etiam denique adscendit in radices alpium ibique in β mutatur, tandemque in convalles inferalpinas Jemtlandiæ pervenit passim, etiam Lapponiæ Lulensis in Njunnats.

Herba magnitudine fere intermedia, plerumque spithamaea, sed flores potius majores quam in utrisque ceteris. Planta tota longius et laxius hirsuta: hirsutie canescente. Flores quoque dilutius rubicundi, in β albidi, vulgo tres lineas longi, sed terminalis β quadrilinearis. Pappus quoque albescens.

919. ERIGERON *uniflorum*: caule unifloro inferne glabrato, calyce lanato, foliis radicalibus spathulatis glabriusculis. *Linn. svec. n.* 386. *lapp. n.* 307 *t.* 9. *f.* 3. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1960. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1397. *Wahlenb. lapp. n.* 386. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 105. *Hisinger herjed. p.* 46. 52. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 157.

E. alpinum γ. *Decand fl. franc. n.* 3132.

Hab. locis saltuosis duris irrigatis per latera alpium nivalium a Lapponia Tornensi usque ad Herjedalen frequenter.

Planta florens digitum minorem tantum alta, inferne glabrata, sed sursum eo densius hirsuta vel lanata. Folia duabus lineis vix latiora, interdum rubicunda. Calyx quoque sub lana eximie atropurpureus.

351. TUSSILAGO.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1289. Juss. gen. p. 202. Gærtn. fr. 2. p. 447. t. 170.

Calyx simplici serie polyphyllus æqualis, demum basi ventricosus. Flosculi feminei ligulati vel apetali. Receptaculum glabrum. Pappus capillaris longus. — *Radix perennis repens; folia subrotunda maxima subtus tomentosa; sed antea scapus vernalis* 1) *uniflorus n.* 920. 2) *thyrso terminatus eoque* a) *fastigiato n.* 921. 922. b) *oblongato n.* 923. 924.

920. TUSSILAGO *Farfara*: scapo squamoso unifloro: flore radiato, foliis cordatis angulatis denticulatis

subtus lanuginosis. *Linn. svec. n.* 743. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1967. *Sv. Bot. t.* 2. *Flor. Dan. t.* 595. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 100. *Hagström jemtl. p.* 36. *Wahlenb. lapp. n.* 387. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 23.

Hab. in agris aliaque terra mutabili argillosa per regiones campestres Sveciæ frequenter, celerum ad scaturigines locis clivosis passim usque ad Dalecarliam superiorem et Lapponiam mediam parcius.

Pedunculi radicales maxime praecoces, plerumque digitales, squamis crebris tecti. Flos flavus latitudine pollicis; radiis numerosis anguste linearibus. Folia postea a diversis ramis radicis, palmam lata et ultra, Svecis *Hásthof*, *Folafötter*, Dalecarlis *Lerblad*, empiricis *Hostört*, *Bröst-Tobak*.

921. TUSSILAGO *frigida*: thyrso fastigiato simplici: floribus radiatis, foliis triangularibus inæqualiter sinuatis subtus cinereo-tomentosis *Linn. svec. n.* 744. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1968. *Flor. Dan t.* 61. *Wahlenb. lapp. n.* 387. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 133. 150.

β. thyrso coarctato: floribus suberadiatis. *Wahlenb. l. c. Zetterstedt res.* 2. *p.* 238.

Hab. in paludosis et uliginosis salicetis campisque alpium adjacentiumque regionum subalpinarum et subsylvaticarum a Lapponia summa usque ad Jemtlandiam et Tåsjö Angermanniæ frequenter; *β* tantum primo vere in Lapponia Tornensi sylvatica lecta.

Scapus pedalis et ultra, demum laxus; squamis s. bracteis magnis, saepe digitum minorem longis et indicio foliorum terminatis (scil. usque ad medium scapi), atro-purpureis una cum calyce. Flosculi pallidi. Folia profundius sinuata quam in ulla alia interdum ad tertiam partem radii.

922. TUSSILAGO *alba*: thyrso fastigiato composito: floribus eradiatis, foliis subreniformibus argute dupplicato-dentatis subtus (albo-) tomentosis. *Linn. svec. n.* 745. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1969. *Flor. Dan. t.* 524. *Retz. diss. obs. bot.* 1. *p.* 25. *oec. p.* 741. *obs. bot.* 1. *p.* 29. *Leche scan. p.* 16. *n.* 67.

Hab. locis opacis ad rivulos supra formationes juniores Scaniæ interioris rarius, ut ad Fogelsång in clivo meridionali, ad Gudmundtorp et Klinta prope Östra Ringsjön.

Scapus vix semipedalis. Flores toti pallidi. Folia duplo latiora quam longiora vel e petiolo radium undique aequalis longitudinis habentia, subtus aestate cinerascentia.

925. TUSSILAGO *spuria:* thyrso laxo composito: floribus radiatis, foliis denticulatis subtus albo-tomentosis cucullatis triangulo-cordatis: lobis posterioribus (divergentibus) bilobis. *Retz. obs. bot.* 1. *p.* 29. *t.* 2. *diss. obs. bot.* 1. *p.* 26. *oec. p.* 743. *Willden. spec. pl.* 3. *p.* 1972. *Regensb. bot. Zeit.* 1821. *p.* 403.

Hab. in arena alba riparia circa lacum Ringsjön præcipue ad Bofärga Scaniæ mediæ copiose, nec non ad exitum pristinum amni Nybroån prope Ystad quam frequentissime.

Scapus semipedalis, totus lutescens, bracteis et pedunculis duplo longioribus quam in praecedente, saepe triuncialibus. Folia late triangularia, basi quodammodo cordata ob excisionem costas laterales nudas efficientem, latitudine saepe pedali et ultra.

923*. TUSSILAGO *Petasites:* thyrso oblongo denso: floribus eradiatis, foliis dentatis late cordatis basi excisis: lobis posterioribus rotundatis. *Linn. svec. n.* 746. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1971. *Sv. Bot. t.* 224. *Flor. Dan. t.* 842. *Leche scan. p.* 16. *n.* 66. *Retz. oec. p.* 742.

Hab. locis irrigatis prope rivulos et amnes per Scaniam campestrem ex. gr. ad Cimbrishamn copiose.

Thyrsus rubicundus. Folia non male reniformia dicerentur nisi apex adesset, omnium maxima utpote cubitalia et ultra. Radix empiricis *Pestilensrot.*

532. SENECIO.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1290. *Juss. gen. p.* 202. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 400. *t.* 166.

Calyx cylindraceo-conicus, polyphyllus, subæqualis;

sed basi calyculatus squamis patulis apice sphacelatis (nigro-fuscis). Flosculi feminei rarius radio destituti, (flavi). Receptaculum glabrum. Pappus capillaris brevis — *Herbæ molliores* 1) *parviflora radice annua* a) *sine flosculis radiatis n.* 924. b) *radiis revolutis n.* 925. 926. 2) *grandifloræ radice perenni, radiis patentibus; foliis* a) *divisis n.* 927-929. b) *indivisis n.* 930.

924. SENECIO *vulgaris:* floribus eradiatis sparsis, foliis amplexicaulibus pinnatifido-sinuatis dentatis. *Linn. svec. n.* 747. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1979. *Sv. Bot. t.* 353. *Flor. Dan. t.* 513. *Wahlenb. lapp. n.* 389.

Hab. in cultis, plateis, ruderatis totius Sveciæ usque ad Lapponiam infimam frequenter.

Herba tota glabriuscula, circiter pedalis. Folia divergenter divisa fere in formam crucis, unde Svecis *Korsört* vel *Crucifixört.* Calyces insigniter pyramidati: disco (flosculorum) omnium minimo vix sesquilineam lato, luteo.

925. SENECIO *sylvaticus:* radio revoluto paucifloro (interdum deficiente), squamis calyculi brevissimis adpressis, foliis pinnatifidis denticulato-glandulosis pubescentibus. *Linn. svec. n.* 748. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1985. *it. scan. p.* 412. *gotl. p.* 326. *vestrog. p.* 115. 231. 238. *Flor. Dan. t.* 869. *Leche scan. p.* 27. *n.* 50. *Wahlenb. ups. n.* 525. *Hisinger verml. p.* 11.

β. denticulatus: foliis tantum sinuato-dentatis. *Fl. Dan.* 791. *Fries hall. p.* 133. *Retz. oec. p.* 672.

Hab. in sylvis cæduis exustis passim a Scania ad Vermlandiam inferiorem et Uplandiam; β in litore marino fucis tecto Scaniæ ad Skanör, Hallandiæ et Bahusiæ passim, Blekingiæ.

Herba tota tenuiter pubescens (sine glandulis evidentibus), parum major quam praecedentis. Flosculi radii vix plures quam octo, inter calycis divisiones valde inconspicui.

926. SENECIO *viscosus:* radio revoluto multifloro, squamis calyculi patulis elongatis, foliis pinnatifidis denticulatis glandulose pubescentibus. *Linn. svec.*

n. 749. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1984. *it. vestrog p.* 142. *scan. p.* 365. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1230. *Wahlenb. ups. n.* 526. *Nov. Act. Ups. VIII. p.* 224 *Fries halland. p.* 133.

Hab. in ruderatis calcareis urbium majorum et antiquiorum præcipue provinciarum litoralium, ut Stockholmiæ, Upsaliæ, Gothoburgi, Hallandiæ, Gotlandiæ, Blekingiæ, Scaniæ, etiam in lapicidinis, etc.

Herba praecedentibus duplo triplove major crassiorque, undique inprimis superne glanduloso-viscosa. Folia superiora interdum fere pinnata. Calycis squamae inferiores extra marginem baseos exstantes. Flosculi radiati circiter tredecim extra calycem eximie prominentes, conspicui, serotini.

927. SENECIO *erucifolius:* radio patente plano, foliis omnibus subpinnatis; pinnis linearibus subincisis acuminatis, caule lanuginoso, radice repente. *Linn. svec. n.* 750. *it. scan. p.* 225. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1991. *Decand. fl. franc. n.* 3175. *Sv. Bot. t.* 607. *Fries phys. sällsk. årsb.* 1823. *p.* 89. *Rosén observ. p.* 46. *n.* 36.

S. tenuifolius *Retz. diss. suppl. fl. scand. p.* 13. (nec Willd. l. c. neque Jacqu. austr. t. 278).

Hab. in aggeribus agrorum ad Scaniæ oram meridionali-occidentalem passim ex. gr. ad sylvam Hörte, ad diversorium Skifvarp, ad Skanör olim, prope Malmö trans Borgmästargården versus Borgnäset copiosissime, prope Lund ad Trolleberg.

Radix certe perennis, valde repens, crassitie tantum pennae gallinaceae. Caules sparsi bipedales et ultra, stricti, duri farctique, rubicundi cum lanugine laxa canescente. Folia quoque rigidula; pinnis vix unquam caule latioribus. Stolonum folia sublanceolata interdum integerrima. Flores cymosi paullo angustiores quam in sequente, flavi. Itaque fere singulis partibus a sequente differt.

928. SENECIO *Jacobæa:* radio patente plano, foliis lyrato-pinnatifidis undique sinuato-dentatis; laciniis superne latioribus inferne caulem amplectentibus, radice cæspitosa, seminibus hispidulis. *Linn. svec.*

n. 751. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1997. *it. scan. p.* 124. 209. 243. *oel. p.* 120. *amoen. ac. ed. Schreb.* 8. *p.* 43. *Sv. Bot. t.* 606. *Flor. Dan. t.* 944. *Aspegren blek. p.* 62. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 224. *Fries halland. p.* 133. *Kalm bohusl. p.* 96. 130. 221.

Hab. in pascuis et arvis provinciarum littoralium meridionaliorum ut Scaniæ frequenter, Blekingiæ, Oelandiæ copiose, Gotlandiæ passim, Hallandiæ ubique, Bahusiæ septentrionalis passim, Smolandiæ exterioris, Sudermanniæ rarius.

Radix caespitosa vel potius nodosa. Caules itaque congregatim crescentes, saepius pedales, minus stricti, minusque angulati et colorati. Folia radicalia omnino lyrata: lobo extimo maximo; caulina laciniis caule latioribus; omnia longe magis flexilia et laetius viridia quam in praecedente. Flores latiores. Svecis *Gullgubbar.*

929. SENECIO *aquaticus:* radio patente plano: ligulis ellipticis, foliis lyratis integris inferioribusque obovatis indivisis, seminibus glaberrimis. *Willden. spec. pl.* 3. *p.* 1997. *Linn. it. vestrog. p.* 160. *Fl. Dan. t.* 784. *Wahlb. goth. p.* 79. *Fries hall. p.* 133.

Hab. ad ripas fluviorum per Gothiam superiorem ut Gothoburgi ad Säfveån copiose, Vestrogothiæ ad Gräfsnäs, Ostrogothiæ prope Norrköping, ad Vestervik raro.

Prioris forma maxime septentrionalis ideoque aquatica esse videtur. Planta laxa immo interdum decumbens, undique glabra, pedalis et ultra. Folia inferiora lobo maximo terminali, sed lobis lateralibus minimis cito deficientibus ut petiolus omnino nudus evadat. Flores majores, pallidiores.

930. SENECIO *paludosus:* radio patente plano, floribus fastigiatis, foliis adnatis lanceolatis argute serratis subtus villosulis, caule stricto. *Linn. svec. n.* 752. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 2002. *it. scan. p.* 396. *Flor. Dan. t.* 385. *Rosén obs. scan. p.* 44. *n.* 35. *Leche scan. p.* 17. *n.* 68. *Montin Vet. Ac. Handl.* 1766. *p.* 243.

Hab. rarius in aqua inter Caricem acutam ad Ister-

n. 749. spec. pl. ed. Willd. 3. p. 198
p. 142. *scan. p.* 365. *Flor. Dan.* 8.
lenb. ups. n. 526. *Nov. Act. Ups*
Fries halland. p. 133.

Hab. in ruderatis calcareis urbium
quiorum præcipue provinciar
Stockholmiæ, Upsaliæ, Goth
Gotlandiæ, Blekingiæ, Scani
nis, etc.

Herba praecedentibus duplo tri
undique inprimis superne glandul
interdum fere pinnata. Calyci
marginem baseos exstantes. Fl
cim extra calycem eximie pror

927. SENECIO *erucifolius*
omnibus subpinnatis;
acuminatis, caule lan
svec. n. 750. *it. sca*
3. *p.* 1991. *Decanc* ppus
607. *Fries phys.* *nibus, fo-*
observ. p. 46. *n.* 3
S. tenuifolius *Re* -lanceolatis car-
Willd. l. c. n errimis, floribus fa-
Hab. in aggerib s obtusis. *Linn. svec.*
dionali-occiden 3. *p.* 2039. *it. scan. p.*
te, ad diversc *ac.* 8. *p.* 103. *Sv. Bot. t.*
pe Malmö tr *Kalm bohusl. p.* 134. 158.
set copiosiss *Fries hall. p.* 134. *Ahlquist*
n Nov. Act. Up. VIII. p. 225.

Radix certe pe xterioribus magis salsis utriusque
nae gallinaceae. ahusia ad Halmstad Hallandiæ fre-
farctique, rubi Scania (ut Kullaberg, Landskrona
quoque rigidu Oelandiam et Gotlandiam ad Rola-
lonum folia s m; (rarius in subsalsis Vestrogothiæ in-
mosi paullo kis saltem olim secundum Linn. it. ve-
singulis par l. c. et indice).

928. SEN spitosa. Herba pedalis et ultra, inferne eximie
lyrat s, succosa difficile exsiccanda, superne glauce-
sup lia semper floribus angustiora. Florum radii ul-
rad insigniter caerulei.

'DAGO.

·02. *Gærtn. fr. 2. p. 447. t. 170.*
's angustis conniven-
lanceolati (flavi).
''laris brevis. —
foliis in-

ngu-
ratis,
.ongatis.
,. *p.* 2065.
.090.
.is dispersis et

.itius Sveciæ etiam

bis pollicem lata. Plan-
.s et campestribus regioni-
.nagnà flavescens, etiam Sve-
ed in sylvestribus frigidioribus-
. *β*, radiis majoribus circiter li-

CINERARIA.

.294. Juss. gen. p. 203. Gærtn. fr. 2. p. 446. t. 170.
serie polyphyllus, æqualis. Flosculi
.d nos semper radiati, numerosi, lanceo-
Receptaculum glabrum. Pappus capillaris
.. lanatus. — *Herbæ molliores, radicibus bi-*
s perennibusve, foliis sæpe divisis, floribus
giatis.

CINERARIA *campestris:* (floribus radiatis,) umbella multiflora, caule simplicissimo, foliis utrinque lanuginosis; caulinis lanceolatis subsessilibus integerrimis; radicalibus obovatis petiolatis dentatis. *Willden. spec. pl.* 3. *p.* 2081. *Retz. fl. scand. ed.* 2. *p.* 196. *obs. bot.* 1. *p.* 30. *oec. p.* 172. *Regensb. bot. Zeit.* 1823. *p.* 518. *Fl. Dan. t.* 1177. *Jacqu.*

näset, Lillö et Råbbelöfssjö supra Christianstad aliisque locis Scaniæ copiose, in rivulo supra pagum Frännarp juxta Halmstad Hallandiæ olim ad lacum minorem Vartoftensem paroeciæ Åsaki Vestrogothiæ (prope oram meridionalem districtus Falbygden). *J. Abr. Gyllenhal.*

Est facile maxima inter nostrates, saepe plus quam quadripedalis. Radix valde perennis: fibris copiosis pennam columbinam crassis, sed et stolonibus repentibus. Caulis solitarius et simplicissimus, inferne digitum minorem crassus, strictus Folia fere imbricata, digitum longa lataque. Florum fastigium semipedem latum, post messem optime explicatum Flos quidam fere sesquiunciam latus, flavus; radiis sesquilineam latis.

533. ASTER.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1291. Juss. gen. p. 202. Gærtn. fr. 2. p. 649. t. 170.

Calyx imbricatus; squamis interioribus simplici serie apice prominulis. Flosculi radiati saltim decem, lanceolati, (cærulei). Receptaculum glabrum. Pappus capillaris brevis. — *Herbæ radicibus perennibus, foliis indivisis.*

931. ASTER *Tripolium:* foliis lineari-lanceolatis carnosis glabris trinerviis subintegerrimis, floribus fastigiatis, calycibus æquabilibus obtusis. *Linn. svec. n. 753. spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 2039. *it. scan. p.* 126. *vestrog. p.* 25. *am. ac.* 8. *p.* 103. *Sv. Bot. t.* 470. *Flor. Dan. t.* 615. *Kalm bohusl. p.* 134. 158 *Wahlb. gothob. p.* 79. *Fries hall. p.* 134. *Ahlquist runst. p.* 28. *Rosén Nov. Act. Up. VIII. p.* 225.

Hab. in litoribus exterioribus magis salsis utriusque maris scil. a Bahusia ad Halmstad Hallandiæ frequenter, et a Scania (ut Kullaberg, Landskrona Kivik) per Oelandiam et Gotlandiam ad Roslagiam passim; (rarius in subsalsis Vestrogothiæ infra Hellekis saltem olim secundum Linn. it. vestrogoth. l. c. et indice).

Radix caespitosa. Herba pedalis et ultra, inferne eximie purpurascens, succosa difficile exsiccanda, superne glaucescens. Folia semper floribus angustiora. Florum radii ultra decem, insigniter caerulei.

334. SOLIDAGO.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1292. Juss. gen. p. 202. Gærtn. fr. 2. p. 447. t. 170.

Calyx oblongus imbricatus; squamis angustis conniventibus. Flosculi radiati vix seni, lanceolati (flavi). Receptaculum glabrum. Pappus capillaris brevis. — *Herbæ eximie virgatæ, radice perenni, foliis indivisis.*

952. SOLIDAGO *Virgaurea:* caule subflexuoso angulato puberulo; foliis utrinque attenuatis serratis, racemis paniculatis confertis, ligulis oblongatis. *Linn. svec. n. 754. spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 2065. *Flor. Dan. t.* 663. *Wahlenb. lapp. n.* 390.

β. lapponica: floribus majoribus magis dispersis et axillaribus.

Hab. in pratis sylvaticis elevatis totius Sveciæ etiam alpinæ frequenter.

Folia radicalia scabriuscula, saepe bis pollicem lata. Planta bipedalis et ultra in temperatis et campestribus regionibus praecipue paniculà virgatà magnà flavescens, etiam Svecis *Gullris* v. *Jumfruris*; sed in sylvestribus frigidioribusque locis magis sparsiflora *β*, radiis majoribus circiter lineam latis.

335. CINERARIA.

Linn gen. ed. Schr. n. 1294. Juss gen. p. 203. Gærtn. fr. 2. p. 446. t. 170.

Calyx simplici serie polyphyllus, æqualis. Flosculi ambitus apud nos semper radiati, numerosi, lanceolati, flavi. Receptaculum glabrum. Pappus capillaris longus s. lanatus. — *Herbæ molliores, radicibus biennibus perennibusve, foliis sœpe divisis, floribus fastigiatis.*

953. CINERARIA *campestris:* (floribus radiatis,) umbella multiflora, caule simplicissimo, foliis utrinque lanuginosis; caulinis lanceolatis subsessilibus integerrimis; radicalibus obovatis petiolatis dentatis. *Willden. spec. pl.* 3. *p.* 2081. *Retz. fl. scand. ed.* 2. *p.* 196. *obs. bot.* 1. *p.* 30. *oec. p.* 172. *Regensb. bot. Zeit.* 1823. *p.* 518. *Fl. Dan. t.* 1177. *Jacqu.*

austr. t. 180. (major). *Deinboll in Tidskrivt Naturvid.* 1. *p.* 125.

Hab. in collibus elevatis Scaniæ mediæ tribus loci scil. 1) ad templum Ignabergæ, 2) ad Axelvold in fra Söderåsen non procul a Dufeke et 3) ad Dysje bró supra Saxån prope Anneslöf (ubi Disekälla sec Gillberg p. 195.); — nec non in maritimis Norvegiæ ultimæ in districtu Fælles dicto ex. gr. a Bomeni-eid copiose.

Planta tota albo-lanuginosa praecipue si minor et sp thamaea ut in Scania. Folia radicalia tantum unciam una alteramve longa; caulina interdum caule vix latiora. Un bella in minimis pauciflora et fere sessiliflora.

934. CINERARIA *palustris:* floribus (radiatis) corymbosis, foliis lato-lanceolatis dentato-sinuatis caule que glanduloso-pubescentibus. *Linn. spec. pl.* ed *Willden.* 5. *p.* 2080. *fl. svec. n.* 778. (Othonna) *i scan. p.* 95. 180. 209. 241. *Fl. Dan. t.* 573. *Le che scan. p.* 17. *n.* 69. *Retz. oec. p.* 172. *Osbec gôtheb. handl.* 4. *p.* 25. *Fries hall. p.* 134. *Fors ander veg. scan. p.* 11. *Aspegren bleking. p.* 62.

Hab. ad aquas præcipue fovearum turfosarum prope exitum fluviorum majorum per Scaniam campestrem inprimis maritimam exteriorem frequentissime ex. gr. prope Ystad in Öijamosse, ad Yngsjö Åsum etc. inter Malmö et Dybeck, ut etiam Hallandiæ meridionalis ad mare rarius prope Halmstad, Blekingiæ occidentalis territ. Lister.

Radix (biennis esse videtur), tota fibrosa. Folia radicalia primi anni eximie incisa et crispa, sed fere glabra Herba secundi anni tota insigniter viscoso-pubescens. Caulis saepe pedalis et ultra, demum superne valde ramosus saepe paniculatus. Folia caulina radicalibus vix minora, et iam incisa. Flores latitudine digiti majoris, pulchre flavi una cum pappo candido longo plantam e longinquo indicante

356. INULA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1295. *Juss. gen. p.* 202. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 449. *t.* 170.

Calyx subimbricatus; squamis exterioribus patulis, in fimis sæpe majoribus. Antheræ basi bisetosæ atte

nuatæque. Flosculi ambitus radiati numerosi (ultra 15), lineares, flavi. Receptaculum nudum. Pappus capillaris. — *Folia indivisa* 1) *Inulæ p. s. d. herbæ rigidiores, radice perenni, floribus majoribus, pappo non fulcrato n.* 935-938. 2) *Pulicariat herba molliori, radice annua, floribus minoribus, pappo paleis marginalibus fulcrato* (*Gœrtn. p.* 461. *t.* 173.) *n.* 939.

935. INULA *Helenium:* foliis amplexicaulibus ovatis subtus tomentosis, calycinis squamis ovatis. *Linn. svec. n.* 755. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 2089. *it. oel. p.* 60. *Sv. Bot. t.* 57. *Fl. Dan. t.* 728. *Kalm bohusl. p.* 205. *Vet. Ac. Handl.* 1743. *p.* 112. *Fries halland. p.* 137. *Leche scan. p.* 27. *n.* 51. *Retz. oec. p.* 527.

Hab. ut indigena ad pagos provinciarum litoralium inprimis occidentalium, ut Bahusiæ in Orust paroecia Morlanda pago Bionni, Hallandiæ prope Nissam ad Söndrum, Enslöf etc., Scaniæ, Oelandiæ rarius.

Radix magna aromatica Svecis *S. Helene-rot, Ålinsrot, Alunarot, Ålandsrot,* Hallandis *Hållsrot.* Herba quoque ex maximis interdum quinquepedalis, foliis plusquam pedem longis, subtus cinereis. Calyces magnitudine nucis Juglandis; flosculis radiantibus circiter 40, fere unciam longis; lævis.

936. INULA *Britanica:* foliis amplexicaulibus sublanceolatis basi serratis caulibusque pilosis paucifloris, floribus folio latioribus. *Linn. svec. n.* 756. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 2090. *Flor. Dan. t.* 413. *Rosén obs. bot. p.* 46. *n.* 37. *Wahlenb. Vet. Ac. H.* 1806. *p.* 64. *Ahlqu. ib.* 1821. *p.* 304. *runst. p.* 28.

β. viridis: glabrescens. *Nov. Act. Ups. VIII. p.* 225. 247.

γ. stricta: foliis strictis attenuatis mucronatis argute serratis utrinque canescentibus. Inula *Linn. it. gotl. p.* 273. *oel. p.* 157. *scan. p.* 398. *fl. svec. ed.* 1. *p.* 249. *n.* 694. (quæ dein perperam J. dysenterica *Linn. svec. ed.* 2. *n.* 757. nec spec. pl.)

Hab. locis campestribus paullo uliginosis supra ca cem formationum juniorum in provinciis orienta meridionalibus scil. Gotlandiæ in Fåröa, ad R ına, Botveda in Öje, inter Klinta et Vestergarn et Oelandiæ orientalis ad Persnäs, Husvalla, Runst etc. Scaniæ orientalis in aggeribus ad Christia stad extra portam septentrionalem dextram versu

Planta magnitudine admodum varians, circiter pedalis, lis laxis saepius albescens (nec unquam densius et brevi tomentosa ut I. dysenterica vera). Folia quamquam a plexicaulia tamen nunquam basi latius cordata, sed angus digiti minoris. Flores magni optimam praebent distincti nem: radiis extra calycem quinque lineas longis.

937. INULA *ensifolia:* foliis sessilibus ensiformib nervosis glaberrimis margine asperulis, caule sul unifloro. *Linn. spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 210 (*Jacqu. austr. t.* 162. nimium magna). *Rosén No Act. Ups. VIII. p.* 225 *et* 249.

Hab. in petra calcarea fere denudata Gotlandiæ miliaris ONO a pago Stora Ire, sed intra limite paroeciæ Hangvar, satis copiose.

Planta apud nos plerumque declinata, e radice repen inferne aphylla, tota duriuscula. Folia caulina numeros duabus lineis non latiora, curvula et subfalcata. Calyx l xius imbricatus extus glaberrimus, sed squamis margine c liatis. Flos magnitudine circiter praecedentis.

938. INULA *salicina:* foliis sessilibus basi subcordat lanceolatis recurvatis subtus margineque denticula tis, ramis angulatis subunifloris. *Linn. svec.* 759. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 2096. *it. scan.* 68. *vestrog. p.* 39. 40. *oel. p.* 47. 56. *gotl. p.* 29 *Flor. Dan. t.* 786. *Kalm bohusl. p.* 124. *Bjerkan der Vet. Ac. Handl.* 1776. *p.* 81. *Wahlenb. up n.* 528.

Hab. in pratis asperis declivibus a Scania ad Bahu siam, Vestrogothiam, Nericiam, Uplandiam et Go landiam passim (exceptis tamen regionibus macr Smolandiæ occidentalis: *Fries*).

Caulis erectus circiter bipedalis. Folia caulina numerosa

rigidula et subnitentia, quodammodo **Salicis pentandrae**. Flores saturate flavi; radiis numerosis, semiuncialis longitudinis. Calyces demum fuscescentes Gotlandis *Kråkfötter*.

939. INULA *Pulicaria:* foliis semiamplexicaulibus oblongis undulatis pubescentibus, caule dichotome paniculato, floribus subglobosis: radio minutissimo. *Linn. svec. n.* 758. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 2093. *it. scan. p.* 170. 331. 398. *Fl. Dan. t.* 613. *Leche scan. p.* 17. *n.* 70. *Aspegren bleking. p* 62. *Retz. oec. p.* 329. *Ahlquist runst. p.* 28. *Vet. Ac. H.* 1821. *p.* 304. *Osbeck götheb. handl.* 4. *p.* 25.
Hab locis aliquando inundatis prope pagos plateasque provinciarum meridionalium exteriorum, ut Scaniæ maritimæ frequenter, Blekingiæ, Oelandiæ mediæ ad Färgstaden, Brostorp et Spjuterum parce, Hallandiæ maxime australis rarius.
Radix annua. Caulis infima basi geniculatus, ceterum erectus circiter pedalis, ad quemcumque florem defloratum dichotome se dividens, itaque demum hoc modo paniculatus. Folia parum plus quam unciam longa et digitum minimum lata. Calyx piso vix major, valde glandulose pubescens, odorus, unde Blekingis *Brudgumpors*. Radius vix lineam longus, serotinus.

337. ARNICA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1296. *Juss. gen. p.* 203. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 451. *t.* 173.

Calyx subsimplici serie polyphyllus, æqualis. Flosculi radii filamentis quinque. Receptaculum hirtum. Pappus setaceus. — *Folia integerrima: caulina opposita. Flores insignes lutei. Radix perennis.*

940. ARNICA *montana:* foliis radicalibus obovatis subintegerrimis quinquenervibus; caulinis geminis, caule paucifloro, calyce glanduloso-scabro. *Linn. svec. n.* 760. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 2106. *it. scan. p.* (48) 153. 240. 286. 359. (*gotl. p.* 305. 316.) *vestrog. p.* (16.) 39. 74. 90. 115. (228.) *am. ac.* 8. *p.* 43. *Sv. Bot. t.* 185. *Flor. Dan. t.* 63. *Leche scan. p.* 27. *n.* 49. *Fries halland. p.* 134. *Kalm bohusl. p.* 14. *Samz. neric. p.* 61. *Hisinger verml. p.* 10.

Hab. in pratis sylvestribus, et montosis provinciarum meridionali-occidentalium Gothiæ: scil. Scaniæ Blekingiæque nec non Smolandiæ totius usque versus Calmar et ad sylvam Hålveden prope Ostrogothiam, Hallandiæ, Bahusiæ, Daliæ et Vermandiæ inferioris usque ad flumen Klarelfven, Vestrogothiæ et exinde per sylvam Tiveden inter Ostrogothiam et Nericiam nec non per Kolmorden inter Ostrogothiam et Sudermanniam orientalem frequenter; ceterum non nisi Vermlandiæ ferrimontanæ raro, Dalekarliæ ad Hedemora prope Brunnsjöberget, Uplandiæ in paroecia Wendel prope Säfvastbo.

Radix crassitie pennae anserinae, subrepens. Planta plerumque bipedalis altitudinis, brevissimâ et glandulosâ pubescentia undique sparsim obfuscata. Folia pleraque radicalia basi omnino connata et opposita, saepius plus quam unciam lata, ob erthinam vim Ostrogothis *Nysblad*; caulina duo ad divisionem primam caulis duplo minora. Flores inter maxime spectabiles nostrates insigniter fulvi, Nericiis *Vill-Ringblomma*, Smolandis *Håstfibler*, Dalis *Mårrblomster*, Bahusiis *Burmånner*, Vestrogothis *Hårvåxter*, Scanis *St. Hansblomster*; radiis unciam longis.

941. ARNICA *alpina:* foliis radicalibus lanceolatis integerrimis trinervibus; caulinis geminis, caule unifloro, calyce lanato. *Linn. lapp. n.* 305. *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1822. *p.* 337. *Flor. Dan. t.* 1524. (A. angustifolia).

A. montana *β Linn. svec.*

Hab. in campo alpino sicco montis Säkkok infra Portifjällen paroeciæ Quickjock Lapponiæ Lulensis parcius.

Praecedenti certe valde affinis, sed ob faciem diversam non potest non distingvi. Planta tota vix digito altior, omnibus glandulis plane destituta, et earum loco obducta lanugine alba in calyce maxime collecta. Folia omnia tantum tres lineas lata, tenuia. Flores pallide lutei; radiis extra calycem vix semiuncialibus.

338. BELLIS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1300. *Juss. gen. p.* 205. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 419. *t.* 168.

Calyx simplici serie subdodecaphyllus, æqualis, herba-

ceus. Flosculi radii numerosi. Receptaculum conicum glabrum. Semina compressa, calva. — *Florum radii albi (s. cærulescentes). Pedunculi radicales uniflori.*

942. BELLIS *perennis:* pedunculo nudo, foliis obovatis crenatis venosis. *Linn. svec. n.* 761. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 2121. *it. scan. p.* 144. 179. 210. 240. *gotl. p.* 167. 241. *Sv. Bot. t.* 238. *Fl. Dan. t.* 503. *Osbeck götheb. handl.* 4. *p.* 25. *Wahlb. gothob. p.* 79. *Aspegren bleking. p.* 62.

Hab. in campis interdum irrigatis juxta vias et pagos provinciarum maritimarum meridionalium formationibus junioribus substratarum, ut Scaniæ adjacentisque Blekingiæ, Oelandiæ et Gotlandiæ frequenter; (ceterum Gothoburgi rarius, ut videtur adventitia).

Radix perennis ramosa et multiceps. Folia vix semiunciam lata. Pedunculi plerumque solitarii digitum longi. Flores Scanis *Pytter* (Danis *Putibug*, unde incuratius Scanis quibusdam *Futtel-ljus*); radio albo, extra calycem tantum bilineari.

359. CHRYSANTHEMUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1307. *Juss. gen. p.* 204. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 420. *t.* 168.

Calyx hemisphæricus, imbricatus; squamis coriaceis, margine scariosis. Receptaculum nudum, planiusculum. Semina apice calva. — *Herbæ inodoræ, foliis magis simplicibus et latis quam sequentium generum.*

943. CHRYSANTHEMUM *segetum:* florum radio concolore, foliis amplexicaulibus basi dentatis mucronatis incisis glaucescentibus. *Linn. svec. n.* 762. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 2148. *it. scan. p.* 251. 266. 268. 277. 316. 321. *Vet. Ac. Handl.* 1741. *p.* 206. *Sv. Bot. t.* 496. *Flor. Dan.* 6. *t.* 995. *Osbeck götheb. handl.* 4. *p.* 25. *Fries hall. p.* 135. *Wahlb. gothob. p.* 79. *Wahlenb. ups. n.* 530. *Fischerström mål. p.* 296.

Hab. inter segetes agrorum campestrium per provincias meridionali-occidentales scil. Scaniæ et Hallan-

diæ meridionalis frequentissime, in aliis provinciis parcius usque ad Uplandiam.

Radix annua. Herba tota glaucescens, crassiuscula. Folia inferiora saepe pinnatifida. Calycis squamae interiores longe scariosae lutescentes. Flores radiis latioribus saturate flavi nitent, unde Blekingis *Gulleblommor* etc. sed invisi Scanis *Hålabäcker, Etterört, Skummeslöfsört.*

944. CHRYSANTHEMUM *Levcanthemum:* florum radio discolore, foliis amplexicaulibus basi inciso-dentatis serratis oblongo-spathulatis. *Linn. svec. n.* 763. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 2142. *Sv. Bot. t.* 346. *Flor. Dan.* 6. *t.* 994. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 100. *Wahlenb. lapp. n.* 392.

Hab. in pratis siccioribus apricis totius Sveciæ usque ad limitem Lapponiæ infimum frequenter et Angermanniam supremam prope Tåsjöberget.

Radix perennis. Folia radicalia petiolata, obovata, et tantum crenata. Caulis angulatus. Flores ad foenisecium frequentissimi, radiis albis regularibus notissimi Svecis *Prestkragar.*

540. MATRICARIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1308. *Juss. gen. p* 205. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 420. *t.* 168. et Pyrethrum *p.* 430 *t.* 169.

Calyx imbricatus; squamis herbaceis submarginatis. Receptaculum nudum. — *Herbæ plerumque svaveolentes, foliis compositis mollibus, florum radio semper albo, sed in* 1) *Chamomilla:* calyx planiusculus, receptaculum conicum, semina calva, *in* 2) *Matricaria p. s. d.* (*Pyrethro Gærtn.*) *n.* 946. 947. calyx fere hemisphæricus (*Chrysanthemi*), receptaculum convexum et semina apice coronata; *radix magis perdurans.*

945. MATRICARIA *Chamomilla:* radiis patenti-reflexis, calycibus planis margine æqualibus, receptaculis conicis, foliis subsetaceis. *Linn. svec. n.* 764. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 2161. *it. scan. p.* 177. 422. *Sv. Bot. t.* 50. *Samz. ner. p.* 62. *Wahlenb. ups. n.* 531.

β. svaveolens: radiis deflexis paucioribus. *Wahlenb. l. c.*

M. svaveolens *Linn. svec. n.* 766. *it. vestrog. p.* 107.
Hab. in agris præcipue secalinis regionum campestrium a Scania ad Bahusiam, Vestrogothiam et Uplandiam frequenter; β magis ad pagos inter gramina per provincias sylvaticas, ut Smolandiam, Vestrogothiam meridionalem, Vermlandiam et Norrlandiam usque ad Medelpad passim, Jemtlandiam rarius.

Radix annua. Planta ramosissima, gracilis, circiter pedalis; foliorum laciniis fere tenuitate setae. Flores disco vix tribus lineis latiore, circiter septendecim-radiati, ob odorem svavem Svecis *Sötkullor, Lukt-tuppor, Hvitkrydda, Tysktuppor, Kamillblom* etc. β floribus fere duplo angustioribus, magis svaveolentibus.

946. MATRICARIA *inodora:* radiis patentibus, receptaculis hemisphæricis, calycibus margine scariosis, foliis pinnatis multifido-filiformibus, corona seminum integra. *Linn. svec. n.* 765. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 2157. (Pyrethrum). *Flor. Dan. t.* 696. *Wahlenb. lapp. n.* 393.

β maritima: foliis latioribus magis carnosis, seminum corona in lobos extensa. *Linn. svec.* — *it. vestrog. p.* 148. *Horneman plant.* 3. *p.* 871. Pyrethrum maritimum *Willden. l. c. Wahlb. gothob. p.* 79 *Fries halland. p.* 135.

Hab. ad plateas, vias, agros per totam Sveciam, regionibus alpinis et subalpinis tantum exceptis, ubique: β in littoribus maxime salsis oceani ubique et maris balthici saltem ad Oelandiam usque passim.

Radix annua. Planta tota fere omnino inodora, diffuse ramosa, mollis, glaberrima. Folia majora et crassiora ut tota planta. Flores praecipue duplo triplove latiores quam in praecedente; radiis saepe triginta (forsan potius Scanis *Baldersbrå* quam Anthemis Cotula).

947. MATRICARIA *Parthenium:* radio subpatulo abbreviato, receptaculis hemisphæricis, calycibus margine scariosis, foliis pinnatis; pinnis subovatis incisis; summis confluentibus, floribus fastigiatis. *Linn. spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 2155. (Pyrethrum). *Flor. Dan. t.* 674. *Sv. Bot. t.* 285. culta.

Hab. in insulis extimis earumque scopulis mari expositis Bahusiæ circa Marstrand ex. gr. in Koön frequenter et omnino spontanea (*Wahlberg*).

Radix biennis vel perennis. Planta pedalis et ultra erecta, fere tota odore quodammodo graveolenti, prae ceteris Svecorum *Mattram*. Foliorum laciniae saltem superiores saepe latitudine florum. Florum discus fere latitudine digiti minimi, sed radius omnium brevissimus, linea parum longior fere ut in Achilleis.

341. ANTHEMIS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1312. *Juss. gen. p.* 207.

Calyx hemisphæricus imbricatus; squamis membranaceis. Flosculi radiantes numerosi elongati. Receptaculum subconicum paleaceum. — *Herbæ foliis compositis rigidulis utplurimum mucronulatis*; 1) *Chamæmelum Gærtn. l. c. p.* 426. *t.* 168. paleis deciduis, seminibus calviusculis n. 948. 949. 2) *Anthemis Gærtn. p.* 433. *t.* 169. paleis persistentibus, seminibus coronatis n. 950. *radice perenni.*

948. ANTHEMIS *Cotula*: receptaculis conicis; paleis setaceis, seminum apice angusto calvo, calyce herbaceo, foliorum laciniis subfiliformibus. *Linn. svec. n.* 767. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 2181. *it. scan. p.* 177. 210. *oel. p.* 85. *gotl. p.* 272. *Sv. Bot. t.* 429. *Fl. Dan.* 7. *t.* 1179. *Wahlenb. ups. n.* 533. *Carls. strengn. p.* 48. *Ahlquist runst. p.* 28. *Fries hall. p.* 135. *Wahlb. gothob. p.* 80. *Aspegr. blek. p.* 62.

Hab. ad plateas et vias urbium in regionibus margaceis maxime campestribus ex. gr. Scaniæ, et circa lacum Mälaren Strengnesiæ, Upsaliæ etc. passim copiose; nec non in maritimis Oelandiæ, Gotlandiæ, Hallandiæ, Blekingiæ in Ronneby, Gothoburgi parcius.

Planta erectiuscula ramosissima, circiter pedalis, tenuior proximis. Flores praecipue ingrati subacidi odoris Svecis *Surkullor* vel *Surtuppor*, Scanis *Barbro* (i. e. Barbaræ flores); disco vix tribus lineis latiore; radiis circiter duodecim, Scanis *Baldersbrå* (i. e. supercilia Balderi s. radii solis).

949. ANTHEMIS *arvensis:* receptaculis conoideis; paleis lanceolatis exsertis, seminum apice dilatato-marginato, calyce scarioso, foliorum laciniis planiusculis canescentibus. *Linn. svec. n.* 768. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 2180. *Flor. Dan.* 7. *t.* 1178. *et* 685. procumb. *Hisinger herjed. p.* 54.

Hab. in arvis et agris præcipue provinciarum campestrium a Scania ad Bahusiam, Vestrogothiam, Vestmanniam ferrimontanam et Norrlandiam frequenter.

Planta paullo succosior et rigidior praecedente, aliquantum canescens; laciniis foliorum latioribus. Flores fere ejusdem magnitudinis, sed fere inodori (Svecis *Åkerkullor*), et demum receptaculum magis crassescit, seminibus paleisque globum durum insignem constituit. Radix quoque saepe ultra annum perdurat.

950. ANTHEMIS *tinctoria:* paleis persistentibus flosculos superantibus, seminibus coronatis, foliis bipinnatis serratis planis subtus tomentosis. *Linn. svec. n.* 769. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 2189. *it. gotl. p.* 212. 223. (*scan. p.* 245.) *Sv. Bot. t.* 62. *Flor. Dan. t.* 741. *Retz. oec. p.* 54. *Wahlb. gothob. p.* 80. *Forsander veg. scan. p.* 11. *Samz. neric. p.* 62. *Carls. strengn. p.* 48.

β. pallida; radiis pallidis, caule minus erecto. *Wahlenb. ups. n.* 535. *Flor. Dan. t.* 685.

Hab. in arvis et ad vias præcipue solo margaceo provinciarum campestrium orientalium et intermediarum, ut Gotlandiæ, Oelandiæ mediæ, Blekingiæ et Uplandiæ frequenter, Sudermanniæ et Ostrogothiæ passim, Vestmanniæ ferrimontanæ ad Skinskatteberg rarius et forsan adventitia, Scaniæ vix nisi ad Cimbrishamn, Vermlandiæ ad fodinas Tabergenses, Bahusiæ in ruderatis arcis tantum.

Radix saepius perennis et tota planta major quam praecedentes, plerumque bipedalis, late corymbosa. Flores magni (fere Chrysanthemi segetum), sesquipollicem lati, toti aurei et pigmento ejusdem coloris ditiores quam affines

Svecis *Lettblomster* (*Fårgkullor*), *Gulkullor*. — β quasi ad praecedentem revergit colore habituque minore.

342. ACHILLEA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1313. *Juss. gen. p.* 207. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 426. *t.* 168.

Calyx ovatus imbricatus; squamis angustis sublinearibus. Flosculorum radiantium ligulæ vix plus quam quinque (nisi duplicatæ s. duplici ordine positæ), ovatæ, abbreviatæ repandæque. Receptaculum planum paleaceum. Semina calva. — *Herbæ radicibus perennibus, sive floribus minoribus sive foliis simplicioribus quam in præcedentibus.*

951. ACHILLEA *Millefolium:* foliis bipinnatis pilosiusculis: laciniis linearibus dentatis mucronatis, caule superne sulcato. *Linn. svec. n.* 770. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 2208. *Sv. Bot. t.* 74. *Flor. Dan. t.* 737. *Wahlenb. lapp. n.* 394.

β. nobilior: odoratior, foliis latioribus obtusioribus magis tomentosis.

A. nobilis (*Rosén obs. scan. p.* 48. *n.* 39.) *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 199. *oec. p.* 12. *Vet. Ac. Handl.* 1787. *p.* 252. (vix vero Linn. spec.).

Hab. ad margines agrorum, viarum e. s. p. per totam Sveciam, alpibus tantum altioribus exceptis, ubique frequenter; β in calcareis campestribus Scaniæ inter Christianstad et Wram nec non ad Dufeke.

Caules vix pedales inferne simplices, sed superne divisi in cymam palma saepe latiorem ramosissimam Svecis *Tusendgren*. Folia pleraque digitum minorem lata. Flores plerumque albi vel paullo rubicundi (Svecis *Rölleka*), semine cannabis non majores, radiis disco toto latioribus, ob saporem amarum Uplandis *Backhumla*, Dalecarlis *Galentåra*, ob odorem *Hvitt Nåsgrås*, alias *Bråssor* vel *Bråssor*, etiam *Renfan* (Danorum *Reynfan*, Germanorum *Rheinfarren*).

952. ACHILLEA *Ptarmica:* foliis linearibus attenuatis æqualiter argute serratis glabris. *Linn. svec. n.* 771. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 2191. *it. scan. p.* 264. *vestrog. p.* 116. 135. 218. (228.) *Sv. Bot. t.* 207.

Flor. Dan. t. 643. *Kalm bohusl. p.* 63. 72. *Næzén in Fant diss. de Ulricæhamn p.* 51. *Videgren österg. p.* 31. *Samzel. neric. p.* 63. *Hisinger verml. p.* 11.

Hab. in pratis humentibus præcipue provinciarum occidentalium a Scania frequentissime ad Bahusiam, Daliam, Vermlandiam occidentalem et Vestrogothiam, Nericiam, Dalecarliam inferiorem ad Dalelfven passim; Ostrogothiæ in Torpön lacus Sommen.

Radix repens. Caulis saepius bipedalis, sed in arenosis Scaniae interdum spithamaeus tantum: foliis integerrimis unciam longis, sed floribus non minoribus verum cum radio semiunciam latis; pedunculis bractea tantum suffultis. Post foenisecium diu floret. Nericiis *Strandkil.*

ORD. 3. POLYGAMIA FRUSTRANEA.

543. CENTAUREA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1331. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 382. *t.* 161.

Calyx subglobosus imbricatus; squamis fimbriatus (vel stellatim spinosis in extran. specc.). Flosculi omnes tubulosi, sed radii majores omnino vacui. Receptaculum favosum, setosum. Semina hilo laterali impresso introrsum adfixa. Pappus setaceus asper. — *Herbæ floribus majoribus:* 1) *Cyanus Juss. gen. p.* 194. flosculis radii multo majoribus in infundibulum multifidum superne magis grandilobum dilatatis; 2) *Jacea Juss.* flosculis radii disco subæqualibus, *radice perenni n.* 954. 955.

955. CENTAUREA *Cyanus:* flosculis radii maximis multifidis, calyciиis squamis serratis adpressis, foliis linearibus: infimis pinnatim dentatis. *Linn. svec. n.* 776. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 2291. *Sv. Bot. t.* 52. *Flor. Dan.* 6. *t.* 993. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 106. *Wahlenb. ib.* 1811. *p.* 37.

Hab. in agris inter Secale et Triticum per maximam partem Sveciæ scil. usque ad Tåsjön Angermanniæ supremæ (*Læstad.*) et Umeå Vestrobotniæ ubique.

Radix annua. Herba tota pubescentiâ arachnoideâ adpressâ aliquantum canescens, saepe bipedalis, ramosa, sed angusta. Calyces vix pisi magnitudine; fimbriis albicantibus. Flores disci pauciores saturate caerulei, sed radii multiplo majores amoenissime cyanei nostrorum *Blåklint*, (*Blåklått*), australioribus rusticis ob formam *Båtsmanshatt*, *Hattar*.

954. CENTAUREA *Jacea:* calycinis squamis apice ovatis scariosis squarrosis, foliis lanceolatis: inferioribus sinuato-dentatis, ramis angulatis. *Linn. svec. n.* 774. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 2303. *Flor. Dan. t.* 519. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 35.

Hab. in pratis apricis et ad agros Sveciæ infra Skulskogen Angermanniæ ubique copiose.

Caulis plerumque oblique adscendens; foliis dente uno alterove amplectentibus. Calyx totus magnitudine nucis avellanae cum appendicibus squamarum scariosis cochleariformibus badiis, Svecis *Fårgklint*, *Gulskåra*, *Knappar*. Flosculi violaceo-rubicundi.

955. CENTAUREA *Scabiosa:* calycibus globosis; squamis adpressis ciliato-fimbriatis, foliis scabriusculis pinnatifidis: laciniis lanceolatis acutis basi incisis. *Linn. svec. n.* 773. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 2296. *Sv. Bot. t.* 327. *Fl. Dan.* 8. *t.* 1231. *Samz. neric. p.* 63. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 218. — 1811. *p.* 24.

Hab. ad agros, sepes, vias regionum campestrium a Scania ad Bahusiam, Vermlandiam inferiorem, Nericiam et Gestriciam passim copiose.

Radix valde multicaulis valida, caulesque duri (australioribus *Jernört*, *Jernrot*), tripedales et ultra. Folia radicalia interdum pedem longa, inferne fere pinnata; pinnis indivisis integerrimis. Calyx magnitudine ovi columbini, squamis atro-marginatis, fimbriis pallescentibus, Svecis *Storhufvud*, *Hårkullar*, *Våddklint*. Flosculi violaceo-rubicundi.

ORD. 4. POLYGAMIA NECESSARIA:

344. FILAGO.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1345. *Juss. gen. p.* 200. *Gærtn. fr.* 2. (*p.* 404.) *t.* 166.

Calyx duplex: exterior pentaphyllus. Paleæ intra calycem. Flosculi feminei apetali extimi inter calycem

et paleas pappo destituti; intériores pappo capillari. — *Calyces pauciflori conglomerati minimi; squamis stricte acuminatis* (nec extrorsum tam latis, sphacelatis vel fuscescentibus ac in Gnaphaliis minimis). *Herbulæ valde lanatæ, Svecis Musört, fere totæ annuæ, locis maxime apricis contentæ* (*Hallandis Kalatrefnad*).

956. FILAGO *montana*: calycibus lanatis laxe approximatis in axillis foliorum flore longiorum, caule ramoso. *Linn. svec. n.* 780. *spec. pl. ed.* 2. *p.* 1311. *am. ac.* 8. *p.* 103. etiam *Smith fl. brit. obs. p.* 874. *Sv. Bot. t.* 659. *Wahlenb. ups. n.* 540. *Ahlquist runst. p.* 28. *Fries nov. p.* 98.

β. simplicior præcipue inferne, foliis fulcrantibus flores æquantibus.

Gnaph. arvense (sec. *Smith fl. brit. p.* 874.) *Willd. spec. pl.* 3. *p.* 1897. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1275. *Fries halland. p.* 132.

Hab. in collibus campisque exaridis glareosis itemque locis exustis sylvarum a Scania ad Vermlandiam ferrimontanam, Dalecarliam superiorem (ex. gr. Ore) et Norrlandiam supremam ex. gr. Anundsjö et Edsele frequenter.

Radix annua. Caulis solitarius sed saepe per totam longitudinem ramos exserens, virgatus et ne quidem superne dichotomus vel cymosus. Folia majora quam in sequente, interdum fere semiunciam longa. Calyces quoque majores, duas lineas longi.

957. FILAGO *arvensis:* calycibus quinquangulis apice glabris nitidisque confertis in dichotomia paniculæ, foliis fulcrantibus flore brevioribus, caule inferne simplicissimo. *Linn. svec. n.* 781. *spec. pl. ed.* 2. *p.* 1312. *Sv. Bot. t.* 660. *Leche scan. p.* 16. *n.* 65. *Montin Vet. Ac. Handl.* 1766. *p.* 244. *Wahlenb. ib.* 1806. *p.* 65. *Næzén in Fant diss. de Ulricæhamn p.* 31. *Fries nov. p.* 99.

Gnaph. montanum *Willden. spec. pl.* 3. *p.* 1896. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1276. *Fries halland. p.* 132.

Gnaph. minimum *Smith fl. brit. p.* 873. *Engl. Bot.* 17. *t.* 1157. *Fries nov. p.* 15. *Wahlb. go-*

noribus. Corolla monopetala tubulosa; limbo quinquepartito: laciniis duabus minoribus sursum versis, tribus inferioribus majoribus labium inferius constituentibus. Antheræ basi dehiscentes, in filamentis sursum connatis. Capsula bilocularis apice intra calycis lacinias dehiscens: dissepimento valvis contrario. — *Herbæ lactescentes. Ord. nat.* 23. *Campanaceæ*.

960. LOBELIA *Dortmanna*: foliis linearibus bifistulosis integerrimis, scapo subnudo simplici racemoso. *Linn. svec. n.* 783. *syst. ed. Roem.* 5. *p.* 37. *it. vestrog. p.* 115. 249. *scan. p.* 358 (417.) (*gotl. p.* 305.) *Rogberg smol. p.* 22. *Sv Bot. t.* 452. *Fl. Dan. t.* 39. *Fries halland. p.* 43. *Næzén in Fant diss. de Ulricæhamn p.* 31. *Carls. strengn. p.* 49. *Aspegren bleking. p.* 17.

Hab. in lacubus fundo arenoso et aqua limpidiore frigidioreque præditis per provincias sylvaticas præcipue elevatiores et intermedias, ut Smolandiæ adjacentisque Hallandiæ, Blekingiæ et Vestrogothiæ copiose, Vermlandiæ ferrimontanæ frequentissime aliarumque regionum similium per Nericiam, Vestmanniam, Dalecarliam etc.; sed rarius in Mälaren et Scaniæ in Helgeå prope Christianstad.

Radix perennis, tota fibrosa. Folia fere omnia radicalia, plerumque unciam longa et bis lineam lata. Scapus teres sesquipedem et ultra longus pro diversa profunditate aquae. Flores subsecundi, penduli; corolla lactea vel dilutissime caerulescens, inter lacinias superiores ostendens antheras violaceas. Smolandis *Notgrås*.

347. VIOLA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1364. *Juss. gen. p.* 326. *Gartn. fr.* 2. *p.* 139. *t.* 112.

Calyx pentaphyllus: foliolis latere interiore adfixis. Petala quinque inæqualia; infimo latiore retrorsum calcarato. Antheræ subsessiles, sursum intra membranam appendicularem dehiscentes; infimis duabus appendices calcari petali infimi immittentibus. Capsula supera unilocularis trivalvis: valvulis latere interiore seminiferis. — *Herbæ radicibus perennibus præter*

ultimam varietatem speciei ultimæ, pedunculis unifloris 1) *radicalibus n.* 961-963. 2) *ex axillis foliorum caulinorum alternorum* a) *stipulis serratis* (*caninæ*) *) *floribus lacteis n.* 964. 965. **) *violaceis n.* 966. 967. b) *stip. integerrimis n.* 968. 969. c) *pinnatifidis n.* 970. — *Ord. nat. Campanaceis proxima, sed fructus potius Helianthemi.*

961. VIOLA *palustris:* acaulis, radice repente filiformi, foliis reniformibus glabris subnervosis, calyce obtuso. *Linn. svec. n.* 786. *syst. ed. Roem.* 5. *p.* 363. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 294. *Flor. Dan. t.* 83. *Wahlenb. lapp. n.* 396.

β. angustata: foliis cordatis acutis. *Fries nov. p.* 48. *halland. p.* 45.

Hab. in pratis paludosis totius Sveciæ sparsim; β præcipue in subalpinis regionibus usque ad Finmarkiam non raro; etiam Hallandiæ et Smolandiæ in denudatis regionibus sed locis occultis.

Radix omnium tenuissima, filo non crassior, varie divisa. Folia subcoriacea, evidentius nervosa, obsoletius crenata. Pedunculi in medio bracteati, digitales. Flores praecoces ex carneo caerulescentes; venis labii inferioris saturatioribus. — β differt tantum angustie omnium partium. Etiam radix fere tenuior est (quae contra longe crassior in vera V. uliginosa Schrad.)

962. VIOLA *hirta:* acaulis, foliis oblongo-cordatis petiolisque hirtis, calyce obtuso. *Linn. svec. n.* 788. *syst. ed. Roem.* 5. *p.* 360. *it. oel. p.* 81. *vestrog. p.* 74. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 295. *Sv. Bot. t.* 543. *Flor. Dan. t.* 618. *Wahlenb. Vet. Ac. H.* 1806. *p.* 65. *ups. n.* 543. *Ahlqnist. runst. p.* 11. *Carls. strengn. p.* 49. *Bjerkand. Vet. Ac. Handl.* 1776 *p.* 84. *Forsander veg. scan. p.* 13. *Aspegren bleking. p.* 19.

β? umbrosa: gracillima, calycibus angustis acuminatis.

Hab. in dumetis rupestribus vel petrosis Sveciæ orientalis præsertim Gotlandiæ, Oelandiæ, Sudermanniæ, Uplandiæ frequenter; Smolan-

diæ orientalis, Blekingiæ Scaniæque passim; occidentem versus vix ultra formationes transitionis Nericiæ et Vestrogothiæ; in Norrlandia ad Siljeberget Medelpadiæ et denique β ad Ramsele Angermanniæ in umbrosissimis (*Læstadius*).

Radix saepe crassitie calami scriptorii. Petioli praecipue divergenter hirti. Pedunculi plerumque glabrescunt, inferne bracteis binis stipati, digitales. Flores saturatius violacei. — β differt fere ut praecedentis speciei β gracilitate, sed praecipue angustie calycis. Flores autem adhuc ignoti, qui indicent an diversam speciem.

963. VIOLA *odorata:* acaulis, sarmentis radicis reptantibus, petiolis glabriusculis, foliis cordatis, calyce obtuso. *Linn svec. n.* 784. *syst. ed Roem.* 5. *p.* 364. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 296. *Sv Bot. t.* 8. *Flor. Dan. t.* 309. *Leche scan. p.* 17. *n.* 71. *Fries hallând. p.* 45. *Ahlquist Vet. Ac. Handl.* 1821. *p.* 302.

Hab. saltem quasi spontanea in graminosis hortorum Lundini alibique Scaniæ satis copiose, Hallandiæ meridionalis etc.; omnino indigena videtur Oelandiæ mediæ in paroeciis Högsrum et Thorslunda.

Radix et herba fere praecedentis, sed ut sub terra sarmentacea ita etiam foliis latioribus glabrioribus, floribus optime violaceis svaveolentibus.

964. VIOLA *persicifolia:* puberula erecta, foliis cordato-lanceolatis serratis; stipulis dentatis petiolo fulcrato longioribus, pedunculis folio brevioribus. *Schreb. MS.* — *Hortulanorum.*

V. stipularis *Fries halland. p.* 47. *Ahlquist Vet. Ac. Handl.* 1821. *p.* 303.

Hab. in Oelandiæ orientalis pratis ad rivulos, intra Landtborgen aliquando stagnantes, prope Runsten copiose.

Planta fere maxima nostrarum, saltem longissima, saepe sesquipedalis, undique pubescentia brevissima non parum cinerascens. Stipulae in medio caule maximae, interdum bis unciam longae et petiolo duplo longiores. Pedunculi foliis

breviores. Flores maximi fere unciam longi, dilutius caerulescentes fere ut in sequente, cui species proxima. Haec primaria et major V. persicifolia nomen optime meretur ob folia magis serrata et stipulas quoque folia persecta referentes.

965. VIOLA *lactea:* caule subdecumbente teretiusculo; foliis ovato-lanceolatis crenatis; stipulis acuminato-serratis herbaceis, pedunculis folio duplolongioribus. *Smith brit. p.* 247. *Engl. Bot. t.* 445. *Roemer syst.* 5. *p.* 369. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 65.
V. montana *γ. Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 299
β. stricta: caule superne erecto subtriquetro, foliis latioribus summis basi subcordatis. *Wahlenb. ups. n.* 544. *Flor. Dan. t.* 1529.
V. persicifolia *Fries nov. p.* 48. *halland. p.* 47.
V. montana *α Decand. prodr.* 1. *p.* 299.
Hab. ipsissima *α* in calce transitionis ad Hulterstad, Runsten etc. Oelandiæ, Gotlandiæ, Ostrogothiæ, sed *β* locis aquosis præcipue ripariis a Scania et Hallandia usque ad Uplandiam passim.

Radix magis repens quam in affinibus, adeo ut caulis quoque saepe decumbat et teretiusculus evadat. Folia etiam angustiora. Quo autem erectior evadit *β* eo etiam latior; folio uno alterove summo basi subcordato. Stipulae herbaceae, sed angustae. Flores semper lacteae vel dilutissime caerulescentes.

966. VIOLA *canina:* caule demum adscendente angulato, foliis cordatis crenatis glabriusculis, stipulis utrinque setaceo-serratis demum scariosis, calycibus lanceolatis acutis. *Linn. svec. n.* 785. *syst. ed. Roem.* 5. *p.* 366. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 298. *Sv. Bot. t.* 290. *Flor. Dan. t.* 1453. *Wahlenb. lapp. n.* 398.
β. arenaria: tota puberula etiam fructu, foliis brevioribus subreniformibus. V. arenaria *Aspegren bleking. p.* 19.
γ. sylvatica: major pilosior. *Fries halland. p.* 46. V. mirabilis *Flor. Dan.* 6. *t.* 1045.
δ. frustranea: caule valde elongato laxo, floribus apetalis non fructificantibus. *Læstadius Vet. Ac. H.*

Hab. in pascuis et pratis siccioribus totius Sveciæ usque ad Umeå et trans alpes ex. gr. ad Rörstai Nordlandiæ frequenter; β in jugis glareosis regionum maxime campestrium ut Uplandiæ, Scaniæ etc. passim; γ in sylvaticis Smolandiæ adjacentiumque provinciarum occidentalium sparsim; δ præcipue Norrlandiæ (*Læstadius*).

Est quasi mater omnium proximarum, et postquam hae praecipue ob stipulas majores herbaceas separatae sint, ipsa tamen adhuc satis polymorpha. Primaria forma mediae magnitudinis et fere glabra. β abbreviata et pubescentiâ brevissimâ tecta; γ major pilis distinctioribus adspersa; δ in umbrosissimis locis luxuriat caule longo folioso rarius fructificante. Omnium flores fere iidem pulchre violacei.

967. VIOLA *montana:* caule erecto triquetro, foliis cordatis sursum oblongis supra pilosiusculis serratis, stipulis extrorsum dentatis; superioribus semiovatis dimidio petiolo longioribus herbaceis, calycibus lanceolatis acutis. *Linn. svec. n.* 787. *Wahlenb. lapp. n.* 399.

Hab. in montibus petrisque calcareis vel calidioribus præcipue ad aquas majores Lapponiæ inferioris et Jemtlandiæ rarius.

Radix magis caespitosa et caules erecti interdum fere pedales. Folia basi cordata et tam lata ac praecedentis, sed sursum magis elongata. Stipulae omnes virides vel herbaceae; superiores pro brevitate sua latiores quam in ulla alia specie. Flores fere saturatiores quam in praecedente, itaque cum lactifloris n. 964. 965. comparari non potest.

968. VIOLA *mirabilis:* caule erecto triquetro, foliis reniformi-cordatis pilosiusculis; summis sessilibus, stipulis integerrimis, floribus caulinis apetalis fertilibus; radicalibus petaloideis sterilibus. *Linn. svec. n.* 789. *syst. ed. Roem.* 5. *p.* 377. *it. oel. p.* 81. *am ac.* 8. *p.* 104. *Jacqu. austr. t.* 19. *Wahlenb. Vet Ac. Handl.* 1806. *p.* 65. *Bjerkand. ib.* 1776. *p.* 84 *Samz. neric. p* 63. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814 *p.* 97. *Forsander veg. scan. p.* 12.

Hab. in dumetis fertilioribus præcipue supra calcem

formationum juniorum Gotlandiæ, Oelandiæ, Scaniæ, Ostrogothiæ, Vestrogothiæ in Falbygden etc. Nericiæ, Dalecarliæ ad Osmundsberg, Hyckje etc. Jemtlandiæ satis frequenter; ceterum in regionibus magis litoralibus et orientalibus ex. gr. Smolandiæ orientalis usque ad Vexiö, Uplandiæ, Sudermanniæ passim, Norrlandiæ rarius usque ad Tåsjöberget Angermanniæ (*Læstad.*)

Planta vernalis subacaulis videtur, foliis in cucullum convolutis, floribus petaloideis lacteis svaveolentibus masculis s. abortientibus; sed aestate maturiore explicatur herba omnium maxima et latissima pedalis, foliis 2-3-pollices latis, floribus vero subsessilibus omnino apetalis at demum fructiferis. Itaque multo magis biformis et mirabilis quam ulla alia.

969 VIOLA *biflora:* caule debili subbifloro, foliis reniformibus crenatis, stipulis ovatis integerrimis. *Linn. svec. n.* 790. *syst. ed. Roem.* 5. *p.* 378. *Flor. Dan. t.* 46. *Wahlenb. lapp. n.* 397. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 127. *Hisinger herjed. p.* 51.

Hab. locis suboccultis sæpe irrigatis per alpes omnes nivales regionesque subalpinas et inferalpinas juxta fluvios a Lapponia summa usque ad Herjedalen frequenter.

Radix squamosa. Planta tenuissima omnium, plerumque digitum longa; caule filum crasso. Stipulae omnium minimae linea vix longiores, sed herbaceae. Pedunculi foliis duplo triplove longiores. Flores lutei; fauce omnino glabra.

970. VIOLA *tricolor:* caule angulato diffuso, foliis oblongis dentato-crenatis, stipulis lyrato-pinnatifidis, corolla calycem extus glabriusculum duplo excedente. *Linn. svec. n.* 791. *syst. ed. Roem.* 5. *p.* 381. *it. vestrog. p.* 235. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 303. *Sv. Bot. t.* 44. *Flor. Dan. t.* 623. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 97. *Zetterst. res.* 2. *p.* 82. 68.

β. arvensis: corollis bicoloribus calyce extus pubescente vix longioribus. *Wahlenb. ups. n.* 547. V. arvensis *Roem. syst.* 5. *p.* 382.

Hab. in pratis siccioribus totius Sveciæ, Lapponia cisalpina elevatiore tantum excepta, frequenter;

, *β* in arvis magis campestrium regionum copiose; etiam ad Åsele reperta.

Planta primaria radice magis perennante, floribus magnis pulcherrime tricoloribus Svecis *Sammetsvioler*, occidentalibus *Skateblomster*; sed quo magis arvensis et radice annua eo magis, in fructum certe maturandum intenta, flores magnos explicare negligit usque dum corolla tantum alba, lutescente colore ad faucem, valde inconspicua splendorem generis amittat tuncque Svecis *Styfmorsvioler*.

548. IMPATIENS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1365. *Juss. gen. p.* 299. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 151. *t.* 113.

Calyx diphyllus, ad latera floris vergens, minutus. Corolla tetrapetala maxime inæqualis: petalo postico cornuto; lateralibus maximis labium inferius constituentibus; antico superiore minore. Capsula quinquelocularis quinquevalvis; receptaculo columnari. — *Herbæ magnæ molles grandifloræ. Ord. nat.* 32. *Gruinales prope Geranium.*

971. IMPATIENS *Noli tangere*: pedunculis multifloris solitariis, foliis ovatis, geniculis caulinis tumentibus. *Linn. svec. n.* 792. *syst. ed. Roem.* 5. *p.* 350. *it. scan. p.* 101. 107. 323. 372. *vestrog. p.* 26. 204. 218. *am. ac.* 8. *p.* 104. *Sv. Bot. t.* 371. *Fl. Dan. t.* 582. *Fries halland. p.* 48. *Bjerkander Vet. Ac. Handl.* 1776. *p.* 81. *Samzel. neric. p.* 63. *Carls. strengn. p.* 50. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 226. *Hisinger verml. p.* 11.

Hab. ad radices rupium præcipue irrigatas humosas occultissimas regionum montosarum ut Scaniæ sylvestris frequenter, Hallandiæ et Bahusiæ interioris rarius, Vestrogothiæ ad Halle- et Hunneberg, Kinnekulle et Billingen in strato lapidis suilli copiose, Ostrogothiæ ad Motala, Medevi etc., Nericiæ, Vermlandiæ occidentalis ad Stömne in Gillberga et Köla in Jössehärad, Sudermanniæ et Roslagiæ, Dalecarliæ ad Säter etc. nec non denique ad Dropphällan paroeciæ Undersvik prope fines Jemtlandiæ, Angermanniæ ad Sollefta multis locis (*Læstadius*).

Radix annua. Herba ad genicula pellucens, magna saepe tripedalis. Folia interdum palmam lata, pedunculis longiora. Flores pollice latiores insignes lutei, unde svecice *Gula* s. *Vilda Balsaminer*; cornu curvato. Capsulae unciam longae; valvulis e basi elastice dehiscentibus seminaque subito ejicientibus, quare Svecis *Springkorn* vel etiam Nericiis *Mödomsört*.

CLASSIS XX.

GYNANDRIA.

CONSPECTUS.

1. ORD. DIANDRIA. Ord. nat. 13. *Orchideæ*.
Corolla 6-petala: petalo int. labello. (Rad. perennis).

1) Antheræ conjunctæ stigmati. Petala distincta.

a. Pollen mucosum conjunctum in clavulas supra stigma erectas, intra loculamenta carnosa columnae antrorsum dehiscentia. Fructus erecti sessiles. (Radiculae tuberosae).

Labellum aperte coniceve calcaratum. Pet. cetera convergentia 349. ORCHIS
constricte angusteve calcarat. Pet. cet. divergent. 350. SATYRIUM
subt. sacculo carin. Pet. inter. ext:bus longiora 351. HERMINIUM
planiusculum. Petala interiora ext:bus minora 352. OPHRYS

b. Pollen ceraceum conjunctum in conulos saepe duplicatos pone stigma horizontales, membranis deciduis tectos. (Radix bulbifera).

Labell. saccat. Columna in petalum dilatata (Scap. vaginat.) - 353. NORNA
surs. vers. columnæ aversæ approx:tum (Fol. sup. bulb.) 354. MALAXIS
reflexum. Fructus pendulus. (Planta aphylla) 355. CORALLORRHIZA

c. Pollen in farinam fatiscens, tectum operculo indurato, pone et infra stigma persistenter adfixo. (Radix fibrosa).

* *Columna gen. basi dilatata; operculo sub apice inflexo*
Lab surs. vers. saccato-galeæforme; limb. trif. (Pl. aph.) 356. EPIPOGIUM
** *Columna teretiuscula; operculo sessili oblongato.*
Lab. basi concav. extrors. bifid., sine apice (Plant. aphylla) 357. EPIPACTIS
laterib. divisis apice interj. (Caul. multifol.) 358. SERAPIAS
amplect. extr. lin. bifid. columm. abbrev. (Caul. bifol.) 359. LISTERA
*** *Columna brevissima; operculo pedicellato late cordato.*
Labellum basi saccatum. Petala omnia apicibus parallela - 360. NEOTTIA

2) Antheræ distinctæ a stigmate. Petala conjuncta.

Labellum sacciforme sine limbo. Columna lobifera - 361. Cypripedium

2. Ord. Polyandria. Ord. nat. 7. *Aroideæ*

Spadix teretiusculus intra spatham supra basin constrictam - 362. Arum
dilatatam - 363. Calla
planus intra folium lineare - - - - - - - - 364. Zostera

Ord. 1. DIANDRIA.

349. ORCHIS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1367. *Brown hort. kew.*

Corolla ringens; petalis tribus in galeam conniventibus; duobus proximis etiam adscendentibus; labellum subtus calcari conico latius aperto. Pollen mucosum in pedicellis erectis intra loculamenta antrorsum longitudinaliter dehiscentia, basi confluentia in tuberculum commune. — *Flores tenuius membranacei plerumque punctis et lineis diversicoloribus. Radix deorsum tuberosa* 1) *tuberibus indivisis* a) *labello trifido* (Anacamptis Rich.) n. 972. b) *quadrifido medio producto* (militares) *n.* 973. 974. c) *trilobo* (masculæ s. Moriones) *n.* 975-977. 2) *tuberibus palmatis n.* 978-981.

972. ORCHIS *pyramidalis:* tuberibus indivisis, labello trifido æquali integerrimo; calcari filiformi germinibus longiore, spica densa pyramidata, foliis linearibus. *Linn. svec. n.* 798. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 14. *Sv. Bot. t.* 584. *Jacqu. austr. t.* 266. *Wahlenb. Vet. Ac. H.* 1806. *p.* 57. *Ahlqu. runst. p.* 29.
Hab. in pascuis sylvestribus insularum e formatione transitionis, ut Gotlandiæ septentrionalis passim ex. gr. ad Biskops in Bunge, Hau in Fleringe, Oelandiæ rarius ad Runsten et Hultersta.

Planta tota pedalis vel sesquipedalis altitudinis, stricta, angusta. Folia fere omnia prope radicem sita, vix quatuor lineas lata, sublinearia; sed bracteae caulis superioris numerosae. Spica ex brevissimis et latissimis, circiter unciam lata et sesquiunciam longa, tota rubra. Flores fere quinque lineas longi, et calcar paullo longius. Serius post foenisecium floret.

973. ORCHIS *ustulata:* tuberibus indivisis, labello quadrifido punctato: laciniis intermediis productioribus sublinearibus; calcari curvulo germinibus triplo breviore, folio caulino vaginante. *Linn. svec. n.* 797. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 20. *it. gotl. p.* 167. 225. *oel. p.* 45. 85. 106. 115. 137. *scan. p.* 257. 304. *Sv. Bot. t.* 351. *Fl. Dan. t.* 103. *Leche scan. p.* 27. *n.* 54. *et p.* 50.

Hab in pratis insularum formatione transitionis substratarum scil. Gotlandiæ et Oelandiæ frequentissime, ut etiam ad oras Scaniæ subsimilis rarius ex. gr. infra Sjörup ad Sunnered, ad Wallåkrabro supra Landskrona, ad Blentarp in Lillevång, Villie, Esperöd Kivikensium, Årup.

Planta minor plerisque, saepius spithamam alta. Folia lanceolata, semiunciam lata; caulinum unum alterumve in vaginam saccatam mutatum, et de cetero bracteae nullae caulinae. Spica ob galeam corollae primum obscure fuscam ante explicationem apice nigrescens, unde Gotlandis *Krutbrännare*, ceterum vix semiuncia latior. Corolla tribus lineis brevior, praeter galeam fere albescens, punctis rubris adspersa, sub foenisecio adhuc superstes.

974. ORCHIS *militaris:* tuberibus indivisis, labello quadrifido punctato: laciniis lateralibus linearibus; intermediis productioribus divergentibus cum apiculo interjecto; calcari germinibus duplo breviore, petalis conniventibus acuminatis concoloribus, bracteis obsoletis. *Linn. svec. n.* 796. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 22. *it. gotl. p.* 167. 325. *oel. p.* 45. 69. 115. 137. *Flor. Dan. t.* 1277. *Sv. Bot. t.* 340. *Jacqu. ic. rar.* 3. *t.* 598. *Wahlenb. Vet. Ac. H.* 1806. *p.* 67. *Ahlquist runst. p.* 29. (excl. synon. O. fuscæ Jacqu.) *Leche scan. p.* 49. *n.* 155. *β.*

Hab. in pratis et lucis insularum Gotlandiæ et Oelandiæ frequentissime, sed Scaniæ tantum circa Beckaskog et Lillö in calce juniore copiose.

Planta latissima nostrarum Orchidum et saepe ultra pedem alta. Folia oblonga fere sesquiunciam lata; suprema subsaccata, et de cetero bracteae nullae caulinae. Spica fere bis unciam lata. Corolla longissima, decem lineas a supre-

ma galea ad infimum apicem labii emetiens; galea dilutissime cyanea; labio paullo magis violaceo, ob figuram singularem Gotlandis *Johannis nycklar*. Floret quoque sub solstitium.

975. ORCHIS *Morio:* tuberibus indivisis, labello trilobo: lobis subæqualis longitudinis crenatis obtusis: medio emarginato; calcari apice inflato germinibus breviore, petalis omnibus conniventibus obtusis, foliis oblongis. *Linn. svec. n.* 794. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 18. *it. oel. p* 46. 69. 91. *Sv. Bot. t.* 233. *Flor. Dan. t.* 253. *Wahlenb. Vet. Ac. H.* 1806. *p.* 65. *Leche scan. p.* 49. *n.* 155. *α. Samz. neric. p.* 64. *Aspegren bleking. p.* 64.

Hab in pratis frutectosis subhumidis insularum Gotlandiæ et Oelandiæ ubique parcius, nec non Scaniæ orientalis ad Lillö prope Christianstad rarius, ad Malmö frequentius, Blekingiæ maritimæ ex. gr. in Storkö, Nericiæ raro ad Skyllerstaberg.

Planta brevis vix spithamaea. Folia circiter quinque lineas lata; superiora caulem fere totum vaginantia. Spica circiter octoflora. Flores toti obscurius violacei quam in ulla alia, sesquiunciam tum longi cum lati, praecociores quam in ceteris ante solstitium legendi.

976. ORCHIS *palustris:* tuberibus indivisis, labello cuneiformi tricrenato; calcari obtuso germinibus breviore, petalis patentibus obtusiusculis, foliis linearibus convolutis. *Willd. spec. pl.* 4. *p.* 26. *Jacqu. ic. rar.* 1. *t.* 181. *Wahlenb. Vet Ac. Handl.* 1806. *p.* 65. *Swartz ibid.* 1800. *t.* 3. *f.* A. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 225.

O. laxiflora *β Bieberst. caucas.* 3. *p.* 600.

Hab. in ripis apricis paludum Gotlandiæ septentrionali-orientalis passim ex. gr. ad pagum Wike in paroecia Boge, ad Fardume paroeciæ Rute.

Praecedentis forsan forma palustris angustata et elongata. Folia attenuata caule parum latiora. Spica magis sparsiflora. Flores longiores parum dilutiores et serius aestivales.

977. ORCHIS *mascula:* tuberibus indivisis, labello trilobo crenulato obtuso; lobo medio bifido; calcari

obtuso longitudine germinis, petalis falcato-acuminatis; exterioribus reversis. *Linn. svec. n.* 795. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 18. *it. gotl. p.* 171. *Sv. Bot. t.* 220. (sed delendis macul. fol) *Fl. Dan. t.* 457. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 67. *Ahlquist runst. p.* 29. *Leche scan. p.* 49. *n.* 155. *α. Rosén scan. p.* 50. *n.* 42. *Aspegren bleking. p.* 64.

Hab. in pratis elevatioribus et dumetis insularum Gotlandiæ et Oelandiæ ubique frequenter, Scaniæ passim ex. gr. circa Lund versus Dalby, ad Sularp, Fogelsång, Thorup, Blentarp, Willie districtus Ljunits, Blekingiæ maritimæ rarius in Värkö, Fläskö.

Planta ex longissimis hujus generis, saepe plus quam pedalis. Folia lanceolata utplurimum semiunciam lata. Spica longa et multiflora. Flores toti violaceo-rosei circiter novem lineas longi, sub solstitium explicati, ut videtur ob petala reversa Blekingis *Spanskryttare.*

978. ORCHIS *maculata:* tuberibus palmatis patentibus, labello subtrilobo inæquali crenato; calcari cylindrico germinibus breviore, petalis lateralibus adscendentibus. *Linn. svec. n.* 800. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 31. *Sv. Bot. t.* 413. *Flor. Dan.* 6. *t.* 933. *Wahlenb. lapp. n.* 403.

Hab. in pratis et pascuis depressis per totam Sveciam usque ad subalpina loca omnium Orchidearum vulgatissima.

Tubera palmam exactius referunt, Svecis *Handknoppar, J. Mariæ hand* etc. Folia fere omnia radicalia lanceolata, maculis fuscis adspersa. Caulis cum spica saepius pedalis. Bracteae cauli tantum adnatae (nec amplectentes). Petala albescentia punctis lineisque saturate violaceis eo elegantiora, rusticis *J. Mariœ förklåde* e. s. p.

979. ORCHIS *cruenta:* tuberibus profunde palmatis, labello subtrilobo crenulato: lateribus subdeflexis; calcari conico germinibus alatis breviore, petalis lateralibus adscendentibus, bracteis longitudine florum. *Flor. Dan. t.* 876. *Willd. spec. pl.* 4. *p.* 29. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 130. 146.

Hab. in pratis inferalpinis ad diversorium paroeciæ Alsen Jemtlandiæ rarius.

Sequenti proprior etiam tuberibus in digitos fere distinctos divisis. Caulis humilior vaginato-foliosus. Folia ovato-lanceolata, supra maculis crebris purpureo-violaceis notata. Bracteae quoque sangvineo-maculatae. Flores duplo minores, purpurei.

980. ORCHIS *latifolia:* tuberibus profunde palmatis rectis, labello acuto obsolete trilobo: lateribus reflexis; calcari conico germinibus breviore, petalis lateralibus adscendentibus, bracteis flore longioribus, folio caulino vaginante. *Linn. svec. n.* 801. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 28. *Flor. Dan. t.* 266. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 100. *Wahlenb. lapp. n.* 402.

Hab. in pratis declivibus humidioribus per plerasque regiones Sveciæ usque ad Dalecarliam superiorem et Lapponiam, sed plerumque parcius et vix nisi in regionibus formatione transitionis substratis frequenter.

Herba tota laetius virens, strictior crassiorque, vix pedalis. Folia longe vaginantia etiam in caulem medium adscendentia. Spica vix plus quam bipollicaris. Flores praecociores, plerumque ante solstitium explicati, ex roseo dilutius violacei; labello lineis aream obcordatam circumscribentibus; fauce calcaris omnium maxima, quo fit ut petala lateralia eximie adscendant.

981. ORCHIS *sambucina:* tuberibus profunde palmatis, labello obsolete trilobo crenato; calcari conico germinibus breviore, petalis lateralibus adscendentibus, bracteis florum longitudine coloreque subscariosis, caule nudiusculo, foliis obtusis *Linn. svec. n.* 803. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 30. *am. ac.* 8. *p.* 104. *Sv. Bot. t.* 362. *Fl. Dan. t.* 1232. *Jacqu. austr. t.* 108. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 69. *Ahlquist ib.* 1821. *p.* 287. *Videgren österg. p.* 29. *Aspegren bleking. p.* 64.

β. incarnata: *Linn. svec. n.* 802. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 30. *Sv. Bot. l. c. fig. alt.*

Hab. in pratis et pascuis apricis collinis petrosis et saxosis per regiones magis maritimas Sveciæ orientalis, ut Gotlandiæ et Oelandiæ passim, Blekingiæ, Stockholmiæ adjacentisque Roslagiæ nec non Sudermanniæ frequenter, β deinde in maritimis Ostrogothiæ et Calmariensis gubernationis usque ad fluvium Wirboå angulo Oelandiæ septentrionali oppositum satis frequenter.

Planta humilior vix plus quam spithamaea. Folia oblongata praecipue sursum circiter octo lineas lata, fere omnia radicalia (uno tantum caulem ceterum nudum amplectente), evidenter glaucescentia. Spica subrotunda sesquiunciam lata. Flores circiter octo lineas longi albi; labello lutescente punctis rubris adsperso, odoreque fere Sambuci. Verno tempore post frondescentiam jamdudum obvia. — β flores incarnati, basi labelli lutescente.

550. SATYRIUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1368. Habenaria et Gymnadenia *Brown l. c.*

Corolla ringens; petalis tribus superioribus laxius conniventibus; duobus proximis descendentibus; labello pone aperturam angustam sive in sacculum dilatato sive in calcar angustissimum producto. Pollen mucosum in pedicellis erectis intra loculamenta antrorsum longitudinaliter dehiscentia, basi in tubercula distincta abeuntia. — *Flores crassiores unicolores eximie fragrantes. Radix* 1) *fasciculata n.* 982. 983. 2) *tuberibus palmatis n.* 984-986. 3) *tuberibus indivisis n.* 987.

982. SATYRIUM *albidum:* tuberibus fasciculatis, labello trifido: lacinia media lineari productiore; calcari petalis ovatis breviore. *Linn. svec. n.* 806. *it. scan. p.* 80. 153. *vestrog. p.* 131. *Fl. Dan. t.* 115. *Sv. Bot. t.* 507. *f.* 1. (Habenaria). *Leche scan. p.* 18. *n.* 73. *Rosén scan. p.* 54. *n.* 44. *Osbeck götheb. handl.* 4. *p.* 26. *Horneman plantel.* 5. *p.* 890.

Orchis albida *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 38. *Fries halland. p.* 137. *Wahlenb. lapp. n.* 406. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 160. *Laestadius Vet. Ac. H.* 1822. *p.* 342.

Hab. in pratis montosis Sveciæ occidentalis meridionalioris, ut Scaniæ ad Lillö prope Christianstad, Tunbyholm, Lund etc. Hallandiæ meridionalis passim, Smolandiæ satis frequenter usque ad Björneke paroecia Häråkra, Vestrogothiæ inprimis ad montes transitionis Hunneberg, Kinnekulle, Mösseberg, Olleberg etc. copiose: — dein non antequam in alpibus Lulensibus et Finmarkiæ infra Kautokeino usque in maritima loca.

Planta vix pedalis. Folia oblonga, saltem inferiora obtusa, circiter semiunciam lata. Spica angusta utpote quinque lineas tantum lata, initio aestatis florens; in meridionalibus densiflora, in alpibus magis laxiflora sed ibi maxime svaveolens. Flores toti albidi, minimi, vix duas lineas longi.

983. SATYRIUM *viride:* tuberibus subfasciculatis, labello lineari apice tridentato: dente medio minore; calcari saccato, bracteis flore sesquilongioribus. *Linn. svec. n.* 804. *Flor. Dan. t.* 77. *Sv. Bot. t.* 507. *f.* 2. (Habenaria).
Orchis viridis *Willd. spec. pl.* 4. *p.* 33. *Ahlquist runst. p.* 29. *Wahlenb. ups. n.* 552. *lapp. n.* 405. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 100.
Hab. in pratis et pascuis durioribus sylvestribus Sveciæ magis orientalis vel ab oceano aversæ a Scania ad Oelandiam, Vestrogothiam interiorem ex. gr. ad Billingen, Uplandiam, Vestmanniam ferrimontanam, Dalecarliam in Osmundsberg frequenter et Norrlandiam rarius; dein tantum in regionibus subalpestribus Jemtlandiæ et Lapponiæ usque ad districtum Fælles dictum prope Russiam rarius.

Planta tota semipedalis vel paullo ultra. Folia duo triave, in caulem adscendentia, oblongo-elliptica, vix plus quam unciam longa. Flores ad foenisecium reperiuntur toti virides nisi cum fuscescentia quadam praecipue in alpibus, ubi etiam flores aliquantum majores: labello sesquitertiam lineam longo,

984. SATYRIUM *nigrum:* tuberibus profunde palmatis, floribus resupinatis; labello integerrimo acuminato; calcari brevissimo, spica subglobosa, foliis

linearibus. *Linn. svec. n.* 805. *Flor. Dan. t.* 998. *Jacqu. austr. t.* 368. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1789. *p.* 49. *Hartm. ib.* 1818. *p.* 128. *Hising. jemtl. p.* 73. Orchis nigra *Willd. spec. pl.* 4. *p.* 35. *Sv. Bot. t.* 560. Nigritella angustifolia *Richard.*

Hab. in pratis siccioribus supra formationem transitionis Jemtlandiæ planioris frequenter, sed rarius in Angermannia et Medelpadia adjacente.

Planta spithamaea; foliis caule non latioribus. Spica circiter octo lineas lata, purpureo-fusca, Jemtlandis *Brunkulla,* etiam *Brunstollar.* Odor svavissimus fere Vanillae praecipue in bracteis margine glandulosis. Germina tam brevia et subrotunda, ut contorqui nequeant et hinc flores resupinati. Petala omnia maxime acuminata.

985 SATYRIUM *odoratissimum:* tuberibus palmatis, labello late cuneiformi trilobo; calcari subulato longitudine petalorum, foliis linearibus.

Orchis odoratissima *Linn. faun. svec. append. p.* 558 (exclus. vestrobottn.) *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 32. *Sv. Bot. t.* 542. *Jacqu. austr. t* 264. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 68. *Vide-östergr. p.* 29

Hab. in pratis sylvestribus uliginosis prope oras Gotlandiæ passim ex. gr. ad Hall, inter Rute et pagum Koparfve, inter Wike et Gothemså, in Sundre, Gröttlingbo; ceterum solummodo Ostrogothiæ in Omberg loco cretaceo prati Storängen pagi Hoje (cum Bartsia) non parce.

Planta angustissima, pedalis vel sesquipedalis longitudinis; foliis gramineis lineam unam alteramve tantum latis. Spica semiuncia non latior. Flores quoque fere minutie praecedentium, tres lineas longi, post foenisecium explicati, calcari brevi et tota forma fere ut in specie prima, dilute rosei, svaveolentes. Attamen a sequente parum differt, et sic transitum ad longissime calcaratas species efficit.

986. SATYRIUM *conopseum:* tuberibus palmatis, labello late cuneiformi trilobo; calcari setaceo germinibus longiore, foliis sublinearibus. — (Satyrium basilicum mas. *Fuchs. sist.* 712)

Orchis conopsea *Linn. svec. n.* 799. *spec. pl. ed Willd.* 4. *p.* 32. *Fl. Dan. t.* 224. *Hartm. Vet Ac. Handl.* 1814. *p.* 100. *Wahlenb. lapp. n.* 404

β. densiflorum: majus magisque foliosum. *Wahlenb. Vet. Ac. H.* 1806. *p.* 68. *Ahlqu. runst. p.* 29.

Hab. in pratis petrosis et saxosis fere totius Sveciæ usque ad Jemtlandiam frequenter; sed Lapponiæ in paludibus et alpibus rarius minusque; *β* in lucis fertilissimis insularum Gotlandiæ et Oelandiæ copiose.

Caulis cum spica cylindracea saepius plus quam pedalis, strictus. Folia latitudine saltem trium linearum. Spica demum caule longior Vermlandis *J. Mariæ Brudgran.* Flores toti purpureo-violacei, modice svaveolentes, post solstitium explicati. Calcar germine saepe duplo longius, sed interdum ex. gr. in paludibus Lapponiae eodem re vera brevius, ut in ejus longitudine vix differentia speciei multo minus character generis. — *β* duplo triplove majus.

987. SATYRIUM *bifolium:* tuberibus indivisis, labello lanceolato integro; calcari setaceo longissimo, foliis binis radicalibus oblongis. — (Satyrium *Rivini et Pharmacop.*)

Orchis bifolia *Linn. svec. n.* 793. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 10. *it. vestrog. p.* 235. *Sv. Bot. t.* 514. *Fl. Dan. t.* 235. *Wahlenb. lapp. n.* 401. (*Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 129.)

Hab. in pascuis duris sylvestribus per maximam partem Sveciæ scil. a Scania ad Vermlandiam superiorem et Norrlandiam ubique, nec non in parte infima Lapponiæ rarius (sed fertiliora et altiora loca Jemtlandiæ non frequentat).

Scapus angulatus, tantum bracteis nonnullis herbaceis stipatus, cum spica pedalis et ultra, post solstitium florens. Petala exteriora alba undulata, interiora ut praecipue labellum apicem versus virentia et crassiuscula, noctu fragrantissima, unde Svecis *Nattfioler, Ståndpers, Yxne* v. *Oxne.*

551. HERMINIUM.

Linn. gen. ed. 2. *n.* 826. *syst. nat. ed.* 6. *p.* 130. *Brown hort. kew.* — *Richard.*

Corolla ringens; petalis duobus interioribus longioribus

cum labello ipsorum longitudinis initio parallelis conniventibusque, melleis; labello cruciatim nervoso, ad basin subtus deducto in sacculum nervo carinatum. Pollen in loculamentis cucullatis columnæ, marginibus sacculi nectarini adnatæ. brevissimæ. — *Flores minuti fere mellei odoris et coloris.*

988. HERMINIUM *Monorchis:* labello divergenter trifido: lacinia media duplo longiore lineari petala interiora æquante, foliis radicalibus oblongis. *Linn. svec. ed.* 1. *n.* 740. (*lapp. n.* 317.) *it. gotl. p.* 225. 237. 255. *scan. p.* 208.

Ophrys Monorchis *Linn. svec. ed.* 2. *n.* 810. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 61. *Flor. Dan. t.* 102. *Ahlquist runst. p.* 30. *Bjerkander Vet. Ac. H.* 1776. *p.* 81. *Samz. ner. p.* 65. *Carls. strengn. p.* 50. *Wahlenb. ups. n.* 553. *Fries hall. p.* 137.

Hab. in pratis apricis subhumidis præcipue mari proximis et orientalibus formatione juniore lætatis, ut Gotlandiæ Oelandiæque, Scaniæ, Roslagiæ frequenter; ceterum in formationibus transitionis Vestrogothiæ ad Kinnekulle, Gökhem, Varnhem, Berg, Näs etc. Nericiæ in Lannahögar paroeciæ Vinteråsa; denique raro circa lacum Mälaren Strengnesiæ, Wiksbergæ, Upsaliæ; rarissime in maritimis Hallandiæ et Umoæ.

Planta ex minimis hujus ordinis, plerumque tantum digitalis. Folia radicalia utplurimum bina acuta; accedente in exemplaribus majoribus uno caulino minore. Spica densiflora demum quasi deorsum imbricata, tota ob colorem odoremque mellis Svecis *Honingsblomma.* Flores singuli vix lineas duas longi; apicibus angustis petalorum interiorum exstantibus. Petala haec etiam basi dilatato-dentata, labello similiora quam in ulla alia planta Orchidea. Labellum nervis suis crucem sexradiatam quasi offert, initio non incurvatum, sed cum petalis ceteris interioribus recte se exserens.

352. OPHRYS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1369. (partim). *Swartz Vet. Ac. H.* 1800. *p.* 222. *t.* 3. D.

Corolla ringens; petalis duobus interioribus minoribus a labello, ipsis multiplo majore, divergentibus; labello

enervi incrassato, planiusculo, initio inflexo (sine nectarifera impressione). Pollen mucosum adfixum ut in Satyrio. — *Radix tuberibus indivisis globosis. Flores extus virides.*

989. OPHRYS *myodes:* labello pubescente tripartito: laciniis lateralibus linearibus; media duplo longiore oblonga biloba, petalis interioribus linearibus, foliis caulinis oblongis. *Linn. svec. n.* 818. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 64. *it. oel. p.* 44. 121. 137. *gotl. p.* 238. *Sv. Bot. t.* 293. *Fl. Dan. t.* 1398 *Jacqu. ic. rar. t.* 184. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 69. *Hartm. ib.* 1818. *p.* 129 *Videgr. österg. p.* 29.

Hab. in pratis depressis humidioribus strato calcareo formationis transitionis substratis per provincias laterales et altiores satis frequenter, ut: Gotlandiæ et Oelandiæ multis locis copiose, Vestrogothiæ in Kinnekulle ad Örnekulla, circa Mösseberg tum versus Klefva tum prope Falköping, Ostrogothiæ ad Omberg in Hoje-storäng cum Bartsia copiose, ad Gärstad, Sjökumla, Ryd, Motala, Slaka etc.; per provincias autem septentrionaliores rarius, ut: Nericiæ in paroecia Skyllersta a pago Köpsta ⅛ miliaris meridiem versus, Jemtlandiæ in Frösön non parce.

Planta tota pedalis vel paullo ultra. Folia pleraque radicalia, interdum fere unciam lata. Spica valde sparsiflora; floribus inferne unciam a se invidem distantibus. Petala tria exteriora viridia, sed interiora una cum labello quinque lineas longo fusca, muscam pedibus suis similia, quare Gotlandis *Flugblomster.* Floret ante foenisecium.

990. OPHRYS *alpina:* labello indiviso oblongo utrinque unidentato, foliis radicalibus linearibus scapum nudum subæquantibus. *Linn. svec. n.* 817. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 62. *Flor. Dan. t.* 452. *Wahlenb. lapp. n.* 408. *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1822. *p.* 342.

Hab. in declivibus humosis summarum alpium Lulensium rarius ex. gr. ad Stor-Tokin et Arrasvare juxta Virihjaur, in Jolli prope Sorjåsjaur; nec non

in alpibus maritimis Nordlandiæ ad Carlsöe et Finmarkiæ ad Hasvig.

Planta inter breviores Orchideas, vix digitum minorem longa. Folia lineam tantum lata, scapo interdum longiora. Spica subdensiflora, sed uncia non longior. Petala viridifuscescentia, conniventia; labello lutescente vix duas lineas longo. Florum habitus fere ut in Satyrio viridi, sed labellum incrassatum enerve, initio incurvatum, et petala reliqua interiora minuta fere ut in praecedente.

353. NORNA.

Calypso *Salisb. - Pursh fl. am. s. 2. p.* 593. (nec Beauv.) Orchidium *Swartz*.

Corolla maxime ringens; petalis quinque æqualibus sursum convergentibus; labello basi in sacculum dilatato. Columna genitalium laminam petaliformem aperturæ sacculi æqualem gerens, elongata; antheræ ceraceæ lamina duplici compositæ, tegmentis tenuibus deciduis. —, *Radix bulbis juxta positis, folio unico petiolato; pedunculo vaginato unifloro, fructuque erecto.*

991. NORNA *borealis* α europæa: angustior, folio ovato, petalis sublinearibus, labelli lamina ovata sacculum excedente.

Calypso borealis *Regensb. bot. Zeit.* 1823. *p.* 39.
Orchidium boreale. *Swartz Svensk Bot. t.* 518.
Prytz in Mnemosyne 1821. *Maj. p.* 151.
Limodorum boreale *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 122.
Cypripedium bulbosum *Linn. svec. n.* 821. *lapp. n.* 319. *t.* 12. *f.* 5. *amoen. ac.* 7. *p.* 443.

(β. americana: latior, folio subcordato, labelli lamina in medio abbreviata obcordata apices sacculi non tegente. *Hooker exot. fl.* 1. *t.* 12.)

(γ asiatica: adhuc latior, labelli sacculo ampliore quasi absorbente laminam inde obsoletam. *Gmel. sib.* 1. *p.* 7. *t.* 2. *f.* 1.)

Hab. in pratis collinis apricis inter lucos lætiores prope flumina maxima supra sinum Botlnicum summum raro, ut ad Tengliö semimiliare SO ab Avasaxa paroeciæ Öfver-Torneå et ad templum Kemi copiosius, (ceterum Ingriæ ad finem sinus fennici;

β in America maxime septentrionali ad Montreal prope Fl. Laurentii et infra exitum ejus in Terra nova Canadæ; γ in Asia sibirica et fluminis Lenæ regione superiore usque ad 55° lat.)

Bulbus vagina fere ampulliformi et semipellucida inflata vestitus. Folium radicale e vagina bulbi floriferi exiens, petiolo eadem vix longiore. elevatum, nervosum et ob venas transversas fere tessulatum saepeque maculatum. Scapus vel potius pedunculus radicalis vaginis duabus tribusve laxis semipellucidis obvolutus, vix plus quam digiti longitudinis. Flos bractea terminali petalis superioribus simillima fulcratus, extus roseus, intus candidior. Columnae lamina ovalis. Labelli apertura columnari laminae magnitudine aequalis; lamina ipsius longiore, infra aperturam sacci penicillo aureo ornata, cui initio applicatae antherae. Hoc labellum sacculo suo Cypripedio non male comparatum, igitur, Cypridis nomine ob affinitatem alienam postea amisso, satis bene Calypsidis acciperet planta, nisi hoc etiam jam aliter usitato Nornae deae illae praedestinationis septentrionalium condecoretur. Ab Orchide nimium distat tum flore fere Epipogio analogo tum radice vere bulbosa nec tuberosa, ut nomen ejus tam parum mutatum retineat. — Vernalis est flos multo magis quam ullus alius Orchidearum, mense majo jamdudum explicatus. Ex hybernaculo optimo (bulbo) praecoce surgit deae praedestinationis anni instar, unico fulcro (folio) tantum stipata, pede adhuc obvelato, facie assurgente intus candida (lamina columnae) radiis roseis spei (petalis) circumdata, pectore bursam amplam ubertatis futurae fovente, nec tamen omittente tegmen decentiae penicillo aureo ornatum (laminam labelli). — Europæa haec Norna ut angustior ita etiam gentilior, tegmine labelli decentior magisque condecorata ut decet parti orbis maxime politae; Americana aliquantum latior, lamina breviore, fere intermedia; Asiatica omnium latissima tegmine decenti fere orbata, in patria sua vastissima, maxime rudi.

554. MALAXIS.

Swartz Vet. Ac. Handl. 1800. *p.* 233. *t.* 3. P. *Brown hort. kew.*

Corolla ringens resupinata; petalis duobus exterioribus labello concavo indiviso convergentibus. Columna

genitalium labello subparallela latere anteriore a posteriore facto, ostendens antheras ceraceas cum tegmentis suis totas decidentes. — *Herbulæ molles et maxime paludosæ, bulbis proliferis vel suprapositis folio uno alterove vaginatis, scapo nudo parvifloro, floribus luteo-virentibus, fructibus semper erectis.*

992. MALAXIS *monophyllos:* folio subsolitario ovato, pedicellis capillaribus, labello ovato concavo acuminato. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 90. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 225. *Flor. Dan. t.* 1525. *Sv. Bot. t.* 663. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1800. *p.* 234. *t.* 3. *f. a-f. Hartm. ib.* 1818. *p.* 124. *Zetterstedt res.* 1. *p.* 11.

Ophrys monophyllos et latifolia (corr. liliifolia) *Linn. svec. n.* 814 *et* 811. *sp. pl. ed.* 1. *p.* 946. *Jacqu. coll.* 4. *p.* 340. *t.* 13. *f.* 2. *Loes. pruss.* 180. *t.* 57. *Widegren österg. p.* 29.

Hab. in paludosis alnetis atra humo refertis Sveciæ magis orientalis rarius, ut Gotlandiæ in insulis minoribus lacus Helvigträsk, Ostrogothiæ in Spånghagen ad Slaka (*Wallman*) et prope Quisberg, in Torpa, Risinge etc. Vestmanniæ ad Acidulas Sätræ, dein in insulis maris Bottnici Gestriciæ ad Verkfjärden insulamque Edskön paroeciæ Hille et Medelpadiæ in Alnön.

Folium maximam partem scapi vaginans et apice fere ad basin spicae pertingens, digitum latum. Scapus plerumque spithamaeus cum spica tenuissima inter Orchideas. Flores minimi quamquam acuminati sesquilinea non longiores, lutescentes, aestivales.

993. MALAXIS *paludosa:* foliis spathulatis concavis apice granulosis, labello ovato concavo apiculato. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 91. *Swartz Vet. Ac. H.* 1789. *p.* 127. *t.* 6. *f.* 2. *Sv. Bot. t.* 662. *Wahlenb. ups. n.* 554. *Zetterstedt res.* 1. *p.* 11. *Wahlb. gothob. p.* 81. *Fries halland. p.* 138. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 225.

Ophrys paludosa *Linn. svec. n.* 813. *Flor. Dan. t.* 1234.

Hab. in paludibus profundissimis limosis præcipue Sveciæ mediæ (et magis orientalis) passim, ut: Uplandiæ circa Upsaliam pluribus locis, Roslagiæ, Ostrogothiæ ad Omberg in Dagsmossen, Vestrogothiæ ad Klefva, Vestmanniæ ad Skinskatteberg, Nericiæ ad Porla; sed Bahusiæ, Hallandiæ et Gotlandiæ rarius.

Bulbus pisiformis intra vaginam intimi folii. Folia vix quatuor lineas lata, plerumque scapo multiplo breviora. Scapus digitum longus, quod ad dimidiam partem spica multiflora constitutus. Flores duas lineas longi, virescentes, ad foeniseciuṁ obvii.

994. MALAXIS *Loeselii:* foliis binis ovato-lanceolatis, scapo paucifloro, labello oblongo recurvato obtusiusculo. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1800. *p.* 235. *t.* 3. *fig.* P. *g. h. Willden. spec. pl.* 4. *p.* 92, *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 225 *et* 250.

Ophrys Loeselii *Linn. svec. n.* 812? *Loesel, pruss.* 180, *t.* 58. *Flor. Dan. t.* 877.

Hab. in paludibus limosis Gotlandiæ rarius, ut in insulis lacus Helvigträsk, in Martebomyr et ad Djufves prope Hoborgen; Scaniæ ad Årup supra Christianstad (Mag. Doc. *Joach. Åkerman*).

Planta tota crassior quam praecedens. Folia duplo triplove longiora, acutiora. Flores inprimis constanter plus quam duplo majores, quinque lineas longi, flavescentes; labello et columna genitalium a praecedentium specierum tam discrepantibus et ad sequentis generis formam accedentibus, ut non tantum transitus inter haec genera perevidens, verum forsan ratio sit hanc speciem ad genus sequens transferendi.

555. CORALLORRHIZA.

R. Brown in hort. kew. 5. *p.* 209.

Corolla ringens erecta; petalis omnibus sibi invicem et columnæ curvatæ initio parallelis; labello planiusculo demum recurvato. Columna genitalium elongata curvata in modum labelli, demum a labello divergens retrorsum antherifera; antheris cum tegmento deciduis ut in præcedentibus. — *Planta præ ceteris omnibus radice quasi corallina; itaque scapo aphyllo*

vagina summa loco bulbi, fructibus demum pendulis, floribus viridibus persistentibus angustis.

995. CORALLORRHIZA *innata: Smith brit. comp.* 1818. *p.* 131. *Sv. Bot. t.* 554. *Wahlenb. ups. n.* 555. *lapp. n.* 412. (Cymb.) *Zetterst. res.* 2. *p.* 109. 69. *Fries hall. p.* 138. *Nov. Act. Ups. VIII. p.* 226.
Ophrys Corallorrhiza *Linn. spec. n.* 816. *lapp. n.* 315. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 109. (Cymb.) *Flor. Dan. t.* 451. *Hartm. Vet. Ac. H.* 1814. *p.* 100.
Hab. in alnetis aliisque nemorosis limosis ad paludes majores sylvaticas fere totius Sveciæ passim parcius a Scania et Gotlandia usque ad Vermlandiam, Dalecarliam et mare septentrionale.

Radicis rami omnes aequales, crassitie pennae gallinaceae vel scapo crassiores, "sibi invicem innati" Linn. Act. Ups. 1740. p. 34. Scapi vaginae quo superiores eo longiores adeo ut suprema saepe triuncialis, cui pars superior nuda scapi quasi innata. Corolla virens eximie persistit in capsulis pendulis; labellum utrinque crena incisum et quodammodo subtrilobum.

556. EPIPOGIUM.

Gmel. sib. 1, *p.* 11. *t.* 2. *f.* 2. Satyrium *Linn. spec. ed.* 1. *p.* 945.

Corolla valde ringens, resupinata; petalis quinque convergentibus et sibi invicem semper parallelis, linearibus; labello in formam galeæ vel cuculli (fere Aconiti) sursum producto, antice limbo trifido. Columnæ genitalium basis dilatata aperturæ labelli magnitudine respondens; ceterum elongata, antheram polline farinaceo sub apice inflexo persistente operculari gerens. — *Radix corallina fere præcedentis, sed caulis basi ad articulos intumescens crassior, vaginis brevibus mox in bracteas mutatis. Fructus pendulus. Flos fauce rutilante.*

996. EPIPOGIUM *aphyllum: Gmel. sib. p.* 12. *Swartz* (*Sv. Bot. t.* 512. mutuata.) *Fries nov. p.* 57. *Læstad. Vet. Ac. Handl.* ined.
Limodorum Epipogium *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 129. *Flor. Dan. t.* 1233.
Hab. Smolandiæ occidentalis ad Femsjö in sylva umbrosissima abiegna Bökebergensi prope lacum

Färgen parcissime; nec non loco simili Angermanniæ supra exitum fluminis Ångermanelfven prope Bjerträ versus septentrionem et Rammeldalen, ubi unicum exemplar maxime serotinæ plantæ legit Rev. *L. L. Læstadius* die 7 Septembris 1824.
Exemplaria tria apud nos lecta minima, digitalis longitudinis et vix plus quam uniflora, itaque non nisi cum figura minore in Sv. Bot. (ad exemplar extraneum facta) comparanda. Flos autem apertura pulchre rubro-punctata ut a Gmelino describitur; ceterum tota planta pellucide albescens ne quidem germine excepto. Itaque omnium nostrarum plantarum parasiticarum maxime vesicularis et membranacea, decolorata, materia vegetabili fortiori exanis, unde etiam rarissime omnium proveniens. Mirum quantum Orchideae solo magis quam climati se accommodant!

557. EPIPACTIS.

Haller. — *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1800. *p.* 231. *t.* 3. N. *b. f.*

Corolla initio apicibus concurvatis clausa, demum petalis conniventibus subcampanulata; labello ad basin libero concavo, dein producto in lobos binos venosos. Columna genitalium libera elongata teres; antheræ fariniferæ operculo oblongato (sine fulcro postico). — *Radix repens radiculis ramentaceis; herba aphylla vaginata; floribus sordide cartilagineis ante explicationem obtusissimis; fructibus erectis ovalibus.*

997. EPIPACTIS *Nidus avis: Willden. spec. pl.* 4. *p.* 87. *Fries halland. p.* 158.
Ophrys Nidus avis *Linn. svec. n.* 815. *Flor. Dan. t.* 181. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 69. *Videgren östergr. p.* 29.
Hab. in sylvis umbrosis Sveciæ meridionalioris et mediæ præcipue orientalis et ad aquas majores passim parcius, ut: Scaniæ ad Öfvedskloster, Gotlandiæ pluribus locis, Roslagiæ ad Börstel, Uplandiæ in lacus Mäleri prom. ad Vårdsätra, in Kjärsön nec non Kongshalt prope Drottningholm, Vestrogothiæ in Kinnekulle prope Hjelmsäter et in Billingen prope Klefva, Berg et Wåmb, O-

strogothiæ in Sandö lacus Vettern, ad Vadstena etc. Hallandiæ rarissime.

Radix tophum multo crassiorem saepe ovo anserino majorem quam in similibus constituit. Caulis vel potius scapus interdum digitum minorem crassus, circiter pedalis, strictus. Spica densiflora; floribus patentibus tum ob formam labelli tum consistentiam et colorem subgelatinosam etiam nomen Nidi avis merentibus. Labelli pars basilaris magis efformata quam in genere sequente, sed lamina extima, quae in Serapiade extra lobos laterales posita est, desideratur, quo genus non potest non distinctum oriri. Columna quoque longa, omnimode libera et a labelli concava parte divergens separationem a Listera svadere videtur.

358. SERAPIAS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1371. Epipactis *Swartz l. c. f.* N. a.

Corolla initio apicibus subparallelis connivens, demum patens; labello ad basin concavo, in medio inciso deinque aucto lamina tenuiore indivisa. Columna genitalium et antheræ fere præcedentis. — *Herbæ radice repente tenui, caule multifolio, floribus coloratis rubicundis albisve ante explicationem acutis, fructibus* a) *pendulis pyriformibus in n.* 998. 999. b) *erectis cylindraceis n.* 1000. 1001.

998. SERAPIAS *latifolia:* fructu pedicellato pyriformi pendulo pubescente, labello acutiusculo petalis breviore, bracteis laxis, foliis subovatis. *Linn. mant.* p. 490. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 83. (Epipact.) *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 251. *Wahlenb. Vet. Ac. H.* 1806. *p.* 69. *ups. n.* 557. *Ahlquist runst. p.* 30.

S. Helleborine *α Linn. svec. n.* 819. *it. scan. p.* 304. *oel. p.* 159. *gotl. p.* 196. 225. 229. *Flor. Dan. t.* 811. *Bjerkand. Vet. Ac. H.* 1776. *p.* 81.

β. atrorubens: floribus purpurascentibus acuminatis foliisque ad apicem coloratis. *Rosén l. c. Linn. it. gotl. p.* 230. 253.

Hab. in pratis petrosis nemorosis Sveciæ temperatioris præcipue orientalis satis frequenter, ut Scaniæ, Gotlandiæ Oelandiæque; dein rarius usque ad Vermlandiam ferrimontanam ex. gr. ad

Långbanshyttan et Persberg, Dalecarliam superiorem ad Styggforsen alibique paroeciæ Bóda, nec non Roslagiam; *β* Gotlandiæ et Ostrogothiæ ad Omberg.

Planta prae ceteris hujus generis tum magnitudine cum latitudine varians. Plerumque sesquipedalis est, foliis bis pollicem latis, sed interdum non pedalis foliis vix uncialibus. Flores constantiores, breviores quam in ceteris, quatuor lineas tantum longi, rudiores et subfusci coloris.

999. SERAPIAS *palustris:* fructu pedicellato oblongo pendulo pubescente, labello obtuso crenato petalis æquali, bracteis flore longioribus, foliis lanceolatis. *Smith brit. p.* 945. *Willd. spec. pl.* 4. *p.* 84. (Epipact.) *Sv. Bot. t.* 449. *Flor. Dan. t.* 267. *Rosén scan. p.* 55. *n.* 46. *Ahlqu. runst. p.* 30. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 69. (S. longifolia) *Videgren österg. p.* 30. *Osbeck götheb. handl* 4 *p.* 26. *Fries hall. p.* 138 *Wahlb. gothob. p.* 81.

Hab. in pratis aquosis regionum littoralium Scaniæ passim, Oelandiæ Gotlandiæque satis frequenter, Ostrogothiæ, Roslagiæ rarius, Gestriciæ rarissime in Edskön, Hallandiæ ad Hasslöf, Karup etc. ac prope Götheborg.

Planta tota circiter pedem alta, superne cinerascente pubescens. Folia digitum minorem fere longa lataque. Petala labellumque semiunciam longa, extus virentia, intus albida hinc inde roseo-tincta, sub foenisecio optima.

1000. SERAPIAS *ensifolia:* fructu sessili cylindraceo erecto glabro alato, labello obtuso petalis acuminatis duplo breviore lineis rectis picto, bracteis squamaceis, foliis summis ensiformibus spicam subæquantibus *Murr. syst. veg. p.* 815. *Willd. spec. pl.* 4. *p.* 85. (Epipact.) *Flor. Dan. t.* 506. *Engl. Bot.* 7. *t.* 494. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1821. *p.* 518. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 226. 252. *Rosén scan. p.* 54: *n.* 45.

S. Helleborine *β Linn. svec. n.* 819. *it. oel. p.* 144.

Hab. in pratis fruticosis petra calcarea formationis transitionis substratis Scaniæ maxime meridionalis

rarius ad Hafgård territorii Wemmenhög, Oelandiæ septentrionali-occidentalis ad Hornsladugård et extra Torp nec non Byerum paroeciæ Böda, Gotlandiæ satis frequenter ad Hau, Helvig, Martebo, Lummelund, Eista, Sproge, Siltö. Hablingbo (unde aliquando Roslagiæ pervenisse videatur).

Tota gentilis glaberrima et nitida, saepius sesquipedalis. Folia nulla digito latiora, sed superiora plerumque tantum duas lineas lata et tamen digiti longitudine. Flores etiam elongati, decem lineas emetientes, toti albidi cum labello exterius lutescente, ante solstitium optime explicati.

1001. SERAPIAS *rubra:* fructu subsessili cylindraceo erecto pubescente, labello acuto petalis æquali lineis undulatis elevatis notato, foliis lanceolatis. *Linn. mant. p.* 490. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 86. (Epipact.) *Flor. Dan. t.* 345. *Engl. Bot.* 7. *t.* 437. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 226 *et* 252.

Hab. in pratis petra calcarea substratis Gotlandiæ septentrionalis rarius, ut in Storängen ad Vestö paroeciæ Hall, ad Kappelshamn prope Storugn, et ad Fardume paroeciæ Ruthe.

Inferne quoque nitida, sed superne eximie glanduloso-pubescens, pauciflora, maxime vero grandiflora. Longitudo totius plantae vix plus quam pedalis. Folia circiter digitum longa lataque. Flores plerumque tantum tres, unciam longi, toti etiam extus saturate rosei.

359. LISTERA.

R. Brown hort. kew. 5. *p.* 201. Ophrydis spec. *Linn.*

Corolla initio apicibus concurvis clausa; labellum basi dentibus stigma amplectens eique conglutinatum, ceterum medio planum incrassatum, demum lobis binis terminatum. Columna genitalium brevissima postice eminens fulcro operculum antherarum fariniferarum oblongatum deprimente. — *Radix fasciculatim fibrosa aphylla; caule foliis binis oppositis, ceterum nudo; floribus viridibus ante explicationem obtusissimis; fructibus ovalibus erectis pedicellatis. Nexus baseos labelli cum stigmate, generationem ut videtur adjuvans, maxime proprius et in nullo præcedentium observatus.*

1002. LISTERA *ovata:* foliis ovalibus, labello basi utrinque dente minuto. *Brown l. c. Smith compend. fl. brit.* 1818. *p.* 130.

Ophrys ovata *Linn. svec. n.* 808. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 87. (Epipact.) *it. oel. p.* 61. 62. 121. *gotl. p.* 233. *vestrog. p.* 31. *amoen. ac.* 8. *p* 104. *Flor. Dan. t.* 137. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 69. — 1809. *p.* 219. *Fries hall. p.* 138. *Næzén in Fant diss. de Ulricœh. p.* 32. *Aspegren bleking. p.* 64. *Samz. neric. p.* 65.

Hab. in pratis nemorosis succosis regionum litoralium ut Scaniæ, Oelandiæ Gotlandiæque, Sudermanniæ, Roslagiæ, Hallandiæ passim; sed etiam regionum montosarum, ut Vestrogothiæ in Kinnekulle et Billingen, ad Ulricæhamn non raro, Daliæ, Vermlandiæ ex. gr. ad fodinas Tabergenses, Nericiæ in paroeciis Lännäs et Skyllersta nec non in Hjulåsen prope Garphyttan, Dalekarliæ ad Billsjön paroeciæ Söderbärke, circa Boda nec non Osmundsberg copiosissime, et denique Jemtlandiæ.

Planta pedalis et paullo ultra; caule crassitie pennae gallinaceae. Folia plerumque biuncialis longitudinis, nervis tribus majoribus. Flores intense virides; labello ultra tres lineas longo. Capsula magnitudine fere pisi.

1003. LISTERA *cordata:* foliis rhombeo-cordatis, labello bifido: dente baseos utrinque assurgente aciculari. *Smith comp. fl. brit.* 1818. *p.* 130. *Wahlenb. ups. n.* 558. *lapp. n.* 410. (Epipact.) *Nov. Act. Ups. VIII. p.* 226.

Ophrys cordata *Linn. svec. n.* 809. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 88. (Epipact.) *it. gotl. p* 329. *Gunner norv. n.* 668. *t.* 3. *f.* 6. *Fl. Dan.* 8. *t.* 1278. (*Sv. Bot. t.* 472). *Forsander veg. scan. p.* 8.

Hab. in paludosis muscosis sylvarum majorum fere omnium provinciarum a Smolandia ad Lapponiam summam passim.

Planta vix spithamaea, gracillima; caule fili tenuitatis. Folia magnitudine tantum ungvis minoris; costa media vel nervo unico evidentiore, reliquis quasi in angulos folii dilatatos

evanescentibus. Flores minimi nonnihil fuscescentes. Labellum ad basin quasi scuto cartilagineo, ex quo surgunt dentes introrsum fimbrias antheris applicantes ita, ut vices stigmatis implere videantur. Capsula semine Sinapis vix major.

560. NEOTTIA.

Linn. syst. nat. ed. 6. *p.* 130. *Jacqu. coll.* 3. *p.* 174. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1800. *p.* 224. *t.* 3. 1.

Corolla ab initio et fere semper apicibus parallelis conniveus; petalis exterioribus lateralibus majoribus includentibus labellum basi saccatum. Columna genitalium brevissima. Antheræ fariniferæ, operculo pedicellato late cordato biloculari. — *Caulis vaginis foliosis et nudis stipatus; fructus sessilis. Flores albi ante explicationem acutissimi.*

1004. NEOTTIA *repens:* labello apice attenuato, floribus secundis pubescentibus, foliis ovatis reticulatis, radice repente. *Willd. spec. pl.* 4. *p.* 75. *Wahlenb. ups. n.* 559. *lapp. n.* 409. *Nov. Act. Ups. VIII. p.* 226. *Fries halland. p.* 157. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 160.

Satyrium repens *Linn. svec. n.* 807. *Jacqu. austr. t.* 369. *Flor. Dan. t.* 812.

Gonogona repens *Link. en. hort. ber.* 2. *p.* 369.

Goodyera repens *Brown hort. kew.* 5.

Hab. in sylvis muscosis majoribus fere omnium provinciarum usque ad Lapponiam passim parcius.

Radix filo parum crassior demum terminata caule circiter spithamaeo. Folia in caule inferne plura quodammodo tessulata, petiolis dilatatis. Flores numerosi, serotini, albidi, structura valde singulares, basi lati, apice acuminato deorsum spectante. Antherarum operculum tenuius et magis mobile quam in proxime praecedentibus ad sectionem secundam nonnihil accedere videtur, sed latitudo ejus et structura interna omnino bilocularis pro diversis antheris hunc locum Cypripedio proximum vindicat. — *Neottia* (*spiralis*) *Linn. Act. Ups.* 1740. *p.* 32. omnino hujus congener, quamquam radiculae illius in tubera vermicularia incrassatae et inde flores eo macriores partesque ejus praecipue interiores magis in angustiem contractae.

561. CYPRIPEDIUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1376. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1800. *p.* 250.

Corollæ petala quinque homogena; duobus inferioribus pone labellum connatis. Labellum sacciforme sursum versus basin apertum. Columna genitalium terminata lobo membranaceo aperturæ labelli respondente et lobum subsimilem stigmatis tegente; processibus lateralibus antheriferis. — *Caulis foliis non vaginantibus, flore bracteato solitario, bicolore.*

1005. CYPRIPEDIUM *Calceolus:* columnæ lobo elliptico obtuso, labello petalis breviore compressiusculo. *Linn. svec. n.* 820. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 142. *it. vestrog. p.* 131. *Flor. Dan. t.* 999. *Sv. Bot. t.* 524. *Bjerkander Vet. Ac. Handl.* 1776. *p.* 80. *Videgren österg. p.* 30. *Hising. jemtl. p.* 73. *Försand. veg. scan. p.* 8. *Hagström jemtl. p.* 149.

Hab. in pratis umbrosis amoenissimis altioribus et montanis præcipue fundo calcareo formationis transitionis gaudentibus, ut Vestrogothiæ in Kinnekulle præcipue in strato lapidis suilli ad Vesterplana et Örnekulla, nec non in Billingen ad Timmerdala, Ostrogothiæ ad Sjökumla, Vallerstad in Hassla etc. Nericiæ in prato Hökerkulla paroeciæ Tysslinge, Dalecarliæ in Gulleråsen et ad Dalby Rättvikensium, etiam Transtrand, Jemtlandiæ planioris ex. gr. ad Täng paroeciæ Ås, Nordlandiæ Norvegiæ in Saltdalen; ceterum rarius Roslagiæ alibique.

Radix horizontalis. Planta pedalis et ultra, foliis caulinis tribus quatuorve fere spithamam longis. Flos post solstitium prodit longe maximus inter Orchideas nostras, speciosus, sed difficulter explicandus. Foliola ejus purpurea quatuor petala utique esse videntur, sed infimum ex duobus conflatum. Labelli saccus luteus, ultra unciam longus, Svecis plerisque *Guckuskor*, Dalekarlis *Lapphättor.* Columna quoque tota lutescens, punctis purpureis in lobo membranaceo.

ORD. 2. POLYANDRIA.

562. ARUM.

Linn. gen. ed. 6. *n.* 1028. *Juss. gen. p.* 28. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 19. *t.* 82.

Spatha basi ventricosa ob spadicem ibi fructiferum

Spadix ceterum medio masculus apice clavato nudo. Baccæ uniloculares obliquæ: in receptaculo lateris interioris seminibus duobus paucisve. — *Herbæ foliis plerúmque late sagittatis.*

1006. ARUM *maculatum:* acaule, foliis hastato-sagittatis integerrimis, spadice superne clavato intra spatham incluso. *Linn. spec. ed. Willd.* 4. *p.* 483. *Flor. Dan. t.* 505. *Fries nov. p.* 120.

Hab. Scaniæ exterioris in insula nemorosa humosa uda Lybeck dicta lacus Krageholmssjön, similique loco ad Engelholm.

Radix perennis tuberosa. Herba apud nos non maculata. Folia et spatha fere ejusdem longitudinis digitum majorem metientia, etiam ejusdem coloris. Spadix caerulescens, inferne demum baccam compositam magis referens; acinis pulposis receptaculo communi oblique adpressis, minoribus, sed seminibus crassioribus, itaque etiam paucioribus quam in Calla nostra.

365. CALLA.

Linn. gen. ed. 6. *n.* 1030. *Juss. gen. p.* 28. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 20. *t.* 84.

Spatha basi dilatata cordato-ovata. Spadix cylindraceus genitalibus contiguis, in nostra specie intermixtis, undique tectus. Bacca carnosa submultilocularis æqualis; seminibus fundo affixis octonis. — *Herba foliis e costa media nervosis.*

1007. CALLA *palustris:* foliis cordatis, spatha plana, spadice cylindrico æquali. *Linn. svec. n.* 822. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 290. *it. vestrog. p.* 15. *Sv. Bot. t.* 39. *Flor. Dan. t.* 422. *Wahlenb. lapp. n.* 413. *Hagström jemtl. p.* 160. *Fries hall. p.* 97. *Osbeck götheb. handl.* 4. *p.* 26. *Aspegr. blek. p.* 26.

Hab. in paludibus limosis profundis frigidis regionum quam maxime sylvaticarum a Bottnia superiore et limite Lapponiæ australioris usque ad Vermlandiam ferrimontanam frequentissime, deinde passim per provincias pleraasque interiores usque ad Roslätt Scaniæ, sed evitare videtur regiones formationum juniorum præcipue mari propinquas.

Radix valde perennis, horizontalis, crassitie digiti minim Nericiis *Mosserot*, septentrionalioribus *Måsja*, *Måsn* *Missne*. Petiolorum vagina fissilis, superne ligulâ integrâ. Fol uncias nonnullas lata. Spatha aliquantum minor, intus alb demum tota virescens, coriacea. Spadix hujus inflorescen tiam magis dilatatam sistit, baccis duplo latioribus regular bus herbaceis; seminibus pluribus, sed angustioribus. Bac quisque etiam stamina sua undique gerit, itaque prae cet ris Aroideis Gynandriam intrare potest.

364. ZOSTERA.

Linn. gen. ed. 6. *n.* 1032. *Juss. gen. p.* 28. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 76. *t.* 19.

Spathâe loco folium marginibus amplectens et non ni genitalia e rima sua emittens. Spadix e spathaceo fol solutus foliiformis, trinervis: nervo medio lateris exte rioris fructifero. Stamina in parte superiore spadic vix nisi semina incompleta. Stigmata duo setace Capsula utricularis monosperma, infera seu apice ad fixa, multinervis: semine oblongo. — *Planta in mar natans, Aroidearum longe infima.*

1008. ZOSTERA *marina:* foliis subtrinerviis, caul teretiusculo. *Linn. svec. n.* 823. *spec. pl. ed. Will* 4. *p.* 179. *syst. veg. ed. Roem.* 1. *p.* 42. *it. vestrog p.* 166. 167. *t.* 4. *scan. p.* 230. 237. 263. *gotl. p* 107. 201. 207. *Sv. Bot. t.* 186. *Flor. Dan. t.* 1 *Kalm bohusl. p.* 92. 121. 130. 132. etc. *Wahlen lapp. n.* 414. *Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 69. *Asp gren bleking. p.* 1.
Phucagrostis minor *Caulini monogr. p.* 14. *t.* 2.
β. maxime angustifolia. *Fl. Dan. t.* 1501. Z. ocea nica *Retz. scan.* 2. *p.* 209. *oec. p.* 777. (nec Linn mant. p. 123. syst. veg. 12. p. 605.: quæ Kerner Willden. Caulinia Decand.)
Hab. in sinubus et fretis interioribus maris occiden talis per Bahusiam adjacentesque provincias fre quentissime et optime fructificans, sed versus sep tentrionem Nordlandiæ rarescit et sterilescit, ut e iam in mari orientali usque ad Oelandiæ oram in teriorem et Gotlandiam; β in oceano latiori.
Radix perennis, repens. Planta longissima interdum o

gyalis, sed angustissima ubique vix duabus lineis latior; valde flexilis, et ubi aquae superficiem attingat natans, Oelandis *Gråsja* vel *Sjögräs*, Blekingis *Kåfve*, aliis plerumque *Bandtång*. Folia undique dictae latitudinis usque ad apicem rotundatum. Spadix fere in dimidia longitudine folii, bis vel ter unciam longus. Capsula sesquilineam longa. Omnes partes etiam fructificationis virides.

CLASSIS XXI.

MONOECIA.

CONSPECTUS.

1. ORD. MONANDRIA.

Petala duo falciformia. Styli duo. Sem. quatuor connata 365. CALLITRICHE
nulla. Filamenti anthera deorsum dehiscens. Stigma peltatum.
Semina plura libera 366. ZANNICHELLIA
Anthera sessilis. Stigm. bina ternave. Sem. solitar. 367. NAJAS

2. ORD. DIANDRIA.

Petala nulla. Caps. utricularis seminib. duob. quatuorve striatis 368. LEMNA

3. ORD. TRIANDRIA.

Amentum cylindraceum. Semen stylo papposo insidens - - 369. TYPHA
globosum. Semen intra calycem tetraphyllum - 370. SPARGANIUM
Spiculae maxime androg. Sem. intra squam. nectarin. amplect. 371. KOBRESIA
Spic. androg. vel sexu distinct. Sem. intra nectarium grandefactum utriculare 372. CAREX

4. ORD. TETRANDRIA.

Corol. masc. infundibulif. Filam. longiss. Fruct. monosp. 373. LITTORELLA
Amenta spuria. Cal. tetraph.; femin. foliol. oppos. majorib. - 374. URTICA

5. ORD. PENTANDRIA.

Masc. cal. multiflor.; femin. biflor. demum cum receptac. incresc. in fructum dispermum 375. XANTHIUM

6. ORD. POLYANDRIA.

1. Diversifloræ aquaticæ; seminibus subnudis.

Corolla nulla. Semen unicum - - - - - 376. CERATOPHYLLUM
Semina quatuor - - - - - - 377. MYRIOPHYLLUM
tripetala. Semina numerosa - - - - - - 378. SAGITTARIA

2. *Amentaceæ:* seminibus subsolitariis (nec capsula inclusis). *Amenta*

utraq. hyemalia; masc. squamae fascicul. tetrandr. femin. persist. 379. Alnus
mascula hyemalia; femin. squamae deciduae. Semen alatum - 380. Betula
calyx fimbriat. nucem includens - 384. Corylus
utraq. filiform. Nux in cupula imbric. margine integerrima - - 381. Quercus
ovata, sed feminei nuces tantum bina intra calycem - 382. Fagus
elongata squarr. Nux nuda ossea in fundo calycis - 383. Carpinus

7. ORD. MONADELPHIA.

Strobilus: seminibus binis alatis intra squamam quamvis - 385. Pinus

8. ORD. SYNGENESIA.

Corolla campanulata quinquepartita. Bacca infera - - 386. Bryonia

ORD. 1. MONANDRIA.

365. CALLITRICHE.

Linn. gen. ed. Schr. n. 17. Juss. gen. p. 24. Gaertn. fr. 1. p. 330. t. 68.

Sexûs utriusque calyx nullus; petala duo falciformia. Styli duo setacei. Semina quatuor per paria connata, nuda, compressa, extrorsum carinata. — *Herbulæ aquaticæ annuæ, foliis oppositis (sine stipulis vel basi amplectente), floribus axillaribus. Ord. nat.* 15 *Inundatæ.*

1009. CALLITRICHE *verna:* foliis trinervibus: summis natantibus obovatis, seminibus obtusangulis. *Linn. svec. n.* 3. *syst. ed. Roem.* 1. *p.* 46. *Flor. Dan. t.* 129. *Wahlenb. lapp. n.* 2.
C. pallens *Bieberst. caucas.* 3. *p.* 6.
β. minima: foliis omnibus linearibus non natantibus.
γ. pedunculata: foliis inferioribus linearibus obtusis, fructibus inferioribus pedicellatis; superioribus subsessilibus.
C. pedunculata *Decand. fl. franc. n.* 3656.
C. tenuifolia *Fries nov. p.* 4.
Hab. in fossis aliisque aquis minoribus stagnantibus totius Sveciæ, alpibus tantum exceptis, ubique; β locis aqua denudatis passim; γ in foveis maxime limosis calidioribus Scaniæ exterioris ex. gr. ad Roslätt.

Primo vere folia superiora ex aqua emergentia crassiuscu- floribus masculis stamine unico longo exserto et petalis -;vulis albescentibus. Folia inferiora submersa angustiora, .iuiora, flores femineos fovent.

10. CALLITRICHE *autumnalis:* foliis uninervibus linearibus truncatis submersis, seminibus acutangulo-alatis. *Linn. svec. n.* 4. *syst. ed. Roem.* 1. *p.* 47. *Wahlenb. lapp. n.* 3. *Gmel. sib.* 3. *p.* 13. *n.* 5. *t.* 1. *f.* 2.
C. virens *Bieberst. caucas.* 3. *p.* 7. *Sprengel neue Entd.* 3. *p.* 229.

Hab. in amnibus lente fluentibus ad ripas per Sveciam fere omnem usque ad fines orientales Lapponiæ passim et ulterius ad Pasvig etc. (*Deinboll*). Versus autumnum ad fundum conspicua foliis decussatim r paria approximatis, tenuius membranaceis, saturatius vi- ibus; floribus plerisque femineis, demumque fructibus ma- ibus quam in praecedente.

566. ZANNICHELLIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1391. *Juss. gen. p.* 24. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 77. *t.* 19.

ores utrique nudi (sine calyce et corolla, nisi stipulis). Stamen filamento elongato capillari; anthera bi-quadriloculari deorsum dehiscente. Pistilla in eadem vel diversa axilla tria ad quinque; stylo tereti; stigmate peltato. Semina ex receptaculo interdum denique pedicellata, utriculata, leguminiformia; nucleo sursum radicula spiraliter replicata. — *Herbulæ foliis plerisque alternis integerrimis uninerviis; stipulis separatis caulem vaginantibus. Ord. nat.* 8. *Tripetaloideæ β Potamophilæ.*

)11. ZANNICHELLIA *palustris: Linn. svec. n.* 824. *spec. pl. ed.* 2. *p.* 1375. *it. gotl. p.* 250. *Fl. Dan. t.* 67. *Sv. Bot. t.* 630. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 124. *Fries halland. p.* 138. *Regensb. bot. Zeit.* 1822. *p.* 312.

β. pedicellata: seminibus umbellisque pedicellatis latioribus. *Nov. Act. Ups. VIII. p.* 227. 254.

Hab. in sinubus et fretis interioribus nec non stagnis ad mare orientale temperatius passim, ut Gevaliæ

2. *Amentaceæ:* seminibus subsolitariis (ne capsula inclusis). *Amenta*

utraq. hyemalia; masc. squamæ floscul. tetrandr. femin. persist. 379. ALNU
mascula hyemalia; femin. squamæ deciduæ. Semen alatum - 380. BETUL
calyx fimbriat. nucem includens - 384. CORYLU
utraq. filiform. Nux in cupula imbric. margine integerrima - - 381. QUERCU
ovata, sed feminei nuces tantum binæ intra calycem - 382. FAGU
elongata squarr. Nux nuda ossea in fundo calycis - 383. CARPINU

7. ORD. MONADELPHIA.

Strobilus: seminibus binis alatis intra squamam quamvis - 385. PINU

8. ORD. SYNGENESIA.

Corolla campanulata quinquepartita. Bacca infera - - 386. BRYONI

ORD. 1. MONANDRIA.

365. CALLITRICHE.

Linn. gen. ed. Schr. n. 17. Juss. gen. p. 24. Gærtn. fr. 1. p. 330. t. 68.

Sexûs utriusque calyx nullus; petala duo falciformia Styli duo setacei. Semina quatuor per paria connata, nuda, compressa, extrorsum carinata. — *Herbulæ aquaticæ annuæ, foliis oppositis (sine stipulis vel basi amplectente), floribus axillaribus. Ord. nat.* 14. *Inundatæ.*

1009. CALLITRICHE *verna:* foliis trinervibus: summis natantibus obovatis, seminibus obtusangulis. *Linn. svec. n.* 3. *syst. ed. Roem.* 1. *p.* 46. *Flor. Dan. t.* 129. *Wahlenb. lapp. n.* 2.
C. pallens *Bieberst. caucas.* 3. *p.* 6.
β. minima: foliis omnibus linearibus non natantibus.
γ. pedunculata: foliis inferioribus linearibus obtusis, fructibus inferioribus pedicellatis; superioribus subsessilibus.
C. pedunculata *Decand. fl. franc. n.* 3656.
C. tenuifolia *Fries nov. p.* 4.
Hab. in fossis aliisque aquis minoribus stagnantibus totius Sveciæ, alpibus tantum exceptis, ubique; β locis aqua denudatis passim; γ in foveis maxime limosis calidioribus Scaniæ exterioris ex. gr. ad Roslätt.

Primo vere folia superiora ex aqua emergentia crassiuscula; floribus masculis stamine unico longo exserto et petalis curvulis albescentibus. Folia inferiora submersa angustiora, tenuiora, flores femineos fovent.

1010. CALLITRICHE *autumnalis:* foliis uninervibus linearibus truncatis submersis, seminibus acutangulo-alatis. *Linn. svec. n.* 4. *syst. ed. Roem.* 1. *p.* 47. *Wahlenb. lapp. n.* 3. *Gmel. sib.* 3. *p.* 13. *n.* 5. *t.* 1. *f.* 2.

C. virens *Bieberst. caucas.* 3. *p.* 7. *Sprengel neue Entd.* 3. *p.* 229.

Hab. in amnibus lente fluentibus ad ripas per Sveciam fere omnem usque ad fines orientales Lapponiæ passim et ulterius ad Pasvig etc. (*Deinboll*).

Versus autumnum ad fundum conspicua foliis decussatim per paria approximatis, tenuius membranaceis, saturatius viridibus; floribus plerisque femineis, demumque fructibus majoribus quam in praecedente.

566. ZANNICHELLIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1391. *Juss. gen. p.* 24. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 77. *t.* 19.

Flores utrique nudi (sine calyce et corolla, nisi stipulis). Stamen filamento elongato capillari; anthera bi-quadriloculari deorsum dehiscente. Pistilla in eadem vel diversa axilla tria ad quinque; stylo tereti; stigmate peltato. Semina ex receptaculo interdum denique pedicellata, utriculata, leguminiformia; nucleo sursum radicula spiraliter replicata. — *Herbulæ foliis plerisque alternis integerrimis uninerviis; stipulis separatis caulem vaginantibus. Ord. nat.* 8. *Tripetaloideæ β Potamophilæ.*

1011. ZANNICHELLIA *palustris: Linn. svec. n.* 824. *spec. pl. ed.* 2. *p.* 1375. *it. gotl. p.* 250. *Fl. Dan. t.* 67. *Sv. Bot. t.* 630. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 124. *Fries halland. p.* 138. *Regensb. bot. Zeit.* 1822. *p.* 312.

β. pedicellata: seminibus umbellisque pedicellatis latioribus. *Nov. Act. Ups. VIII. p.* 227. 254.

Hab. in sinubus et fretis interioribus nec non stagnis ad mare orientale temperatius passim, ut Gevaliæ

ad Nyvallen (omnium tenuissima), Stockholmiæ in Fiskartorps-sjön, (Upsaliæ jam disparens), Ostrogothiæ ad Stegeborg, Gotlandiæ occidentali in Gröltlingbo udde, Näsudden, ad Långstite, Wisby etc. Scaniæ ad Esperöd Kivikensium, Lomma; ceterum Hallandiæ meridionalis ad Halmstad copiose.

Radix valde ramosa et forsan perennans. Caules quoqu inferne crebro alternatim ramosi, rufescentes, filiformes; ra mis sursum simplicibus floriferis. Folia saepius latitudin caulis, rarius lineam lata, interdum setacea. Fructus e antherae quoque foliis plerumque latitudine analogae, se quandoque antherae tri- et biloculares etiam in formis magi latifoliis. — β inprimis circa Gotlandiam observata.

367. NAJAS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1488. *Juss. gen. p.* 23. *Decand. fl. fr. n.* 1466.

Mas (apud nos non observatus, sed in australioribus aqui dulcibus calyce bilobo, anthera sessili quadrivalvi ve simplici). Fem. germen foliorum vaginis tantum ob velatum, solitarium. Stigmata duo ternave setacea Semen utriculatum. — *Herbulæ pellucido-virente dichotomæ, foliis oppositis dentatis cellularibus (sin nervis vel venis vascularibus ullis). Ord. nat. Najadeæ acotyledonibus accedentes.*

1012. NAJAS *marina:* foliis sinuato-dentatis rectis fructibus ovalibus. *Linn. svec. n.* 877. *Miche gen. p.* 11. *n.* 1. *t.* 8. *f.* 1.

N. major *Roth germ.* 2. *p.* 499. *Decand. fl. fr n.* 1466.

N. monosperma *Willd. spec. pl.* 4. *p.* 331. *Fors ander veg. scan. p.* 11. *Aspegren bleking. p.* 68

β. spinulosa: caule spinuloso. *Decand. l. c. Mi chel. l. c. f.* 2.

Hab. sub aqua in maris orientalis interioribus sinubu passim, ut Gevaliæ, Roslagiæ, Stockholmiæ in Husarviken ad Fiskartorpet copiose (*Wil ström*), Blekingiæ in ostiis fluminum Nätra Silltorp, Lyckeby et Eriksberg.

Annua. Caulis saepe pedalis et crassitie pennae columbina

praecipue sursum crebro dichotomus et foliosus. Folia caule vix latiora. Fructus inter affines plantas maximus lineas duas longus (sine stylo et stigmatibus), nec tam angustus fere subulatus ac in N. minore Roth.

ORD. 2. DIANDRIA.

568. LEMNA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1400. *Juss. gen. p.* 24. *Reg. bot. Zeit.* 1824. *p.* 179. *t.* 2.

Calyx utriusque sexus monophyllus, latere dehiscens, apetalus. Stamina in flore suo pistillo imperfecto. Pistillum perfectum, in flore diverso, stylo brevi persistente. Capsula supera unilocularis: seminibus duobus quatuorve oblongis striatis. — *Herbulæ minimæ fere totæ cellulares (sine nervis vel venis ullis vascularibus), in aqua liberæ (nec radiculis fundo adfixæ)* 1) *foliolis natantibus subrotundis in junctione floriferis et radicantibus n.* 1013-1015. 2) *foliolis submersis lanceolatis vix floriferis n.* 1016. *Ord. nat. Najadeæ, sed cum Aroideis quoque comparata.*

1013. LEMNA *polyrrhiza:* foliis natantibus subrotundis subtus coloratis, radicibus confertis. *Linn. svec. n.* 825. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 195. *Sv. Bot. t.* 324. *f.* 5. *Samz. ner. p.* 65. *Wahlenb. ups. n.* 565.

Hab. in amnibus et fluviis tranquillis Sveciæ temperatioris a Scania ad Nericiam et Uplandiam passim.

Haec et sequentes in aqua natant ab adventu hirundinis ad ejusdem discessum et Svecis *Andmat* vel *Vattenlins* dicuntur. Latior est haec quam sequentes saepe lineas quinque emetiens, supra obscurius viridis, subtus rubicunda subnitida, compactioris substantiae, itaque non fructificans.

1014. LEMNA *minor:* foliis natantibus subrotundis utrinque concoloribus planisque, radicibus solitariis descendentibus. *Linn. svec. n.* 827. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 194. *Sv. Bot. l. c. f.* 1. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 31.

Hab. in aquis præcipue minoribus stagnantibus a Scania ad Vermlandiam et Vestmanniam ferrimontanam nec non Helsingiam ultra Hudduksvall frequenter; deinde rarius Angermanniæ ad Ytter Lännäs observata a *L. L. Læstadio.*

Praecedente dimidio minor, sed undique pallidius viridis et laxioris substantiae, unde etiam saepius fructificat.

1015. LEMNA *gibba:* foliis natantibus subrotundis subtus convexis spongiosis pallescentibus, radicibus solitariis divergentibus. *Linn. svec. n.* 826. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 194. *amoen. ac.* 3. *p.* 438. *Sv. Bot. l. c. f.* 2. *Regensb. bot. Zeit.* 1824. *p.* 179-182. *tab.* 2. (semina).

Hab. in aquis minoribus impuris mari propinquioribus a Scania ad Uplandiam passim.

Praecedente non latior, sed cellulosâ adhuc laxiore sub folio omnino inflata, itaque floribus omnium optimis lecta.

1016. LEMNA *trisulca:* foliis submersis lanceolatis decussatim prolificantibus petiolatisque. *Linn. svec. n.* 828. *lapp. n.* 470. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 193. *Sv. Bot. l. c. f.* 4.

Hab. in aquis purioribus pratorum sylvarumque per regiones magis campestres a Scania ad Uplandiam satis frequenter, dein usque ad Vestrobottniam infimam rarius observata.

Ut tota submersa nunquam fructificat, sed eo magis prolificans est: foliis linea parum latioribus undique viridibus et planis, saepe ternatim conjunctis fere ut in praecedentibus.

ORD. 3. TRIANDRIA.

369. TYPHA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1401. *Juss. gen. p.* 30. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 8. *t.* 2.

Amentum masculum culmum terminans cylindricum densissimum: calyce setarum trium instar fulcrante filamenta inferne connata. Amentum femineum culmum obvestiens: flosculi pedicellis setiformibus, inferne pappo præditis, superne semine angusto tereti styloque simplici capillari. — *Radix perennis valida, folia omnia radicalia linearia ecarinata distiche imbricata, culmus enodis teres. Ord. nat.* 6. *Calamariæ* 2) *Typhinæ cum Aroideis comparatæ.*

1017. TYPHA *angustifolia:* foliis linearibus extus convexis, amento masculo femineoque remotis: utroque cylindrico. *Linn. svec. n.* 829. *spec. pl. ed.*

Willd. 4. *p.* 198. *it. scan. p.* 198. *Sv. Bot. t.* 234. *Flor. Dan. t.* 815. *Wahlb. gothob. p.* 81. *Samz. neric. p.* 65. *Wahlenb. ups. n.* 750. *Vet. Ac. H.* 1809. *p.* 217. *Hartman ib.* 1818. *p.* 123. *Ahlquist ibid.* 1821. *p.* 285.

Hab. in fluviis et lacubus minoribus fundo lutosis per provincias litorales et formatione transitionis substratas a Scania ad Bahusiam, Vestrogothiam, Nericiam et Gestriciam passim; rarescens in insulis ut Oelandia (et omnino desiderata in interioribus granitoideis regionibus ex. gr. Smolandiæ).

Folia culmo plerumque paullo longiora, et tamen vix ultra sesquitertiam lineam lata. Culmus fere orgyalis, quamquam penna anserina parum crassior. Amenta circiter unciam a se invicem distantia, sub solstito florentia, longitudine aequalia fere spithamaea.

1018. TYPHA *latifolia:* foliis subensiformibus, amento masculo femineoque approximatis cylindricis. *Linn. svec. n.* 830. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 197. *it. scan p.* 148. 179. 198. 246. *vestrog. p.* 181. *Sv. Bot. t.* 520. *Flor. Dan. t.* 645. *Nov. Act. Ups. VIII. p.* 227. *Kalm bohusl. p.* 140. *Wahlb. gothob. p.* 81. *Videgren österg. p.* 27. *Aspegren bleking. p.* 65.

Hab. in stagnis similibusque aquis pingvioribus Scaniæ frequenter, Blekingiæ Gotlandiæque non raro; ceterum vix nisi in scopulis maritimis earumque foveis usque ad Ostrogothiam extra Norrköping et Bahusiam ad Väderöarna, nec non supra formationem transitionis Vestrogothiæ in Kumbehaf prope Falköping et ad Dimbo, Ostrogothiæ ad Örvad prope Kalfsten etc. Nericiæ in lacu Ö. Quisnaren et Skarbysjö.

Brevior et praecipue latior praecedente. Folia culmo nonnihil breviora, saltem quatuor lineas lata. Culmus circiter quinquepedalis, crassior. Amentum masculum valde flavum palma vix longius; foliolo subjecto etiam colorato; femineum paullo longius, demum plus quam pollicem crassum Nericiis *Kabbar*, aliis *Narrkolfvar*, vel ob colorem nigrescentem *Krutlåskare;* denique pappum diffundentes Gotlandis *Dun-*

stockar, *Kafveldun*, Scanis *Duneman*, forsan etiam ob locum *Dyneman*.

370. SPARGANIUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1402. *Juss. gen. p.* 30. *Gaertn. fr.* 1. *p.* 75. *t.* 19.

Amenta utriusque sexus globosa: mascula calyce triphyllo; — feminea juxta culmum flexuosum axillaria: receptaculo communi scrobiculato; calyce tetraphyllo; stigmate subbifido; semine turbinato angulato drupaceo: cortice carnoso demum exsucco: nucleo farinaceo — *Plantæ Ord. nat.* 6. *Calamariæ* 2) *Typhinæ Aroideis quodammodo affines, sibi invicem valde cognatæ, quo majores et meridionaliores eo etiam magis radice perennes foliisque erectis triquetris et inflorescentia ramosa singulares.*

1019. SPARGANIUM *natans*: foliis planis decumbentibus, amento masculo subsolitario; femineis axillaribus sessilibus, stigmatibus ovalibus. *Linn. svec. n.* 832. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 200. *Flor. Dan. t.* 260. *Wahlenb. lapp. n.* 417.

Hab. in paludibus aquosis, fluviis et lacubus montanis fere totius Sveciæ, alpibus tantum exceptis, ubique.

Sequentibus tenuius et simplicius, sed saepe gramine longius, in lacubus totum natans, Smolandis *Flotagrås*. Culmi plerumque filiformes. Folia non nisi in terra subito exsiccata interdum eriguntur, sed tamen plana permanent. Fructificationis partes contra breviores; amentis femineis omnino sessilibus post solstitium florentibus, demum fructiferis piso parum majoribus.

1020. SPARGANIUM *erectum*: foliis subtriquetris erectis, amentis femineis supraaxillaribus nudis, stigmatibus linearibus. *Linn. svec. n.* 841. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 199. (S. simplex). *Sv. Bot. t.* 342. *Fl. Dan.* 6. *t.* 932.

Hab. in rivulis et fluviis a Scania ad Vermlandiam Dalekarliamque inferiorem et Medelpadiam passim copiose.

Intermedium magnitudine et plerisque notis. Culmus circiter pedalis strictus. Folia ultra lineas duas parum lata.

Amenta feminea supra axillam bractearum culmo ipso inseruntur; supremo culmum amplectente; mascula tria ad sex.

1021. SPARGANIUM *ramosum:* foliis acute triquetris strictis, amentis femineis axillaribus pedunculatis ramulum masculum gerentibus. *Willd. spec. pl.* 4. *p.* 199. *Sv. Bot. t.* 464. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1282. *Wahlenb. ups. n.* 573.

S. erectum maximum *Linn. svec. n.* 831. *it. gotl. p.* 540. *Montin Vet. Ac. Handl.* 1766. *p.* 245.

Hab. in fluviis et stagnis pingvioribus Sveciæ temperatioris et magis campestris a Scania ad Ostrogothiam et Uplandiam passim.

Radix demum stolonibus subrepentibus. Culmus bipedalis et ultra, foliis plerumque digitum minorem latis divergentibus Svecis *Treåggan, Kantgrås,* Nericiis *Svärdgrås,* aliis *Sparrgrås.* Inflorescentia patenter ramosa; ramis ex axilla foliorum bracteantium. Amenta fructifera magnitudine nucis majoris Svecis *Igelknoppar.*

371. KOBRESIA.

Willden. spec. pl. 4. *p.* 205. Elyna *Schrad. fl. germ.* 1. *p.* 155.

Spiculæ imbricatæ androgynæ. Squama calycina simplex; corollina nulla. Nectarium femineum univalve, basi amplectens, demum squamæ calycinæ simillimum. Semen ceteroquin nudum; stigmatibus tribus. — *Carici valde affinis ejusque quasi degeneratio nimium androgyna (subhermaphrodita). Folia subfiliformia. Radix perennis cæspitosa.*

1022. KOBRESIA *scirpina:* spica subsimplici cylindracea, squamis flosculum utriusque sexus includentibus. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 205. *Sv. Bot. t.* 527. *f.* 1. *Flor. Dan. t.* 1529. (*Zetterstedt res.* 1. *p.* 237. ad Jukkasjärvi)? (*Hisinger norrig. p.* 68).

Scirpus Bellardi *Wahlenb. lapp. n.* 23.

Carex Bellardi *All. ped. n.* 2293. *t.* 92. *f.* 2. *Link en. hort. berol.* 2. *p.* 378.

Hab. in collibus et saxis siccis alpium Lulensium prope Virihjaur passim (ceterum in Dovre prope Kongsvold Norvegiæ).

Caespitose crescit foliis culmisque sibi similibus filiformibus,

strictis, digitum longis. Spica penna columbina nunquam crassior, plerumque semiuncia parum longior. Squamae biflorae rectius forsan spiculae biflorae dicerentur et spica itaque subcomposita. Squamae omnes castaneae.

1023. KOBRESIA *caricina:* spica composita: spiculis multifloris apice masculis. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 206. *Sv. Bot. t.* 527. *f.* 2. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 135 *et* 154. — 1814. *p.* 107. (Elyna Bellardi). (*Hisinger norrig. p.* 68).

Hab. in apricis siccis alpis Snasahögen Jemtlandiæ occidentalis rarius (sed in Dovre ad Jerkind Norvegiæ australis copiose).

Praecedenti duplo crassior majorque. Culmus florens foliis non longior, circiter digitalis, sed fructiferus fere pedalis strictus. Spica evidentissime composita spiculis tres lineas longis magis fuscis (fere ut in Carice lagopina, a qua caute distingvenda).

372. CAREX.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1407. *Juss. gen. p* 31. *Gærtn. fr.* 1. *p* 12. *t.* 2.

Spiculæ aut spicæ imbricatæ, androgynæ aut sexu distinctæ. Squama calycina simplex; corollina nulla. Nectarium femineum e valvis duabus conflatum in utriculum, plerumque ore bidentatum, germen includens. Semen intra capsulam spuriam a nectario grandefacto constitutam; stigmatibus duobus aut tribus. — *Ord. nat.* 6. *Calamariæ Linn.* (*Cyperaceæ Juss.*), *radice semper perenni, foliis plerumque planis carinatis Svecis Starr:* 1) *Spica unica simplicissima n.* 1024-1030. 2) *Spiculis plerumque androgynis spicam compositam constituentibus n.* 1031-1049. 3) *Spicis utplurimum sexu distinctis n.* 1050-1095. *quas subdivisiones vide infra s. l.*

1) *Spica unica simplicissima* (*raro dioica n.* 1025.) *stigmatibus* a) *binis n.* 1024-1026. b) *ternis* α) *foliis planis n.* 1027. 1028. β) *foliis filiformibus canaliculatisve n.* 1029. 1030.

1024. CAREX *capitata:* spica simplici androgyna subglobosa, stigmatibus binis, capsulis subrotundo-ovatis planiusculis enervibus nitidis. *Linn. spec. pl.*

ed. Willd. 4. *p.* 210. *Schkuhr car. n.* 2. *t.* Y. *f.* 80. *Wahlenb. lapp. n.* 419. *Liljebl. Vet. Ac. Handl.* 1793. *p.* 72. *Deinboll in Tidskr. f. Naturvid.* 1. *p.* 126. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 128. *Hisinger herjed. p* 52.

Hab. in campis uliginosis duris subalpinis et subsylvaticis ad totum alpium jugum ab ultima Finmarkia usque ad Herjedalen et Röros passim copiose; etiam ad Oresjö in Wikaäng et prope Gulleråsen Dalekarliæ transitionis (*Kröningssvård*).

Folia subfiliformia, rigidula. Culmus plerumque spithamaeus, strictus. Spica magnitudine fere pisi minoris vel duas lineas lata. Capsulae straminei coloris, lineae longitudine.

1025. CAREX *dioica:* spica simplici dioica, stigmatibus binis, capsulis subovatis gibbis nervosis patentibus, culmo foliisque lævibus. *Linn. svec. n.* 833. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 207. *Flor. Dan. t.* 369. *Sv. Bot. t.* 551. *Wahlenb. lapp. n.* 418.

β. parallela: capsulis magis elongatis, culmis foliisque asperulis. *Læstadius Vet. Ac. H.* 1822. *p.* 338. (*Retz. diss. fl. scand. suppl.* 2, *p.* 10. C. Davalliana?)

Hab. in paludosis et uliginosis totius Sveciæ, vix alpibus altioribus exceptis, ubique; *β* in alpibus Lulensibus (et prope Båstad Scaniæ?)

Folia subfiliformia. Culmus saltem spithamaeus. Spica feminea fructifera circiter semiunciam longa; capsulis saturate fuscis. — *β* omnino intermedia inter hanc et C. Davallianam alpium australiorum esse videtur.

1026. CAREX *pulicaris:* spica simplici androgyna pauciflora, stigmatibus binis, capsulis oblongis acuminatis reflexis, foliis setaceis. *Linn. svec. n.* 834. part. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 213. *it. oel. p.* 48. *gotl. p.* 240. *Sv. Bot. t.* 533. *f.* 1. *Agardh car. scan. p.* 6. *Wahlb. gothob. p.* 81. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 218. *Aspegren bleking. p.* 66.

Hab. in pratis uliginosis Sveciæ temperatioris ut Scaniæ, Gotlandiæ, Oelandiæ etc. ubique, postea passim usque ad Bahusiam, Vestrogothiam juxta Varnhem, Smolandiam prope Ekesjö, Femsjö etc.

Nericiam in paroecia Wiby, Upsaliam juxta Lassbybackar, et denique prope mare ad Gestriciam usque rarius.

Tenuissima totius generis tum foliis tum culmo subsetaceis, plerumque digitum minimum tantum longis. Vaginae intimae radicales aphyllae. Capsulae duas lineas longae, primum erectae rachi adpressae, demum reflexae fuscae et pulicibus non absimiles.

1027. CAREX *obtusata:* spica simplici androgyna pauciflora, stigmatibus ternis, capsulis ovato-subglobosis patentibus, foliis planis. *Liljebl. Vet. Ac. H.* 1793. *p.* 69. *t.* 4. bona. *Willden. spec. pl.* 4 *p.* 212. *Sv. Bot. t.* 533. *f.* 2. *Ahlquist runst. p.* 30. *Vet. Ac. Hand.* 1821. *p.* 302. *Wahlenb. ib. p.* 316.

Hab. in collibus maxime apricis Oelandiæ mediæ elevatioris ad Köping, Borgholm, Glöminge, Algutsium, Runsbäck paroeciæ Thorslunda, Runsten etc. satis copiose.

Radix eximie repens. Folia evidenter plana fere lineam lata, lutescentia (fere ut Car. montanae). Culmus plerumque digitalis, exacte triqueter, strictus. Capsulae linea parum longiores, saturate fuscae, nitentes.

1028. CAREX *rupestris:* spica simplici androgyna sublineari, stigmatibus ternis, capsulis obovatis triquetris rachi adpressis squama subrotunda obvolvente brevioribus, foliis planis. *Allion. pedem. n.* 2292. *t.* 92. *f.* 1. *Willd. spec. pl.* 4. *p.* 215 *et* 214. (C. petræa). *Schkuhr car. app. p.* 35. *t.* Kkk. *f.* 139. *Flor. Dan. t.* 1401. *Wahlenb. lapp. n.* 422. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 49. 19. *Hartman Vet. Ac. H.* 1818. *p.* 135.

Hab. in collibus et petris siccis apricis alpium Lapponicarum altiorum a Rastekaisse Finmarkiæ orientalis usque ad Snaasahögen Jemtlandiæ satis frequenter.

Foliosa magis quam proximae, foliis saepe lineam latis. Culmus digitalis longitudinis, triqueter. Spica fusco-picea, plerumque semiunciam longa. Squamae maximae sesquilineam longae.

1029. CAREX *microglochin:* spica simplici androgyna submultiflora, stigmatibus ternis, capsulis attenuatis semiteretibus reflexis aristam acicularem exserentibus. *Wahlenb. lapp. n.* 421. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 212. (aristam negligens). *Schkuhr car. app. p.* 52. *t. Ssss. fig.* 110. *Sv. Bot. t.* 539. *f.* B. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1402. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 131. (*Hisinger norrig. p.* 74).

Hab. in uliginosis subalpinis Lapponiæ mediæ et summæ passim, ut ad Mustavaara prope Enontekis Lapponiæ Tornensis, in Kasakvare et Kirkivare prope Virihjaur alpium Lulensium, in Önäset sinus Saltensis et in Tromsöa Nordlandiæ, nec non supra Alten Finmarkiæ.

Sequenti certe affinis, sed notis certissimis distingvenda. Folia omnino filiformia, plura ad basin culmi digitalis. Rachis spicae duabus lineis non longior. Capsulae tenuissimae totius generis sesquilineam tantum longae, sed aristam semilineam extra oram exserentes. Gramen totum flavescens.

1030. CAREX *levcoglochin:* spica simplici androgyna subtriflora, stigmatibus ternis, capsulis lanceolatis teretibus reflexis, folio canaliculato. *Ehrh. beitr.* 1. *p.* 186. *Linn. suppl. p.* 413. *Sv. Bot. t.* 539. *f.* A. *Wahlenb. lapp. n.* 420. *ups. n.* 576. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 95. (C. psyllophora).

C. pauciflora *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 211. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1274.

Hab. in paludibus profundis vastisque regionum sylvaticarum majorum ab ultima Lapponia orientali (non vero occidentali latere alpium) per totam Norrlandiam, Dalekarliam, Vermlandiam usque ad Smolandiam altiorem frequenter; in adjacentibus provinciis rarius ex. gr. Ostrogothia in Dagsmosse ad Omberg; — (sed denique omnino fugit regionibus formatione quadam juniore substratis exterioribus Scaniæ, Gotlandiæ, Oelandiæ etc.)

Radix eximie repens, filiformis. Folium intimum solum longum. Culmus digitalis. Capsulae ex longioribus tres lineas longae, flavescentes.

2) *Spiculis plerumque androgynis* a) *apice masculis n.* 1031-1035. b) *superioribus imtermediisve totis masculis n.* 1036. 1037. c) *basi tantum masculis * diversicolores species n.* 1038-1044. ** *canescentes n.* 1045-1049. (*Stigmata omnium bina*).

1031. CAREX *incurva:* spiculis apice masculis aggregato-capitatis, capsulis semiglobosis rostellatis, culmo teretiusculo incurvo, foliis canaliculatis. *Lightf. scot. p.* 544. *t.* 24. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 217. *Schkuhr car. n.* 19. *t. Hh. f.* 25. *Fl. Dan. t.* 432. (C. maritima) *Retz. Vet. Ac. Handl.* 1793. *p.* 313. *Wahlenb. lapp. n.* 425. *Fries nov. p.* 15. *hall. p.* 140.
Hab. in litoribus pratensibus maris septentrionalis Finmarkiarum Nordlandiæque frequenter, et denique etiam maris occidentalis inferioris Hallandiæ meridionalis ad Halmstad, Trönninge etc. copiose.

Ex brevissimis parum supra terram elevata. Spica magnitudine nucis avellanae, pallida fuscoque varia. Capsulae duas lineas longae.

1032. CAREX *chordorrhiza:* spiculis apice masculis subaggregatis, capsulis subglobosis apiculatis, folio canaliculato, radice filiformi prorepente. *Ehrh. beitr.* 1. *p.* 186. *Willd. spec. pl.* 4. *p.* 219. *Schkuhr car. n.* 17. *t. G. et Ii. fig.* 31. *Fl. Dan.* 8. *t.* 1408. *Wahlenb. lapp. n.* 424. *ups. n.* 577. *Nov. Act. Ups. VIII. p.* 227. *Liljebl. Vet. Ac. Handl.* 1793. *p.* 72. *Forsander veg. scan. p.* 10.
Hab. in paludibus profundis aquosis sylvaticis a Lapponia ultima usque ad Smolandiam frequenter, dein rarescit adeo ut Gotlandiæ tantum in Martebomyr lecta sit.

Stolones repentes saepe ulnaris longitudinis versus autumnum exserit, qui dein deprimuntur et in radicem chordaeformem abeunt. Culmus utplurimum spithamaeus. Spica vix semiuncialis, demum squarrosa ob capsulas crassas, duras, denique fuscescentes.

1033. CAREX *paniculata:* spiculis apice masculis in

paniculam dispositis, capsulis conicis utrinque gibbis superne membranaceo-marginatis: ore diviso. *Linn. spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 244. *Schkuhr car. n.* 24. *t. D. fig.* 20. *Flor. Dan.* 7. *t.* 1116. *Agardh car. scan. p.* 7. *Wahlenb ups. n.* 578.

β teretiuscula: spiculis in spicam subcylindricam congestis. *Wahlenb. lapp. n.* 425 *Hooker fl. scot. p.* 263. C. teretiuscula *Willd. spec. pl.* 4. *p.* 244. *Schkuhr car. t. T. fig.* 69.

Hab. in pratis uliginosis paludosisque Sveciæ temperatioris et magis campestris a Scania et Gotlandia ad Gestriciam passim; deinde *β* continuatur prope mare per Norrlandiam usque ad Glommersträsk Lapponiæ Pitensis et denique etiam reperitur ad mare septentrionale Nordlandiæ rarius.

Radix caespitosa ut in plerisque, squamis vaginisque fuscis. Inflorescentia quoque demum eximie fuscescens, marginibus albescentibus. Ceterum magnitudine et divisione valde varia: *α* longior omnibus affinibus interdum tripedalis, panicula digitali; sed *β* abbreviata, culmo saepe pedali et spica sesquiunciali.

1034. CAREX *muricata:* spiculis apice masculis in spicam subdecompositam approximatis, capsulis conicis acuminatis extus convexis divergentibus acutangulis superne serrulatis. *Linn. spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 234. *Schkuhr car. n.* 13. *t. E. et Dd. fig.* 22. *Fl. Dan.* 9. *t.* 1526. *Wahlenb. Vet. Ac. H.* 1809. *p.* 218.

β divulsa: spiculis magis distantibus, capsulis minus divergentibus majoribus. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1803. *p.* 143.
C. divulsa *Willd spec. pl.* 4. *p.* 235. *Flor. Dan. t.* 1280. *Schkuhr car. n.* 12. *t Ww. fig.* 89.

Hab. in pratis nemorosis a Scania ad Vestmanniam ferrimontanam prope Skinskatteberg et Gestriciam frequenter; dein rarius Angermanniæ in Döraberget; *β* in lucis Gotlandiæ et Oelandiæ passim.

Mediae magnitudinis, pedalis vel paullo ultra, tota laetius virens; spica ex viridi flavescente, fructifera vix digitum minimum crassa. — *β* omnibus partibus magis elongata, ita-

que etiam magis sparsiflora, et, quod non inconsvetum, quoque magis grandiflora.

1035. CAREX *vulpina:* spiculis apice masculis in spicam supradecompositam cylindricam congestis, capsulis conicis acuminatis extus convexis divergentibus acutangulis, culmo angulis acutissimis. *Linn. svec. n.* 858. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 231. *Schkuhr car. n.* 10. *t. C. fig.* 10. *Fl. Dan. t.* 308. *Samz. neric. p.* 66. *Wahlenb. ups. n.* 580.

Hab. in fossis pratisque aquosis Sveciæ temperatioris a Scania et Gotlandia ad Nericiam et Uplandiam passim.

Latior ceteris hujus sectionis; foliis plus quam tres lineas latis, culmo stricto sesquipedali; spica crassitie digiti medii eximie continua caudem vulpinam quodammodo referente, unde nomen, quod Svecice *Råfstarr.* Ceterum colore flavescente et substantiâ praecedenti proxima.

1036. CAREX *intermedia:* spiculis inferioribus terminalique femineis; intermediis masculis, capsulis erectiusculis acute marginatis. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 224. *Schkuhr car. n.* 9 *t. B. fig.* 7. *Fl. Dan.* 8. *t.* 1343. *Agardh car. scan. p.* 8. *Wahlb. gothob. p.* 82.

Hab. in pratis subhumidis præcipue regionum campestrium et litoralium a Scania ad Bahusiam, Vermlandiam infimam, Nericiam et Helsingiam satis frequenter; ceterum solummodo ad lacus regionis ferrimontanæ Skinskatteberg Vestmanniæ, ad Bjursås Dalecarliæ etc. observata.

Radix aliquantum repens et gramen quoque gracile; culmo nutante sesquipedali; spica medio mascula, eo magis pendente. Color graminis obscurius viridis, spicae eximie fuscescens fere ut in C. leporina.

1037. CAREX *arenaria:* spiculis inferioribus femineis; supremis masculis, capsulis membranaceomarginatis, radice repente. *Linn. svec. n.* 835. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 223. *it. scan. p.* 77. 338. 341. 442. *oel. p.* 56. 149. 139. *Sv. Bot. t.* 156. *Kalm bohusl. p.* 86. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 70. *Aspegren bleking. p.* 66.

Hab. in arena maritima ad oras Sveciæ temperatioris a Scania ad Sandhamn Sudermanniæ et Bahusiam summam frequenter; ceterum raro ad lacus illos maximos Vettern prope Jönköping et Vadstena, nec non ad Venern extra Kinnekulle.

Radix maxime repens, adeo ut distantia culmorum saepe spithamaea, odora. Folia circiter sesquilineam lata. Culmus plerumque spithamaeus, apice nutans. Spica plus quam unciam longa pallidius rufa; spiculis inferioribus subdistantibus. Capsulae sesquitertiam lineam longae.

1038. CAREX *leporina:* spiculis basi masculis approximatis quinis, capsulis squamas æquantibus ovatis acuminatis utrinque planiusculis membranaceo-marginatis apice bifidis subincurvisque. *Linn. svec. n.* 837. *Wahlenb. lapp. n.* 426. *ups. n.* 582. *Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 57. *Agardh car. scan. p.* 9.
C. ovalis *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 229. *Fl. Dan.* 7. *t.* 1115. *Schkuhr car. p.* 29. *t. B. fig.* 8.

Hab. in pascuis et pratis apricis siccioribus totius Sveciæ ubique, exceptis tantum Lapponiis (quarum limitem inferiorem vix transcendit) similibusque regionibus prope alpes sitis fere totis.

Gramen obscurius virens. Culmus semper rectus (quamquam saepe declinatus), strictus, circiter pedalis. Spica spiculis satis parallelis composita, fuscescens, marginibus squamarum albescentibus stigmatibusque incurvis innocua, unde pedi leporino satis bene comparata, Svecice *Harfotstarr.*

1039. CAREX *lagopina:* spiculis basi masculis confertis ternis subglobosis, capsulis squama longioribus subrotundis acutis obtuse marginatis ore subintegris. *Wahlenb. lapp. n.* 427. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 104. 105. *Hisinger herjed. p.* 51. *Flor. Dan. t.* 294. (C. leporina). *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 229. *n.* 46. *Schkuhr car. t. Y. f.* 79. *et t. Fff. f.* 129. *Hoppe in Syllog. plant. ratisb. p.* 77.

Hab. in campis subuliginosis elatis per alpes omnes nivosas a Finmarkia ultima usque ad Herjedalen ubique frequenter.

Praecedenti proxima, sed minor et contractior, vix pe-

dalis. Folia linea parum latiora. Spiculae tantum tres lineas longae eximie rufescentes. Capsulae ex brevioribus sesquilineam tantum longae. In regione lagopum crescens et praecedenti affinis nomen obtinuit.

1040. CAREX *elongata:* spiculis basi masculis suboctonis laxis, capsulis squama longioribus oblongis acuminatis utrinque convexis obtusangulis nervosis apice integerrimis. *Linn. svec. n.* 841. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 240. *Schkuhr car. n.* 39. *t. E. fig.* 25. *Flor. Dan. t.* 1256. *Agardh car scan. p.* 10. *Aspegren bleking. p.* 66. *Wahlb. gothob. p.* 82. *Wahlenb. ups. n.* 583.

Hab. in paludosis graminosis a Scania ad Bahusiam, Vestmanniam ferrimontanam (Skinskatteberg in Brobykärret) et Helsingiam passim parcius.

Gramen flavescens valde flaccidum et elongatum, culmis bipedalibus et ultra. Spica saepe digitum minorem longa, fere pendula, pallide flavescens. Capsulae ceterum tam diversae forma et praecipue nervis, ut vix pateat cui proxime affinis sit species.

1041. CAREX *microstachya:* spiculis lateralibus femineis confertis; terminali inferne mascula triplo longiore, capsulis squama longioribus ovatis acuminatis adpressis margine extenuatis. *Ehrh. beitr.* 3. *p.* 72. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 250. *Wahlenb. ups. n* 584. *Fries halland. p.* 143. *Læstad. Vet. Ac. Handl.* 1822. *p.* 342. *Regensb. bot. Zeit.* 1822. *p.* 228.

Hab. in paludosis graminosis Sveciæ mediæ rarius, ut: Dalekarliæ ad Fahlunam, Vestmanniæ prope Skinskatteberg in Brobykärret copiose, Upsaliæ ad paludem Vitulfsbergensem et prope Himrarne parce; ceterum Smolandiæ occidentalis in Femsjö ad Älmås nec non Lapponiæ Lulensis ad Tjomotes rarissime, et Pitensis ad Atsats.

Eximie flavescens, angusta, et tamen stricta, brevis. Folia vix lineam unam lata, culmo circiter pedali triquetro dimidio breviora. Spiculae vix ultra lineam latae aurantiaco-flavescentes. Capsulae explanatae fere amplectentes.

1042. CAREX *norvegica:* spiculis basi masculis subquaternis turgidis subapproximatis, capsulis squama brevioribus lentiformibus apiculatis. *Willden. spec. pl.* 4. p. 227. *Schkuhr car. n.* 40. *t. S. fig.* 66. *Wahlenb. lapp. n* 434. *t.* 15. *f.* 3. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 124. *Forsander veg. scan. p.* 11. *Aspegren bleking. p.* 66.

Hab. in litoribus limosis salsisque maris septentrionalis Nordlandiæ Finmarkiæque vulgaris, nec non ad mare Bottnicum inter Piteå et Gefle rarius: Roslagiæ rarissime ex. gr. Stockholmiæ ad Djurgården; etiam Blekingiæ inter Knösö et Ringö.

Tota eximie pallida, mollis et turgida, vix pedem longa. Folia raro linea latiora. Spicae pennam anserinam vel sesquitertiam lineam crassae, squamis saepius stramineis tectae. Capsulae linea parum longiores.

1043. CAREX *glareosa:* spiculis ternis oblongis subconfertis; terminali basi mascula, capsulis squamas æquantibus oblongis attenuatis nervosis, culmo flaccido, foliis angustissimis. *Wahlenb. lapp. n.* 428. *Willd. spec. pl.* 4. *p.* 251. *Sv. Bot. t.* 645. *Schkuhr car. app. p.* 24. *t. Aaa fig.* 97. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 124.

C. heleonastes (Klapperstarr.) *Liljeblad Vet. Ac. Handl.* 1793 *p.* 73.

Hab. in litoribus glareosis vel sabulosis maris septentrionalis Nordlandiæ Finmarkiæque omnis passim copiose; etiam ad sinum et mare Bottnicum supra Gefle passim.

Tenuior praecedentibus, gramine fere toto filiformi, spithamam longo. Folia semilineam vix lata. Spicae duas lineas latae; squamis fuscis. Capsulae longitudine ut affinium, sed angustissimae.

1044. CAREX *heleonastes:* spiculis basi masculis quaternis subglobosis confertis, capsulis squama sublongioribus ovatis acutis utrinque convexis subobtusangulis patentibus, culmo stricto. *Ehrh. beitr.* 3. *p.* 69. *Wahlenb. lapp. n.* 429. *ups. n.* 585. *Willd. spec. pl.* 4. *p.* 228. *Schkuhr car. n.* 42. *t. Ii. f.* 97. (*s*? angustior. *Hoppe in Syllog. plant. ratisb. p.* 74.)

Hab. in paludibus profundis aquosis regionum sylvaticarum Sveciæ septentrionalioris passim copiose, ut Lapponiæ multis locis, Dalecarliæ, Vermlandiæ ferrimontanæ ad Kroppa, Upsaliæ per sylvam Örlösan in Vitulfsbergsträsk et Tahningeträsk nec non in sylva Ulleråkersallmänning per Långmossen, Stormossen etc.

Folia striota et angusta, complicato-carinata. Culmus eximie triqueter circiter pedalis. Spiculae saltem duplo crassiores, omnes subaequales, ultra lineas duas latae, obscurioris flavescentis coloris.

1045. CAREX *stellulata*: spiculis basi masculis quaternis subapproximatis, capsulis conicis attenuatis extus convexis acutangulis divaricatis, *Schreb. spicil. lips. Willden. spec. pl.* 4. *p.* 236 *Schkuhr car. n.* 34. *t.* C. *fig.* 14. *Agardh car. scan. p.* 10. *Wahlenb. lapp. n.* 430. *Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 71. *Hartman ib.* 1814. *p.* 95.

C. muricata *Flor. Dan. t.* 284. *Linn. svec. n.* 839. partim.

Hab. locis uliginosis sylvaticis per totam Sveciam usque ad limitem interiorem Lapponiæ et Nordlandiam Norvegicam mediam ubique.

Ad sequentes omnino accedit tenuitate partium plurimarum, sed capsulae rigide divaricatae fere ut in C. muricata, cui etiam juncta fuit.

1046. CAREX *loliacea*: spiculis basi masculis paucifloris subdistantibus, capsulis squama duplo longioribus oblongo-ellipticis obtusis obtusangulis divergentibus. *Linn. svec. n.* 840. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 237. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1403. *Wahlenb. lapp. n.* 451. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 95. (C. tenuiflora). 1818. *p.* 124. *Fries halland. p.* 141. *Videgren østerg. p.* 26.

Hab. in paludosis præcipue alnetis aqua fontana irrigatis per regiones montanas a Lapponia summa per Dalecarliam ex. gr. infra Osmundsberg usque ad Vermlandiam ferrimontanam, Vestmanniam prope

Acidulas Sätræ et Sudermanniam passim; dein rarius Ostrogothiæ et rarissime Hallandiæ lecta.

Ex tenuissimis et canescentibus, saepe pedem longa. Folia vix lineam lata. Spiculae florentes lineam tantum longae, exalbidae. Capsulae vero sesquilineae longitudinis.

1047. CAREX *tenuiflora:* spiculis basi masculis ternis subpaucifloris confertis, capsulis squama sublongioribus ovato-oblongis acutiusculis subacutangulis patentibus. *Wahlenb. lapp. n.* 432. *Willd. spec. pl.* 4. *p.* 228. *Schkuhr car. app. p.* 17. *t. Eeee. fig.* 187. *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1822. *p.* 342.

Hab. in paludibus pratisque maxime udis subsylvaticis Lapponiæ inprimis Tornensis frequenter, Lulensis rarius ad Tjomotes, Pitensis ad Atsats.

Praecedente fere tenuior, saltem brevior. Spica tota composita tres lineas longa.

1048. CAREX *canescens:* spiculis basi masculis quinis ovalibus subapproximatis, capsulis squama sublongioribus late ovatis obtusiusculis utrinque convexis subobtusangulis erectis: ore subbidentato. *Linn. svec. n.* 842. *Flor. Dan. t.* 285. *Wahlenb. lapp. n.* 433. *ups. n.* 588. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 95. *Agardh car. scan. p.* 10.

C. curta *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 241. *Schkuhr car. n.* 33. *t. C. fig.* 13.

β. alpicola: spiculis summis confertis, capsulis acutis patentibus. *Wahlenb. lapp.*

C. Gebhardi *Schkuhr car. app. p.* 22. *t. Hhhh. fig.* 192.

Hab. in paludosis aquosis totius Sveciæ frequenter; β in alpibus et inferalpinis ubique, etiam in alpestribus duris ut Dalecarliæ in Lumsheden (cum Peltidea crocea) non parce.

Tota magis insignis habitu canescente praecipue florescentiae. Folia vix lineam lata. Culmus raro pedalis. Spiculae maturae semine cannabis parum majores quamquam multiflorae, idque ob minutiem capsularum vix lineam longarum.

1049. CAREX *remota:* spiculis basi masculis distantibus, capsulis squama longioribus oblongo-ovatis a-

cuminatis acutangulis apice bifidis, bracteolis foliaceis. *Linn. spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 239. *Flor. Dan. t.* 370. *Agardh car. scan. p.* 11. *Fries halland. p.* 141. *Ehrh. beitr.* 3. *p.* 69.

Hab. in udis nemorosis Sveciæ temperatioris a Scania ad Vestrogothiam, Ostrogothiam summam et Uplandiam rarius.

Praecedentibus duplo triplove longior plerumque bipedalis et flaccida. Folia circiter lineam lata. Bracteae foliaceae culmi apicem superant. Spiculae circiter septem, quarum inferiores plus quam unciam distantes, albescentes. Capsulae sesquilineam longae.

3) *Spicis sexu distinctis* (*raro psevdoandrogynis n.* 1060. 1073-1075. 1093). A) *Stigmatibus ternis* — α) *bracteis vaginantibus* * *foliatis* † *pedunculos includentibus n.* 1050-1057. †† *exserentibus n.* 1058-1064 ** *aphyllis n.* 1065. 1066. — β) *bracteis amplectentibus dimidiatisve* * *spicis subsessilibus n.* 1067-1073. 1075. ** *pedunculatis n.* 1074. 1076-1084. — B) *Stigmatibus binis n.* 1085-1093.

1050. CAREX *flava:* spicis incluse pedicellatis ovalibus subapproximatis, bracteis vaginantibus foliatis, capsulis obovatis inflatis costatis: rostro aciculari deflexo bifido. *Linn. svec. n.* 843. *spec. pl. ed.* Willd. 4. *p.* 268. *Flor. Dan.* 6. *t.* 1047. *Schkuhr car.* 60. *t. H. fig.* 56. *Wahlenb. lapp. n.* 455.

β minor: foliis angustioribus subconvolutis, capsulis brevioribus patentibus. C. divisa *Fl. Dan. t.* 371.

Hab. locis udis graminosis totius Sveciæ, alpibus tantum exceptis, ubique.

Ceteris magis flavescit inprimis spicis femineis fere digitum minorem crassis, sed ut maxime colorata ita etiam magnitudine omnium partium ceteris magis inconstans, β interdum pollicaris spicis vix duas lineas latis ob capsulas solito triplo breviores.

1051. CAREX *fulva:* spicis incluse pedicellatis oblongis distantibus, bracteis vaginantibus foliatis altitu-

dine culmi, capsulis ovalibus subinflatis ancipitibus: rostro conico ore diviso. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 270. *Schkuhr car. n.* 86. *t. T. fig.* 67. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 71.

Hab. in pratis udis apricis regionum litoralium saltem orientalium et formatione quadam juniore substratarum Sveciæ temperatioris passim, ut Gotlandiæ pluribus locis, Roslagiæ ad Börstel et Stockholm, Vestrogothiæ ad Mösseberg ejusque finem orientalem; etiam Smolandiæ ad Vexiö.

Colore omnium partium praecedenti convenit, sed alias C. binervi proxima. Folia radicalia et bracteantia fere ejusdem latitudinis sesquilineam lata. Capsulae totae duas lineas longae.

1052. CAREX *distans*: spicis incluse pedicellatis oblongis remotissimis, bracteis vaginantibus foliatis, capsulis squama mucronata longioribus ovalibus adpresso-triquetris rostellatis: ore bimucronato. *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 1387. *ed. Willden.* 4. *p.* 271. *Schkuhr car n.* 87. *t. T et Yy. fig.* 68. *Wahlenb. Vet. Ac Handl.* 1806. *p.* 72. *Wahlb. goth. p.* 82.

Hab. in litoribus glareosis mari tum orientali tum occidentali quam maxime expositis passim, ut Gotlandiæ multis locis, Calmariensis gubernationis extra Vestervik, Blekingiæ, Ostrogothiæ extra Söderköping ad Öfra Yxnö alibique, Bahusiæ in Varö.

Tota strictior, rigidior et minus colorata quam proximae, raro plus quam pedem alta. Vagina spicae infimae plerumque radicalis. Spicae compactae vix sesquitertiam lineam latae. Squamae viride mucronatae. Capsula sesquilineam longa.

1053. CAREX *extensa*: spicis subsessilibus oblongis approximatis, bracteis subvaginantibus longe foliatis, capsulis ovali-oblongis cum acumine: ore bidentato, foliis angustissimis convolutis. *Gooden.* in *Linn. transact.* 2. *p.* 175. *t.* 21. *f.* 7. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 268. *Schkuhr car. t. Xx. fig.* 72. *Flor. Dan. t.* 1709. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 72. *Aspegren bleking. p.* 67.

Hab. in litoribus glareosis humidioribus maris orientalis majoris passim, scil. Gotlandiæ variis locis, Oelandiæ occidentalis in insula Nordman, Blekingiæ, Calmariensis gubernationis extra Vestervik, Ostrogothiæ extra Söderköping ad Öfra Yxnö.

Maxime juncea et in longum extensa, saepius tota curvula praecipue dum spithama non longior. Folia filum omnino referunt. Spicae plerumque duabus lineis vix latiores. Squamae et capsulae virentes ut praecedentis. Capsulae linea parum longiores.

1054. CAREX *binervis:* spicis incluse pedicellatis oblongis remotiusculis, bracteis vaginantibus anguste foliolatis, squamis muticis margine hyalinis, capsulis oblongis teretiusculis patentibus rostellatis: ore bilobo hyalino. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 271. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 71. *ups. n.* 591. *Ahlquist runst. p.* 51. *Wahlb. gothob. p.* 83.
C. distans *Flor. Dan.* 6. *t.* 1049. *Agardh car. scan. p.* 12.

Hab. in pratis subuliginosis apricis Sveciæ temperatioris a Scania et Gotlandia ad Bahusiam, Vestrogothiam, Ostrogothiam, Nericiam et Uplandiam, ubi præcipue littoralis Roslagiæ frequens.

Folia saturatius viridia quam in proximis, sed breviora. Culmus pedalis et paullo ultra. Squamae femineae fuscae: lineis binis marginalibus hyalinis. Spicae sesquitertiam lineam latae, demum fere totae fuscescentes. Capsulae sesquilineam longae.

1055 CAREX *hirta:* spicis subincluse pedunculatis cylindricis remotis, bracteis vaginantibus foliatis, squamis cuspidatis, capsulis ovatis teretibus costatis bicuspidatis hirtis, spicis masculis binatis. *Linn. svec. n.* 858. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 311. *Flor. Dan. t.* 1711 *et t.* 425. *Schkuhr car. n.* 105. *t. Uu. fig.* 108. *Agardh car. scan. p.* 13. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 74. *ups. n.* 592. *Wahlb. gothob. p.* 83.

Hab. locis arenosis, rarius margaceis humidis, Sveciæ temperatioris et magis campestris a Scania et Got-

landia ad Bahusiam, Nericiam et Uplandiam passim copiose.

Radix plerumque valde repens culmis tantum spithamaeis, spicis femineis subradicalibus. Folia satis pallentia, ut totum gramen plerumque hirta, sesquilineam lata. Spicae longe crassiores ob capsulas trium linearum longitudinis.

1056. CAREX *filiformis:* spicis subsessilibus oblongis remotis, bracteis breviter vaginantibus foliatis, capsulis ellipticis villosis: rostello bifurcato, foliis convolutis filiformibus. *Linn. svec. n.* 847. *spec. pl. ed.* Willden. 4. *p.* 303. *Flor. Dan. t.* 379 *et t.* 1344. *Schkuhr car. n.* 68. *t. K. fig.* 45. *Agardh car. scan. p.* 14. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 136. 156. *Liljebl. ib.* 1793. *p.* 75. 317. *Wahlenb. ups. n.* 593. *lapp. n.* 436. *Nov. Act. Ups. VIII. p.* 227.

Hab. in fluctuantibus ripis lacuum et paludum sylvaticarum fere totius Sveciæ a Scania usque ad Lapponiam summam passim; in insulis autem formationis transitionis tam rarescit, ut Gotlandiæ tantum tribus locis lecta sit.

Valde elongata foliis culmisque saepe tripedalibus filiformibus, sed duriusculis et obscurioris coloris, ad radicem atro-purpurascentibus. Spicae femineae demum crassitudine digiti minimi, squamis atro-fuscis et villo quoque lurido tumente capsularum valde inconsvetae.

1057. CAREX *rotundata:* spicis subsessilibus ellipticis distantibus, bracteis breviter vaginantibus foliatis, capsulis subglobosis nitidis inflatis: rostello subbilabiato, foliis convolutis subfiliformibus. *Wahlenb. lapp. n.* 437. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1407. *Willd. spec. pl.* 4. *p.* 272. *Schkuhr car. n.* 71. *t. Gg. fig.* 93.

Hab. in paludosis aquosis per partem subsylvaticam et subalpinam Lapponiarum a Blaikfjellet Åselensium usque ad fines Russiæ frequenter.

Differentiâ suâ systematicâ huc pertinet, sed C. ampullaceae re vera maxime affinis. Tota circiter pedalis et subfiliformis. Spicae vero femineae tres lineas crassae; squamis atro-fuscis. Capsulae plerumque stramineae. Spica mascula interdum gemina.

1058. CAREX *drymeja:* spicis exserte pedunculatis nutantibus sparsifloris, bracteis remotis vaginantibus foliatis, capsulis squamas acuminatas æquantibus ovali-ventricosis rostratis: ore bifido. *Ehrh. gram. n.* 58. *Willd. spec. pl.* 4. *p.* 296. *Fl. Dan. t.* 404. (C. sylvatica). *Schkuhr car. n.* 94. *t. Ll. fig.* 101. *Agardh car. scan. p.* 14. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 73. — 1821. *p.* 318. *Liljeblad ib.* 1793. *p.* 74. *Ahlquist ib.* 1821. *p.* 303.

Hab. in quercetis et fagetis amoenioribus formatione quadam juniore substratis Sveciæ meridionalis et magis orientalis passim, ut Scaniæ ad Roslätt, Gotlandiæ ubique, Oelandiæ extra Borgholm et Halltorp, Ostrogothiæ in Omberg ad Nordöstra Djurledet, Vestrogothiæ in Kinnekulle ad Vesterplana et Luksatorp; (Calmariensis regionis: *Liljebl.*)

Gramen totum laete viride et gentile, laxum, plerumque ultra pedem longum. Folia duas lineas lata. Spicae sesquilinea non latiores, totae virentes. Capsulae duas lineas longae.

1059. CAREX *capillaris:* spicis exserte pedunculatis pendulis sparsifloris, bracteis vaginantibus foliolatis, squamis hyalinis deciduis, capsulis oblongis acuminatis apice unilobis. *Linn. svec. n.* 851. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 290 *Flor Dan. t.* 168. *Schkuhr car. n.* 82. *t. O. fig.* 56. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 73. *ups. n.* 594. *lapp. n.* 442. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 95.

Hab. in pratis uliginosis apricis campestribus Sveciæ mediæ et magis orientalis a Gotlandia ad Uplandiam et Nericiam passim, deinde in magis alpestribus locis a Vermlandia per alpium jugum adjacentiaque loca usque ad Finmarkiam ultimam fere ubique.

Praecedente longè minor et praecipue angustior. Folia vix plus quam lineam lata. Culmus florens plerumque tantum digitalis, fructificans rarius pedalis. Capsulae demum omnino brunneae, linea parum longiores.

1060. CAREX *ustulata:* spicis exserte pedunculatis pen-

dulis ovalibus subapproximatis, bracteis vaginantibus subaphyllis, capsulis ovalibus acuminatis planiusculis: ore bidentato. *Wahlenb. lapp. n.* 441. *Willd. spec. pl.* 4 *p.* 293. *Schkuhr car. n.* 90. *t.* Y. *fig.* 82. *Flor. Dan. t.* 1590. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 103. — 1818. *p.* 135 *Læstadius ib.* 1822. *p.* 342. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 81. *Hisinger herjed. p.* 51.

Hab. locis irrigatis alpium altiorum a Lapponia Lulensi ejusque lacu Virihjaur usque ad Herjedalen passim; infra alpes Norvegicas rarius ex. gr. ad Giebbstad in insula Senjen Nordlandiæ.

Optime diversa species. Radiculae magis coloratae quam in plerisque. Folia saturatius viridia, sesquilineam lata, sed vix digitum longa. Culmus raro pedalis, strictus. Spicae totae (cum capsulis) atro-fuscae vel colore ustilaginis, circiter tres lineas latae; superiores subandrogynae et saepe pendulae. Capsulae fere duas lineas longae.

1061. CAREX *laxa:* spicis exserte pedunculatis pendulis oblongis remotis, bracteis vaginantibus foliolatis, capsulis squamas obtusas æquantibus oblongo-ellipticis obtusiusculis adpressis: ore integerrimo. *Wahlenb. lapp. n* 440. *t.* 15. *f.* 1.

Hab. in ripis lacuum fluctuantibus turfosis Lapponiæ Tornensis subsylvaticæ ad Enontekis copiose.

Ut proximae species C. limosae maxime affinis, sed differentiis C. paniceae magis convenire videtur. Tam laxa ut fere decumbens, plus quam pedem longa, tota non parum rufescens (ut ipsissima C. limosa). Folia lineam lata. Spicae duas lineas latae. Squamae praecipue rufae. Capsulae virentes fere duas lineas longae.

1062. CAREX *livida:* spicis pedicellatis sparsifloris remotiusculis, bracteis vaginantibus convolute foliolatis, capsulis squamas subæquantibus oblongis adpressis obtusis: ore integerrimo. *Wahlenb. lapp. n.* 439. *ups. n.* 596. *Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 219. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 285. *Schkuhr car. app. p.* 58. *t. Sss. fig.* 211.

Hab. in paludibus limosis profundis frigidis sterilissi-

mis Sveciæ septentrionalioris a Lapponia usque ad Vermlandiam ferrimontanam prope Kroppa et Mokärshyttan, Nericiam prope Acidulas Porla et Upsaliam trans Jumkil copiose; etiam Smolandiæ ad Vexiö.

Glaucescentia livida major quam in ulla alia, simulque folia rigescentia valde carinata. Spicarum situs cum longitudine culmi satis variabilis, sed capsulae nunquam inflatae fere C. limosae constantes.

1063. CAREX *panicea:* spicis pedunculatis flaccidis sparsifloris remotiusculis, bracteis vaginantibus foliolatis, capsulis inflatis subglobosis obtusiusculis apice integerrimis. *Linn svec. n.* 853. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 280. *Fl. Dan. t.* 261. *Schkuhr car. n.* 93. *t. Ll. fig.* 100. *Agardh car. scan. p.* 15. *Wahlenb. lapp. n.* 438.

β. sparsiflora: capsulis minus inflatis viridibus. *Wahlenb. l. c. Aspegren bleking. p.* 67.

γ. pauciflora: spicis subtrifloris, capsulis magnis non inflatis rostellatis bilobis. *Horneman plantel.* 3. *p* 948.

C. triflora *Vahl.* et C. depauperata *Hornem. plant.* 2. *p.* 829.

Hab. in locis uliginosis totius omnino Sveciæ frequenter; at *γ* tantum in latere Norvegico alpium, *β* abhinc per loca sicciora fertiliora Sveciæ usque ad Upsaliam passim, Blekingiam rarius.

Glaucescentia parum minor quam praecedentis, sed folia multo molliora et capsulae eximie inflatae scil. cum in paludosis et aquosis crescat. In locis autem laetioribus siccioribus *β* virescit et capsulas contrahit, ita tamen ut demum *γ* pauciflora capsulas distendat seminibus insolito magnis (nec spatio vacuo ullo).

1064. CAREX *præcox:* spicis pedicellatis oblongis subapproximatis, bracteis breviter vaginantibus cuspidatis, capsulis squamas obtusas subconcolores æquantibus ovalibus subtriquetris acutis pubescentibus. *Jacqu. austr.* 5. *t.* 446. *Willd. spec. pl.* 4. *p.* 262. *Flor. Dan.* 9. *t.* 1527. *Wahlenb. Vet. Ac.*

Handl. 1806. *p.* 73. *ups. n.* 597. *Agardh cat. scan. p.* 15. (C. tomentosa).

Hab. in graminosis campestribus elevatis a Scania et Gotlandia ad Bahusiam, Nericiam, Leksand Dalekarliæ et Gestriciam passim.

Gramen ex minoribus ut proxime sequentes, plerumque digito non longius, totum pallidum; foliis vix ultra lineam latis. Florescentia ejus apud nos minus praecox quam in pluribus sequentibus, mense frondescentiae absolvenda. Spicarum squamae dorso virentes, marginibus dilutius castaneis.

1065. CAREX *digitata:* spicis pedicellatis sparsifloris altitudine subæqualibus; vaginis aphyllis muticis, capsulis squamas æquantibus cuneiformibus pilosiusculis, culmo compresso. *Linn. svec. n.* 844. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 256. *it. gotl. p.* 233. *Fl. Dan.* 9. *t.* 1466. *Wahlenb. lapp. n.* 443. *Forsander veg. scan. p.* 15.

Hab. in sylvaticis elevatis muscosis plerarumque provinciarum a Scania frondoso-sylvestri ad Lapponiam infimam passim; sed desiderari videtur in Vermlandia ferrimontana similibusque regionibus altioribus.

Vaginae omnes etiam radicales atropurpureae. Folia et culmi circiter spithamaeae longitudinis. Spicae mense germinationis jamdudum florentes, in modum digitorum compositae et sibi invicem parallelae, lineares, squamis brunneis. Capsulae majusculae sesquilineam longae.

1066. CAREX *ornithopoda:* spicis subsessilibus sparsifloris altitudine æqualibus; vaginis aphyllis muticis, capsulis squama longioribus cuneiformibus pilosiusculis, culmo incurvo. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 255. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 95. — 1818. *p.* 128. *Fries nov. p.* 37. *Fl. Dan. t.* 1405. *Schkuhr car. n.* 62. *t. H. fig.* 57. (C. pedata). *Videgren östergr. p.* 26.

C. digitata *β Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1803. *p.* 158. — 1806. *p.* 73.

Hab. in pratis subhumidis apricis formatione transitionis plerumque substratis, ut Gotlandiæ fere

ubique, Ostrogothiæ ad Slaka, Sjökumla alibique (unde ad Jönköping perventa esse videatur), Dalekarliæ in Osmundsberget etc. frequenter, Jemtlandiæ in Hofverberget paroeciæ Berg.

Praecedentis vix nisi varietas minor, laxior et pallidior. Folia linea non latiora. Culmus digito non longior, praecipue superne incurvus. Spicae nullae tribus lineis longiores; squamis pallidis. Capsulae lineam tantum longae.

1067. CAREX *pedata:* spicis pedicellatis sparsifloris paucifloris approximatis, bracteis amplectentibus cuspidatis, capsulis subglobosis nitidis apiculatis: ore bilobo *Linn spec. pl ed.* 2. *p.* 1384. *Wahlenb. lapp. n.* 444. *t.* 14. *Deinboll in Tidskr. f. Naturv.* 1. *p.* 126.

Hab. in collibus siccis alpium Lapponicarum rarius, ut in Kajsats et Lill'okin prope Virihjaur Lulensium, ad sinum Karbotten Varangriæ Finmarkiæ et supra Pasvig versus lacum Enarensem.

Cuidam proxime affinis sit, vix constat. Ex minimis hujus sectionis utpote plerumque digito minore non altior. Folia lineam non lata. Spicae utplurimum quadriflorae. Squamae quod ad maximam partem fuscae. Capsulae linea non longiores in rachi flexuosa.

1068. CAREX *tomentosa:* spicis pedicellatis subcylindricis subapproximatis, bracteis auricula amplectentibus foliolaceis, squamis acutis, capsulis globosis tomentosis. *Linn. mant. p.* 123. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 265. *Schkuhr car. n.* 57. *t. F. f.* 28. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1803. *p.* 159. — 1806. *p.* 73. *Ahlquist runst. p.* 31.

Hab. in pratis supra formationem transitionis provinciarum insularium, scil. Gotlandiæ ubique, Oelandiæ in Skogsbybet et ad Runsten passim.

Radix stolonibus non parum repentibus. Folia caerulescentia fere ut in C. caespitosa, plus quam lineam lata. Culmus strictus, circiter pedem longus. Bracteae saltem inferiores totae virides, sed squamae femineae nigro-fuscae praeter nervum virentem. Capsulae tomento glaucescente.

1069. CAREX *montana*: spicis sessilibus subglobosis confertis, bracteis subsquamaceis amplectentibus squamisque discoloribus mucronatis, capsulis cuneiformibus triquetris puberulis, foliis angustissimis. *Linn. svec. n.* 845. *Schkuhr car. n.* 58. *t. F. f.* 29. *Agardh car. scan. p.* 16. *Wahlenb. ups. n.* 600. C. collina *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 260.

Hab. in pratis collinis ad lucos amoenissimos a Gotlandia et Scania ad Bahusiam, Nericiam et Uplandiam passim copiose.

Eximie diversicolor, ad radicem vivide purpurascens, foliis pallide virentibus et spicis totis piceis. Ceterum caduca et tenuis: foliis vix ullis persistentibus, mollibus, dimidia linea vix latioribus; culmis setaceis valde flaccidis, post florescentiam praecocem mense germinationis, decurvatis. Capsulae vero majores quam in proximis, fere duas lineas longae.

1070. CAREX *globularis*: spicis sessilibus ovatis distantibus, bracteis amplectentibus foliaceis, capsulis squama longioribus ovatis acutis pubescentibus, foliis angustissimis *Linn. svec. n.* 846. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 265. *Schkuhr car. append. p.* 52. *t. Eeee. fig.* 188. *Flor. Dan. t.* 1404. *Wahlenb. lapp. n.* 145. *Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 219. — 1811. *p.* 27. 29. *Hartm. ib.* 1818. *p.* 124. 125. 128. *Hisinger verml. p.* 11.

Hab. locis subhumidis turfosis duris sylvarum Sveciæ septentrionalis altioris a Vermlandia ferrimontana (Kroppa), Vestmannia consimili circa Skinskatteberg et Gevalia per Dalecarliam (ad Ore) totamque Norrlandiam et Bottniam usque ad Lapponiam subalpinam ultra lacum Enarensem frequenter.

Radix ramosissima, filiformis, squamis vaginisque purpureis. Gramen gracile circiter pedem altum. Spicae circa unciam a se invicem distantes, ex minoribus, vix lineis duabus crassiores parumque longiores. Squamae dilutius fuscae. Capsulae vix linea longiores.

1071. CAREX *ericetorum*: spicis sessilibus subglobosis

confertis, bracteis amplectentibus squamaceis squamisque discoloribus margine hyalinis rotundatis, capsulis subglobosis obtusiusculis basi elongatis pubescentibus. *Pollich pal. n.* 886. *Wahlenb. ups. n.* 599. *Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 73.
C. ciliata *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 261. *Schkuhr car. n.* 66. *t. J. fig.* 42.

Hab. in collibus glareosis siccis duris a Scania et Gotlandia ad Bahusiam, Nericiam, Dalecarliam inferiorem (ex. gr. in Tuna Exerceringsplats) et Helsingiam passim.

Aliquantum crassior proximis et magis fuscescens. Vaginae omnes nigro-fuscae; foliis rigidulis fere sesquilineam latis. Culmus plerumque tantum digitalis. Spicae omnium nostrarum maxime praecoces, initio mensis germinationis florentes, nigro-fuscescentes; mascula eximie clavata.

1072. CAREX *pilulifera:* spicis sessilibus globosis approximatis, bracteis subamplectentibus foliolaceis, capsulis squama mucronata brevioribus subglobosis acutis pubescentibus, culmo debili serrulato. *Linn. spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 259. *Schkuhr car. n.* 64. *t. I. fig.* 59. *Flor. Dan. t.* 1048. *Agardh car. scan. p.* 16. *Wahlenb. ups. n.* 601.

Hab. in pascuis sterilioribus sylvarum Sveciæ temperatioris usque ad Vermlandiam Vestmanniamque ferrimontanam, Fahlunam et Siljan Dalekarliæ Helsingiamque fere ubique.

Tota magis viret praecedentibus. Folia quidem non multum longiora, sed culmi elongati pedales et ultra, fere semper decumbentes. Spicae minus praecoces; squamis fere totis viridibus; mascula tenuis.

1073. CAREX *alpina:* spicis subsessilibus globosis approximatis ternis; terminali androgyna, bracteis amplectentibus subfoliolaceis, squamis discoloribus, capsulis subglobosis apiculatis asperulis. *Fl. Dan.* 3. *t.* 403. *Wahlenb. lapp. n.* 446. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 95. — 1818. *p.* 128.
C. Vahlii *Schkuhr car. n.* 72. *t. Gg. fig.* 94. *et app. p.* 46. *t. Ppp. fig.* 154. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 252.

Hab. locis graminosis humidiusculis a latere Norvegico alpium usque ab Utsjoki ad infimam Nordlandiam frequenter, unde denique dispersa est usque ad Quickjock Lulensium, Hornsträsk Vestrobottniæ, Lycksele Umensium, Tåsjöberget Angermanniæ et Hofverberget Jemtlandiæ passim.

Gramen mollius. Folia interdum sesquilineam lata. Culmus circiter pedalis strictus. Spicae subaequales circa duas lineas latae longaeque. Squamae aterrimae. Capsulae in inferalpinis fere albescentes, sed in alpinis interdum subfuscae et eo magis asperulae, rotundatae, vixque linea longiores.

1074 CAREX *atrata*: spicis pedunculatis cernuis cylindricis altitudine subæqualibus androgynis, bracteis subamplectentibus, squamis discoloribus, capsulis ovalibus planiusculis apiculatis. *Linn. svec. n.* 849. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 221. *Flor. Dan. t.* 158. *Schkuhr car. n.* 44. *t.* X. *fig.* 77. *Wahlenb. lapp. n.* 447. *Hartm. Vet. Ac. H.* 1818. *p.* 134. 151.

Hab. in locis irrigatis graminosis alpinis fere ejusdem regionis ac præcedens ab ultima Finmarkia per totam Nordlandiam præcipue infra alpes frequenter, et denique etiam transscendit alpes usque ad Quickjock Lulensium et Areskutan Jemtlandiæ passim.

Plerumque major quam praecedentes. Folia saepe tres lineas lata, valde scindentia. Culmus non raro plusquam pedem altus. Spicae fere unciam longae et tres lineas latae. Squamae atrae cum parca purpurascentia. Capsulae duas lineas longae.

1075. CAREX *Buxbaumii*: spicis sessilibus oblongis distantibus; terminali androgyna, bracteis subamplectentibus foliaceis, squamis cuspidatis, capsulis ellipticis obtusis triquetris asperulis. *Wahlenb. lapp. n.* 452. *Vet. Ac. Handl.* 1803. *p.* 163. *Hartm. ib.* 1814. *p.* 95. — 1818. *p.* 139. *Ahlquist runst. p.* 31. *Agardh car. scan. p.* 21. *Willd. spec. pl.* 4. *p.* 252. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1406. *Videgren österg. p.* 27. *Aspegren bleking. p.* 68.]

Hab. in ripis muscosis paludum et fluviorum præci-

pue in regionibus orientalibus aqua abundantibus et litoralibus a Lapponia ultima usque ad Oelandiam et Scaniam passim.

Caricibus distigmaticis praecipue C. stricta e similior videtur. Vaginae extimae purpurascentes. Folia non parum glaucescentia. Culmus saepius bipedalis. Capsulae quoque utplurimum glaucescentes, sesquilineam longae.

1076. CAREX *flacca:* spicis pedunculatis flaccidis cylindricis subdistantibus, bracteis amplectentibus subfoliaceis, capsulis obovato-globosis obtusis rugulosis: ore integerrimo. *Schreb. spicil.* 150. *Schkuhr car. n.* 98. *t. O. P. fig.* 57 *a. b. Wahlenb. ups. n.* 602. *Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 73. — 1809. *p.* 218. *Agardh car. scan. p.* 17.

C. recurva *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 298. *Fl. Dan.* 6. *t.* 1051.

Hab. in pratis et pascuis uliginosis regionum campestrium a Scania et Gotlandia ad Nericiam et Gestriciam passim; in monte Omberg frequentissime.

Gramen totum glaucescens vel potius subcaesium; stolonibus non parum repentibus. Culmus pedalis et ultra, teretiusculus, fere strictus; sed spicae valde flaccidae, extrorsum clavatae, caesiae, demum subbrunneae, interdum piceae.

1077. CAREX *pallescens:* spicis pedunculatis nutantibus cylindricis subdistantibus, bracteis dimidiatis foliaceis, capsulis ellipticis teretibus obtusis. *Linn. svec. n.* 852. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 291. *Flor. Dan.* 6. *t.* 1050. *Agardh car. scan. p.* 18 *Wahlenb. lapp. n.* 449. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 130.

Hab. in graminosis præcipue sylvaticis totius Sveciæ usque ad Skelleſteå Vestrobottniæ nec non Lapponiam infimam et inferalpinam ubique frequenter.

Pallidius virens, omnibus partibus etiam fructificationis, quam ceterae. Simulque mollis et laxa: foliis inprimis bracteantibus fere semper undulatis. Culmus pedalis vel paullo ultra. Spicae primum stramineo colore aliquantum nitent, demum capsulis undique rotundatis laetius virent.

1078. CAREX *limosa:* spicis pedunculatis pendulis oblongis subdistantibus, bracteis dimidiatis subsetaceis,

capsulis squamas æquantibus ovalis obtusiusculis planiusculis, foliis angustissimis. *Linn. svec. n.* 850. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 293. *Flor. Dan. t.* 646. *Wahlenb. lapp. n.* 448. *ups. n.* 604. *Nov. Act. Ups. VIII. p.* 227. *Agardh car. scan. p.* 18.

β. rariflora: spicis sparsifloris, culmo obtusangulo. *Wahlenb. lapp — Zetterstedt res.* 2 *p.* 81.

γ. irrigua: squamis elongatis capsula subrotunda duplo longioribus, foliis latiusculis. *Wahlenb. lapp. t.* 15 *f.* 2. *Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 219. *Fries halland p.* 142.

Hab. α in paludibus fluctuantibus limosis sylvaticis totius Sveciæ, rarescens tantum in extima Gotlandia et Scania; β locis uliginosis maritimis Nordlandiæ et Finmarkiæ passim; γ in palustribus irrigatis Sveciæ frigidioris a Lapponia summa ad Skinskatteberg Vestmanniæ ferrimontanæ et per Vermlandiam ad Smolandiam Hallandiamque frequenter.

Primaria forma inferne angustissima, radice repente, foliis semilineam angustis brevibus inconspicuis subglaucescentibus, culmo circiter pedali strictiusculo, spicis ob pedunculos capillares eximie pendulis, squamis rufis capsulas glaucescentes tegentibus. β magis vaga est quasi ob locum ambiguum, itaque sparsiflora. Sed γ in fixiori terra luxuriat foliis copiosis sesquilineam latis, spicis densifloris, squamis longis sed angustis, capsulam latitudine non tegentibus.

1079. CAREX *Pseudo-cyperus:* spicis pedunculatis pendulis cylindricis approximatis, bracteis dimidiatis foliaceis, squamis setaceis, capsulis oblongis triquetris reflexis: rostro bicuspidato. *Linn. svec. n.* 854. *spec. pl ed. Willd.* 4. *p.* 295. *Flor. Dan.* 7. *t.* 1117. *Wahlenb. ups. n.* 605. *Carls. strengn. p.* 52. *Agardh car. scan. p.* 17. *Videgr. österg. p.* 26.

Hab. in aquis provinciarum mari proximarum et campestrium orientalium a Gevalia (prope Edsk-ön) per Roslagiam frequenter, Uplandiam passim ad Drottningholm etc. Sudermanniam usque ad Strengnäs, Ostrogothiam ad Roskälla-sjön prope Linköping, Oelandiam ad Hornsviken et denique Scaniam ad Roslätt alibique.

Magna et inprimis eximie foliosa: foliis saepe quatuor lineas latis et bipedalis longitudinis culmo plerum longioribus. Spicae totae semper virent, capsulis demum retroimbricatis nervosis nitidis valde singulares, habitum peregrinum hujus speciei ulterius augentes.

1080. CAREX *ampullacea*: spicis pedunculatis flaccidis cylindricis distantibus; masculis pluribus, bracteis dimidiatis foliaceis, capsulis subglobosis inflatis divergentibus rostratis, culmo obtusangulo, foliis involutis. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 308. *Schkuhr car. n.* 104. *t. Tt. fig.* 107. *Wahlenb. lapp. n.* 450. C. vesicaria β (sylvatica) *Linn. svec. n.* 856.

Hab. in paludosis sylvaticis totius Sveciæ frequenter.

Affinium specierum angustissima, foliis saepe subfiliformibus, culmo laxo utplurimum bipedali. Spicae fructiferae digito minimo angustiores; capsulis cum rostro ampullaeformibus etiam nitentibus et laevissimis (vitri instar), colore aliquantum virente. Gramen reliquum quoque saturatius viret.

1081. CAREX *vesicaria*: spicis pedunculatis nutantibus subcylindricis distantibus; masculis pluribus, bracteis dimidiatis foliaceis, capsulis squama longioribus ovatis inflatis acuminatis patentibus: rostello bicuspidato. culmo acutangulo. *Linn. svec. n.* 856. α. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 307. *Sv. Bot. t.* 216. *Fl. Dan. t.* 647. *Wahlenb. lapp. n.* 451. *ups. n.* 607.

Hab. in pratis paludosis magis campestribus Sveciæ totius, alpibus tantum exceptis, frequenter.

Ex majoribus nostrarum, saepius tripedalis, foliis ultra duas lineas latis. Haec folia nervis tenacioribus et cellulosa laxiori constant adeo, ut conquassando stupam evadant fibrosam ad calceos Lapponum implendos peridoneam, unde Svecis *Lappskogrås*, Lapponibus *Skogrås* (*Kabmaksuoine*), Norvegis *Sener*. Spicae praecipue maturescentes valde flavescunt, digito minimo crassiores idque ob capsulas vesiculares magnas tribus lineis fere longiores.

1082. CAREX *riparia*: spicis pedunculatis cylindricis remotis; masculis pluribus, bracteis dimidiatis longe foliaceis, capsulis squama acuminato-cuspidata brevioribus ovatis subinflatis: rostello bifurcato. *Will-*

den. spec. pl. 4. *p.* 306 *Schkuhr car. n.* 102. *t. Qq. fig.* 105. *Fl. Dan.* 7. *t.* 1218. *Agardh car. scan. p.* 20. (C. crassa). *Aspegren bleking. p.* 68. *Wahlb. gothob. p.* 83. *Videgren österg. p.* 26.

Hab. in aqua lacuum et fluviorum per regiones maritimas a Scania ad Bahusiam et Uplandiam passim.

Crassissima nostrarum Caricum; foliis semiunciam latis et saepe tres pedes longis, grandius reticulatis. Culmus quoque sesquilineam latus, foliis parum longior. Spicae juniores exsiccatione insigniter nigrescentes; demum crassitie digiti medii; capsulis fere latioribus quam in praecedente, ex flavescente saepius subluridis.

1083. CAREX *evoluta:* spicis pedicellatis cylindricis distantibus; masculis pluribus, bracteis dimidiatis foliaceis, capsulis squamam cuspidatam æquantibus pubescentibus nervosis ovato-ellipticis bifurcatis, foliis planis. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 156. 157.

Hab. in ripis fluctuantibus lacuum regionis maritimæ circa Stockholmiam rarius, ut ad Bränkyrkesjön et ad Gångsätra insulæ Lidingön copiose.

Praecedente parum brevior plerumque quadripedalis, sed angustior. Folia vix tres lineas lata, firma. Spicae vix quatuor lineas crassae, sesquiunciam longae. Capsulae fere ut in C. filiformi, vix duas lineas longae, cujus formam evolutam fere constituit.

1084. CAREX *paludosa:* spicis pedicellatis cylindricis distantibus, bracteis dimidiatis foliaceis, capsulis squamas mucronatas æquantibus ovali-oblongis acutis adpressis acutangulis nervosis: ore bidentato. *Gooden. Linn. transact.* 2. *p.* 202. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 305. *Schkuhr car. n.* 101. *t. Oo. f.* 103. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1805. *p.* 165. — 1806. *p.* 74. *Agardh car. scan. p.* 20.

Hab. in pratis aquosis supra formationes petræ juniores Scaniæ ad Roslätt, Gotlandiæ ad Smiss in paroecia Fleringe, Ostrogothiæ ad Sjökumla, Östra Ryd, Roskälla prope Linköping etc.

Sequentibus, praecipue C. strictae, longe similior quam

praecedentibus quamvis semper tristigmatica. Plerumque tripedalis, eximie glaucescens. Folia circiter tres lineas lata, Spicae vix ejusdem latitudinis et bis unciam longae. Squamae ferrugineae. Capsulae tantum sesquilineam longae, eximie nervosae (quod nunquam in sequentibus), exsiccatione cinerascentes ut quoque in praecedentibus.

1085. CAREX *maritima*; spicis pedunculatis pendulis cylindricis distantibus; masculis pluribus, stigmatibus binis, bracteis foliaceis, squamis longe cuspidatis, capsulis orbiculatis. *Müller in Flor. Dan.* 4. *t.* 703. *Vahl Act. hist. nat. hafn.* 2. *p.* 13. *Schkuhr car. t.* W. *fig.* 74. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 300. *Wahlenb. lapp. n.* 453. *Retz. diss. fl. scand. suppl. p.* 17. *Horneman plantel.* 3. *p.* 935.

Hab. in litoribus limosis maris septentrionalis ad Nordlandiam meridionalem rarius copiose ex. gr. ad Fösked Saltensium; ad Norvegiam meridionalem passim et ad Bahusiam oppositam rarissime.

Gramen pallidum ut insequens et pleraque maritima, plerumque pedale laxum. Spicae omnes etiam masculae pendulae in culmo superne nutante, vix unciam longae. Squamae tres lineas longae, margine tantum lutescentes. Capsulae vix plusquam lineam longae.

1086. CAREX *salina*: spicis pedunculatis oblongis distantibus, stigmatibus binis, squamis subcuspidatis, capsulis suborbiculatis apiculatis ore emarginatis. *Wahlenb. lapp. n.* 454. *Schkuhr car. app. p.* 29. *t.* Cccc. *fig.* 185 *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 286. (C. cuspidata) *et p.* 301.

Hab. in litoribus passim inundatis maris septentrionalis Finmarkiæ Nordlandiæque satis frequenter.

Praecedenti tam affinis, ut forsan abbreviatio ejus. Nihilo tamen minus distingvenda videtur ob spicas omnes erectas, squamas breviter aut ne quidem cuspidatas.

1087. CAREX *aquatilis*: spicis subsessilibus cylindraceo-clavatis remotiusculis, stigmatibus binis, bracteis foliaceis, capsulis suborbiculatis integerrimis, culmo stricto obtusangulo, foliis marginibus incurvis.

Wahlenb. lapp. n. 455. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 95. *Videgren östergöt. p.* 26. *Aspegren bleking. p.* 67.

β. epigejos. *Læstadius Vet. Ac. H.* 1822. *p.* 339.

Hab. in fluviis et lacubus totius Lapponiæ frequenter, Dalecarliæ passim, et dein juxta sinus intimos maris usque ad Ostrogothiam ex. gr. prope Söderköping passim, etiam Blekingiam aliquando.

Maxime stricta et angusta, saepe quadri- vel quinquepedalis, coloris dilutioris. Folia tamen vix duas lineas lata. Spicae quoque ejusdem latitudinis. Capsulae ex minimis vix lineam longae.

1088 CAREX *saxatilis:* spicis subsessilibus oblongis obtusis, stigmatibus binis, bracteis subfoliaceis auriculatis, capsulis squamas obtusas æquantibus ellipticis obtusis subexcurvis. *Linn. svec. n.* 848. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 272. *Fl. Dan. t.* 159. (*Schkuhr car. n.* 45. *t. Tt. fig.* 40?) *Wahlenb. lapp. n.* 456. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 135. 155. *Hisinger herjed. p.* 50.

Hab. locis siccioribus petrosis per omnes montes alpinos a Lapponia summa usque ad Herjedalen vulgaris.

Radix ob locum magis ramosa et subrepens, squamis purpurascentibus. Gramen strictum et rigidius, utplurimum vix pedale. Folia fere duas lineas lata. Spicae plerumque sesquitertiam lineam latae vel saepe ob ustilaginem latiores. Squamae totae piceae. Capsulae sesquilineam longae.

1089. CAREX *cæspitosa:* spicis subsessilibus ovalibus approximatis; mascula oblonga, stigmatibus binis, bracteis cuspidato-foliolaceis, capsulis ovalibus utrinque convexis obtusis, culmo acutangulo foliisque flaccidis. *Linn. svec. n.* 855. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 287. *Sv. Bot. t.* 222. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1281. *Wahlenb. lapp. n.* 457.

Hab. locis humidis caespitosis pratorum et sylvarum totius Sveciæ, vix alpibus quidem exceptis, frequenter.

Radix densius caespitosa et vivacior quam affinium, foliis

copiosis longis, demum laxis, vix sesquilineam latis, Svecis *Tufstarr*. Culmi praecocius florent breves: spicis nigris copiose flavo-fumantibus, demum dense imbricatis paullo ultra semiunciam longis.

1090. CAREX *acuta:* spicis pedunculatis flaccidis cylindricis remotis; masculis pluribus, stigmatibus binis, bracteis foliaceis, capsulis ovalibus tumidulis obtusis, culmo acutangulo serrulato, foliis flaccidis. *Linn. svec. n.* 857. *β spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 304. *Sv. Bot. t.* 498. *Wahlenb. lapp. n.* 458.

Hab. ad aquas totius omnino Sveciæ vulgaris, regionibus alpinis tantum exceptis.

Ceteris magis caerulescens (Svecis *Blåstarr*) simulque magis acuta vel marginibus serrulatis tum foliorum tum culmi scindens, alias satis gracilis, circiter tripedalis; foliis duas lineas latis. Spicae demum penna anserina parum crassiores; squamis ex caeruleo nigricantibus; capsulis virentibus. Numerus binarius in hac etiam ad stamina extenditur.

1091. CAREX *stricta:* spicis subsessilibus cylindricis subapproximatis; mascula elongata, stigmatibus binis, bracteis foliaceis, capsulis adpressis utrinque planiusculis acutiusculis, culmo acutangulo foliisque strictis. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 287. *Schkuhr car. n.* 49. *t. V. fig.* 73. *Wahlenb. ups. n.* 611.

Hab. in aquosis a Scania ad Bahusiam et Uplandiam passim.

Praecedentis quasi forma strictior, obtusior et latior. Folia magis canaliculata marginibus subinflexis et inferne membranaceis; latere interiore vaginarum facile in fibrillas disrumpente. Culmus lateribus planis lineam latis. Spicae capsulis valde imbricatis, saepe evidenter octofariis.

1092. CAREX *pulla:* spicis pedicellatis ovalibus subdistantibus, stigmatibus binis, bracteis subfoliaceis, capsulis subglobosis subinflatis: rostello bifido. *Gooden. Linn. Transact.* 3 *p.* 78. *t.* 14. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 274. *Schkuhr car. n.* 52. *t. Cc. fig.* 88. (C. fusca). *Wahlenb. lapp. n.* 459. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1814 *p.* 103. — 1818. *p.* 155.

Hab. in lateribus irrigatis summarum alpium Lapponicarum et Jemtlandicarum passim.

Turgidior et mollior affinibus. Gramen quoque magis lutescens, strictum, pedale. Folia linea parum latiora. Spicae totae nigro-fusci vel pulli coloris, marginibus squamarum hyalinis angustis non obstantibus, tres lineas latae. Capsulae etiam saltem superne fuscae, sesquilineam longae.

1093. CAREX *bicolor:* spicis subpedicellatis ovalibus ternatis androgynis, stigmatibus binis, capsulis squamas æquantibus obovatis obtusis, culmo tereti incurvo. *Allioni pedem. n.* 2311. *Schkuhr car. t. Aaaa. fig.* 181. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 222. *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1822. *p.* 338. *Regensb. bot. Zeit.* 1821. *p.* 428.

Hab. loco arenoso irrigato ad lacum Pollaure inter alpes Kirkivare et Touddarats Lapponiæ Lulensis.

Maxime inconspicua loco natali, fere tota incurva, vix digitum minimum longa. Folia vix lineam lata. Spicae omnes aequales, duas lineas latae et parum longiores, eximie bicolores. Squamae enim fere totae fuscae. Capsulae autem albo-glaucescentes, lineam longae. Alias C. atratae quodammodo affinis videtur.

ORD. 4. TETRANDRIA.

575. LITTORELLA.

Bergius Vet. Ac. H. 1768, *p.* 341. *Linn. gen. ed Schr. n.* 1415. *Juss. gen. p.* 100.

Floris masculi Calyx tetraphyllus. Corolla infundibuliformis: limbo quadripartito. Filamenta longissima, receptaculo inserta. — Floris feminei Calyx obsoletior tripartitus. Corolla apice quadridentata. Stylus longissimus. Nux vel capsula nucularis monosperma. — *Herbula acaulis juncifolia: floribus masculis pedicellatis, femineis sessilibus ad pedicellum masculum in eadem axilla congregatis; Plantagini valde affinis in Ord. nat.* 30. *Holoraceæ?*

1094. LITTORELLA *lacustris:* (*Bergius Vet. Ac. Handl.* 1768. *p.* 341. L. juncea). *Linn. mant. p.* 295. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 330. *Flor. Dan. t.* 170. *Sv. Bot. t.* 532. *Fries hall. p.* 143. *Wahlb.*

gothob. p. 84. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 227. *Hisinger verml. p.* 11. *Aspegren bleking. p.* 68. *Osbeck götheb. handl.* 4. *p.* 27.

Plantago uniflora *Linn. svec. n.* 135. *lapp. n.* 64. *it. scan p.* 408. 417. *vestrog. p.* 115.

Cariophyllus marinus etc. *Act. Ups.* 1724. *p.* 507.

Hab. in ripis lacuum et fluviorum arenosis passim inundatis sylvaticis et montanis per provincias meridionaliores passim, ut Scaniæ sylvestris, Blekingiæ, Smolandiæ occidentalis frequenter usque ad lacum Möckeln, Hallandiæ multis locis, Vestrogothiæ in Hunneberg lacuque Eldmörjan dicto copiose alibique, Ostrogothiæ ad Boxholm et in Kisa, Gotlandiæ ad Gothemså et Mästermyr, Nericiæ ad Tysslingen, Vermlandiæ occidentalis ad Flagan, Sudermanniæ ad lacum Mälaren prope Viksberg et Stockholm, — dein vero non nisi in litoribus maris septentrionalis rarissime visa ad Nordlandiam.

Radix annua, fibrosa. Folia exteriora vermiformia pennam columbinam crassa; interiora semiteretia digitum minorem longa. Flores ex eadem axilla feminei subterni sessiles exteriores et masculus unicus pedunculatus: pedunculo uncialis longitudinis. Corolla lutescit unacum antheris, ad solstitium quaerenda. Capsula seminis carvi magnitudine.

374. URTICA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1422. *Juss. gen. p.* 442. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 183. *t.* 119.

Amenta laxa androgyna aut sexu distincta; floribus apetalis. Mas; calyx tetraphyllus æqualis longitudine staminum; nectario urceolato integerrimo germinis loco. Fem. calyx quoque tetraphyllus, sed foliola duo opposita reliquis multiplo majora, lateribus planis seminis applicata. Semen compressum, margine insertum. — *Herbæ stimulis urentibus. Ord. nat.* 46. *Scabridæ.*

1095. URTICA *urens:* foliis oppositis ovalibus subquinquenervibus profunde serratis, amentis petiolo brevioribus, calyce pungente. *Linn. svec. n.* 862. *spec.*

pl. ed: Willden. 4. *p.* 352. *Sv. Bot. t.* 206. *Flor. Dan. t.* 739. *Wahlenb. lapp. n.* 462.

Hab. in cultis totius Sveciæ frequenter.

Radix annua et planta minor sequente circiter pedalis, tenerior, succosior, fere glaberrima, sed stimulis eo majoribus magis urentibus, unde Svecis *Etternässla.* Petioli longitudine foliorum. Amenta brevia, aestate diu florentia, viridia; flosculis masculis paucis; calycis feminei utrinque in dorso valvulae stimulo insigni.

1096. URTICA *dioica:* foliis oppositis cordatis quinquenervibus obtuse serratis, amentis ramosis petiolo longioribus, calyce lævi. *Linn. svec. n.* 863. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 352. *Sv. Bot. t.* 68. *Flor. Dan. t.* 746. *Wahlenb. lapp. n.* 465.

Hab. in cultis et ad domos rupesque per totam Sveciam frequenter.

Radix perennis repens et planta multiplo major, saepius tripedalis, pubescentiâ tenui cinerascens et ceteroquin stimulis minoribus, Svecis *Brännässla.* Amenta multo longiora, sed floribus minoribus laevibus, praecipue masculis minimis.

ORD. 5. PENTANDRIA.

375. XANTHIUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1426 *Juss. gen. p.* 213. *Gærtn. fr.* 2 *p.* 418. *t.* 164.

Masc. calyx polyphyllus multiflorus; flosculis tubulosis quinquefidis. Fem. calyx biflorus, demum receptaculo communi increscente in fructum birostrem oblongum extus muricatum intus bilocularem dispermum. — *Herbæ lappaceæ, foliis alternis subasperis, floribus inconspicuis axillaribus. Ord. nat.* 45. *Compositis a Capitatis et speciatim forsan Arctio proximum, sed versus Scabridas divergens.*

1097. XANTHIUM *strumarium:* caule inermi, foliis cordatis trinervatis, fructus aculeolis rectiusculis. *Linn. svec. n.* 864. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 373. *it. scan. p.* 171. *Flor. Dan. t.* 970. *Leche scan. p.* 18. *n.* 74. *Retz. oec. p.* 776. *Ahlquist Vet. Ac. Handl.* 1821. *p.* 304. *Fries phys. sällsk. årsb.* 1823. *p.* 88. 90.

Hab. ad vias in sterquiliniis prope extimos quosdam portus Scaniæ, ut ad Landskrona, ubi tamen jam evanescit ut antea ad Ystad et Lund, et Oelandiæ prope Färjestaden jam valde rarescens.

Radix annua. Herba divergenter ramosa, vix pede altior; foliis subtrilobis. Asperities in tota planta cinerascens, quae in calyce communi mutatur in aculeolos apice hamatos fere Lappae instar. Calyces feminei vel potius receptacula communia demum elongantur in fructus (strumas) fere fabae minoris magnitudine aculeolis tunc separatis obsitos. Hic fructus inter rostra sua omnino clausus, nec stigmata ibi emittens, sed intra apicem uniuscujusque folioli calycini convoluti. Semina potius in alveolos binos receptaculi communis posita quam intra calycem bivalvem, granis tritici majora, atra.

ORD. 6. POLYANDRIA.

576. CERATOPHYLLUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1439. *Juss. gen. p.* 23. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 212. *t.* 44.

Mas obsoletus apud nos vix visus (sed in australioribus aquis calyx dentibus pluribus foliorum factus: antheris sessilibus). Fem. Calyx hexaphyllus. Germen unicum; stylo aciculari. Semen nuculare adpressum; marginibus duobus plus minus evidentibus, versus basin dente utrinque elongato vel plus minus obsoleto præditis; nucleo varie inciso. — *Herba aquatica semper tota submersa articulata; foliis dichotome compositis; ramentis dentato-asperis. Ord. nat. incerta, fructu Najadi, foliatione Charis vel Equisetis tenuioribus similior.*

1098. CERATOPHYLLUM *demersum:* foliis dichotomo-bigeminis, fructibus apice cuspidatis basi bispinosis. *Linn. svec. n.* 866 *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 405. *am. ac.* 8. *p.* 44. *Engl. Bot.* 14. *t.* 947. *Fries halland. p.* 143. *Wahlb. gothob. p.* 85.

β. profundius submersum, tenuius, magis elongatum; fructu angustiore magis tereti deorsumque inermi. C. submersum *Retz. scand.* 2. *p.* 225.

Hab. in aquis lente fluentibus per canales urbium majorum pagorumque nec non prope freta la-

cuum adjacentium Sveciæ temperatioris a Scania ad Bahusiam passim, in Jönköping, Vestrogothiæ ad Lundby, Ostrogothiæ ad Sturefors, Sudermanniæ ad Åkerö, Stockholmiæ in Råsta-sjön fructificans (*Im. Billberg*), Medelpadiæ ad Sillånger.
Radix stolonibus suis perennare videtur. Caules fluctuantes filo parum crassiores, sursum versus aquae superficiem crebrius verticillatim foliosi et inde quasi caudati. Foliorum divisiones vix seta crassiores rigidulae, ad conjunctiones articulorum dentibus exasperatae. Fructificatio mascula polline pulveraceo destituta apud nos desiderata, et feminea quoque rarissima. Fructus foliis cauli adpressus, dentem marginalem acicularem inter lacinias foliorum utrinque exserens, qui in formis laxioribus evanescit. Magnitudo fructus seminis cannabini: spinis ipso non brevioribus, saltem in statu juniore et madido non pungentibus, sed flexilibus.

377. MYRIOPHYLLUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1440. *Juss. gen. p.* 23. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 331. *t.* 68.

Flores verticillorum superiorum magis masculi polyandrique, inferiorum interdum tetrandri, denique toti feminei. Calyx marium tetraphyllus; foliolis inæqualibus, rarius accedentibus nonnullis corollinis; femineorum obsoletior nunquam corollinus. Pistilla quatuor basi juncta; stylis nullis; stigmatibus pubescentibus. Semina nucularia quatuor supera. — *Herbæ aquaticæ radicibus perennibus, foliis verticillatis pectinatim in lacinias capillares edentulas sectis. Ord. nat.* 14. *Inundatæ.*

1099. MYRIOPHYLLUM *verticillatum:* floribus omnibus axillaribus; bracteis foliaceis pectinato-pinnatifidis. *Linn. svec. n.* 868. *mant. p.* 495. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 407. *am. ac.* 8. *p.* 104. *Flor. Dan.* 6. *t.* 1046. *Fries halland. p.* 144. *Wahlb. gothob. p.* 85. *Carls. strengn. p.* 53. *Wahlenb. ups. n.* 619.

Hab. in pratis paludosis limosis campestribus Sveciæ temperatioris, rarius per provincias interiores ut Vestrogothiæ paroecia Vånga in lacu Rödsjö, Ostrogothiæ in flumine Skenan prope Lindevad,

sed copiosius per regiones maritimas a Scania ad Bahusiam et Roslagiam.

Planta maximâ parte erecta stricta, crassior firmiorque sequente, tota praeter antheras laete viridis. Flores plerique inter folia, quamquam apex caulis interdum in formam subspicatam attenuatus. Fructus duplo majores magnitudine fere pisi minoris.

1100. MYRIOPHYLLUM *spicatum:* floribus masculis verticillato-spicatis ebracteatis, foliis omnibus pectinato-capillaceis. *Linn. svec. n.* 867. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 406. *it. vestrog. p.* 46. *Flor. Dan. t.* 681. *Wahlenb. lapp. n.* 464.

Hab. in aquis omnibus, sed grossius in mari proximisque stagnis a Scania ad Uplandiam, tenuius in aquis purioribus frigidioribusque usque ad lacum Enarensem Lapponiæ frequenter.

Planta laxa, vix folia ulla supra aquam attollens, coloris sordidioris vel in tenuioribus formis magis rufescentis. Spica sola aphylla supra aquam eminens, quasi pedunculo elevata. Flores feminei semper stigmatibus rubris insignes. Fructus minores et minus carnoso cortice praediti.

378. SAGITTARIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1441. *Juss. gen. p.* 52. *Gaertn. fr.* 2. *p.* 21. *t.* 84.

Flores sexu distincti in diversis verticillis. Calyx utriusque triphyllus, persistens; petalis tribus, calyce triplo majoribus, deciduis. Receptaculum globosum punctatum. Pistilla numerosissima radiata, extrorsum gibbosiora; stylis stigmatibusque brevibus excurvis. Semina utriculata introrsum extrorsumque margine alata. — *Herbæ aquaticæ quasi Alismam in Ord. nat.* 8. *Tripetaloidearum fructificatione numerosiore præditam referentes.*

1101. SAGITTARIA *sagittifolia:* scapo simplici, foliis lanceolatis acuminatis sagittatis: lobis rectis. *Linn. svec. n.* 869. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 408. *Sv. Bot. t.* 164. *Flor. Dan. t.* 172. *Wahlb. gothob. p.* 85. *Samzel. neric. p.* 67. *Wahlenb. ups. n.* 621. *Regensb. bot. Zeit.* 1821. *p.* 615.

β tenuior: floribus et præcipue fructibus minoribus, foliis linearibus: lobis posterioribus vel obtusis vel nullis.

Hab. in aquis magis limosis inprimis regionum campestrium a Scania ad Bahusiam, Nericiam et Uplandiam frequenter; dein vix nisi in fluviis maximis ut Klarelfven Vermlandiæ et variis fluminibus Norrlandiæ, ubi in *β* abit; denique in maritimis Vestrobottniæ ex. gr. ad Skellefteå, et Finmarkiæ maxime orientalis (quasi e Russia adjacenti) rarius.

Radix perennis, autumno tubera exserens. Folia omnia radicalia; extima saepe indivisa lanceolata; cetera sagittata, laciniis posterioribus longitudine reliqui folii; Svecis *Pilört* vel *Skäktegräs*. Scapus angulatus, valde spongiosus; verticillis trifloris; inferioribus femineis pedunculatis; superioribus masculis fere sessilibus. Flores aestivales; petalis albis, ad basin, ut fundus calycis et pistilla, atropurpureis. Fructus totus magnitudine nucis avellanae.

379. ALNUS.

Linn. gen. ed. 2. *p.* 855. *Decand. fl. fr. n.* 276. *Gartn. fr.* 2. *p.* 54. *t.* 90.

Amenta sexu distincta in eodem ramulo hyeme exserta. Mascula subimbricata: squamæ peltatæ squamulis ternis majoribus et totidem minoribus conflatæ, subtus divisæ in flosculos ternos quadripartitos tetrandros. — Feminea strobilacea; squamis persistentibus e basi angustata dilatatis in limbum quadrilobum; accedente lobo quinto infimo stigmatizante. Flosculi sub squama quaque bini: utroque stylis binis, semine aptero nucleum geminum continente. — *Arbores amentis etiam femineis pedunculo communi conjunctis, foliis initio conduplicatis.*

1102. ALNUS *glutinosa*: foliis subrotundo-cuneatis retusis repandis glutinosis: axillis venarum subtus barbatis, amentis cymoso-racemosis. *Linn. spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 334. *n.* 1. *α. am. ac.* 5. *p.* 196. *Sv. Bot. t.* 128. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 27. 30. 33. 34. *Hartman ib.* 1818. *p.* 123. 125. *Hisinger herjed. p.* 7. 49.

Betula Alnus *α* glutinosa *Linn. svec. n.* 861.

β. laciniata: foliis oblongis pinnatifidis: laciniis acutis. *Willden. l. c. Linn. it. vestrog. p.* 181. Betula laciniata *Thunb. diss. de Bet. p.* 10. *t.* 1. *f.* 1.

Hab. ad aquas Sveciæ minus frigidæ vulgaris a Scania ad Vermlandiam, Dalekarliam inferiorem et Helsingiam extimam ubique, sed dein tantum ad litora maris per Medelpadiam, nec ultra nisi ad exitum fluminis Angermanniæ; *β* rarius ad Löfnäs lacus Yngen Vermlandiæ ferrimontanæ.

Arbor mediae magnitudinis, torulosa, undique glabra inprimis foliis saturate viridibus glutinosis, Svecis *Grön-Al* vel *Klibb-Al*, aut prae sequente simpliciter *Al.* Inflorescentia longius et magis divergenter ramosa, unde subcymosa, eximie rubens ob materiem adstringentem in arbore tota abundantem.

1103. ALNUS *incana:* foliis oblongis acutis duplicato-serratis subtus canescentibus ad axillas venarum nudis, amentis spicatis. *Linn. spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 336. *n.* 3. *α. Sv. Bot. t.* 595. *Wahlenb. lapp. n.* 461. *Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 219. — 1811. *p.* 25. 29. *Hartman ib.* 1818. *p.* 124. (*Fries halland. p.* 156). *Forsander veg. scan. p.* 10. *Hisinger verml. p.* 12.

Betula Alnus *β* incana *Linn. svec. n.* 861. *it. vestrog. p.* 13. (*gotl. p.* 18. *scan. p.* 17). *amoen. ac.* 5. *p.* 196. *Næzén in Fant diss. de Ulricæhamn p.* 32.

β. pinnatifida: foliis pinnatifidis.

Betula pinnata *Lundmark Vet. Ac. Handl.* 1790. *p.* 130. *t.* 5. *Sv. Bot. l. c. f.* 2.

Hab. ad aquas, in locis declivibus Sveciæ frigidioris scil. Lapponiæ totius, Vestrobottniæ et Norrlandiæ omnis ubique copiosissime, dein sicciora loca magis adscendit in Svecia et præcipue Gothia altiore interioreque per Dalekarliam, Vestmanniam ferrimontanam trans Kolsvabruk, Vermlandiam consimilem usque infra Kroppa, Nericiam tum in sylva Kägla tum in occidentali parte trans Tivedеn, unde procedit per Ostro-

gothiam et Vestrogothiam præcipue prope lacum Vettern et ab altera parte ejusdem lacus per sylvam Hålveden inter Ostrogothiam et Smolandiam trans Jönköping copiose; alias Roslagiæ ad Börstel. *β* Vermlandiæ supremæ ad Lesjöfors.

Arbor minus torulosa plerumque etiam gracilior, per omnes partes praecipue folia canescens, unde Svecis *Hvit-al* vel *Grå-al*, Gothis *Ard* vel *Ärd*, indistinctius Smolandis *Arre*, Norrlandis *Alder* vel *Aller*, Vestrobotthis *Aulra*; ceterum siccior vel non glutinosa et hinc plerumque eo utilior. Inflorescentia ut reliquae partes magis elongata et hinc pedicelli lateralium amentorum fere nulli. Folia angustiora circiter sesquiunciam lata; interdum pubescentia sua canescente etiam subtus orbata et ejus loco quodammodo glaucescentia immo rarissime viridia, sed semper sine barba in axillis venarum. Interea praecedenti magis accedit quam quis facile crederet. — *β* omnibus partibus minor et fere morbosa.

580. BETULA.

Linn. gen. ed. 2 *n.* 856. *Decand. fl. fr. n.* 275. *Gärtn. fr.* 2. *p.* 53. *t.* 90.

Amenta sexu distincta e diversis gemmis solitaria. Mascula imbricata; squamæ intra se foventes squamulas binas accessorias et ternas corollinas staminibus circiter duodecim parum in phalanges separatis. Feminea quoque imbricata; squamis sursum dilatatis trilobis, trifloris, deciduis; seminibus alatis nucleo solitario. — *Arbores amentis femineis hyeme semper inclusis, masculis tunc nudis quamquam in specie altera vix exsertis, foliis initio imbricatis plicatulis.*

1104. BETULA *alba*: amentis masculis terminalibus pendulis, foliis deltoideis acutis inæqualiter serratis glabriusculis: petiolis pedunculo longioribus, amentorum squamis lobis lateralibus rotundatis longitudine seminum; intermedio iisdem longiore. *Linn. svec. n.* 859. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 462. *Sv. Bot. t.* 80. *Fl. Dan. t.* 1467. *Wahlenb. lapp. n.* 466.

β. pubescens: foliis magis subcordatis. *Wahlenb. ups. n.* 615.

γ. laciniata: foliis trifido-laciniatis: petiolis pedunculo triplo longioribus.
B. hybrida *Blom Vet. Ac. H.* 1786. *p.* 186. *t.* 6.
δ. intermedia: foliis subrotundis, amentis utriusque in apicibus diversorum ramulorum: squamarum lobis subæqualibus. *Hisinger norrig. p.* 67. 75. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 132. 148.

Hab. solo rupestri et lapidoso per totam Sveciam usque ad alpes lapponicas frequentissime. — β in paludosis provinciarum temperatiorum et sylvis adjacentibus passim. — γ in sylvis Sveciæ altioris raro, ut Dalecarliæ ad Lilla-Ornäs et Smolandiæ maxime septentrionalis paroecia Linderås prope Söreholm versus Brahälla (*Marklin*). — δ in alpinis ad limitem betulinum inprimis regionum australiorum frequenter.

Arbor junior gracilis, cortice niveo trunci valde insignis (Svecis *Björk*). Amenta mascula hyeme nuda cylindracea; feminea vero e gemmis exeunt foliis suis duobus tribusve semper multo breviora, gracilia; squamarum lobis duobus quasi ob semina late membranacea ad latera recurvis: tertio recto seminibus multo longiore. — Variat tamen eximie. β pubescentia et crassitie foliorum. γ ramis nimium pendulis filiformibus et inde foliis quasi pondere in lacinias extensis. δ maxime mira ad sequentem accedens brevitate trunci semiorgyali, foliis saepe semiuncialibus, pedunculis autem erectis longioribus, amentis subovalibus, seminibus anguste alatis.

1105. BETULA *nana:* amentis masculis lateralibus inferioribus erectis, foliis orbiculatis crenatis subtus reticulatis: petiolis pedunculo brevioribus, amentorum squamis lobis æqualibus acutis semen subæquantibus. *Linn. svec. n.* 860. *lapp. n.* 266. *t.* 6. *f.* 4. *amoen. ac.* 1. *p.* 336. 343. *t.* 1. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 465. *Sv. Bot. t.* 379. (ament. femin. tantum). *Flor. Dan. t.* 91. *Hagström jemtl. p.* 63. 64. (Wivang). *Wahlenb. lapp. n.* 467. *Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 219. — 1811. *p.* 27. *Hartm. ib.* 1818. *p.* 125. *Wahlb. gothob. p.* 84. *Fries halland. p.* 145. 156. *Forsand. veg. scan. p.* 10. *Linder viksb. p.* 5.

Hab. in paludibus frigidis alpium Lapponicarum et reliquæ Lapponiæ, totiusque Norrlandiæ descendens usque ad Hamrånger vulgatissime; dein per Dalekarliam adjacentemque regionem ferrimontanam Vestmanniæ prope Skinskatteberg, per Vermlandiam etiam ferrimontanam, Daliam altiorem, Vestrogothiam ex. gr. inter Stora Wânga et Algutstorp, ad Götheborg, nec non denique per Smolandiam occidentalem versus Hallandiæ limitem usque ad terminum superiorem Carpini frequenter, sed in eadem provincia orientem versus rarius usque ad Skatelöf et Lenhofda; nec dein nisi Sudermanniæ ad Acidulas Wiksberg raro.

Frutex unius alteriusve pedis altitudine, Dalecarlis *Fjell-rapa* (Norv. et Isl. *Rape*), Svecis Lapponiae *Rypris*, Jemtlandiae *Kårringris*, *Kållingris*, Vestrobottniae meridionalis *Klingris* (an ob folia quodammodo sonora), Vermlandiae *Vivang* (quo nomine Norvegi Sol. Dulcamaram indicant, alias *Vievendel*), Smolandiae *Långfredagsbjörk*. Folia plerumque digito minimo angustiora vel 5 lineas lata, paullum nitentia. Amenta feminea semper erecta, foliis aliquantum eminentia; seminifera fere ovata. Semina quoque ovata crassiori et angustiori alà inferne praedita simulque nitentia fere ut in Carice capitata, squamis suis non occultata. Amenta mascula in nudis ramulis infra feminas exeunt e gemmis propriis, quas totas replent fere ut in Carpino v. Myrica, semper erecta manent. Hic diversus exitus et situs Masculorum, flosculo tantum tetrando simplici praeditorum diversitatem genericam tamen efficere non valet, cum semen et tota fructificatio feminea omnino Betulae.

581. QUERCUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1447. *Juss. gen. p.* 450. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 182. *t.* 37.

Amenta sexu distincta, utraque filiformia: flosculis regularibus distinctis. Masculi calyces divisi in tot lacinias quot stamina. Feminei calyces obtusi squamis imbricatis minutis, quarum supremæ coalescentes in marginem sexfidum demum sub stylo trifido in apice nucis relictum. Nux inter apicem hunc coronatum

et basin cupuliformem integram abruptam calycis denudata unilocularis monosperma. — *Arbor amentis omnibus tenuibus vere exserendis, foliis subcoriaceis diutius persistentibus initio conduplicatis.*

1106. QUERCUS *Robur:* foliis annuis oblongis superne latioribus subsessilibus sinuatis; lobis obtusis, fructibus oblongis pedunculatis. *Linn. svec. n.* 870. *spec. pl. ed.* 2. *p.* 1414. *it. vestrog. p.* 14. *am. ac.* 5. *p.* 194. *Sv. Bot. t.* 73. *Flor. Dan.* 7. *t.* 1180. *Kalm bohusl. p.* 82. *Samzel. neric. p.* 67. *Wahlenb. ups. n.* 616. *Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 217. *Hartman ib.* 1818. *p.* 123.

β. sessiliflora: fructibus sessilibus ellipticis, foliis petiolatis longioribus crebrius (sex-) sinuatis. *Linn. svec. l. c. it. vestrog. p.* 214. *Retz. oec. p.* 570. *Fries halland. p.* 144. *Wahlb. gothob. p.* 84.

Hab. solo præcipue petroso Sveciæ temperatioris frequenter usque ad Bahusiam summam, Vermlandiam infimam ejusque paroeciam Gillberga et in Kummelön paroeciæ Ölmhärad, Nericiam planiorem circa Viby etc. Vestmanniam ejusque officinam Kolsva, Uplandiam et Gestriciam maritimam ad Avaån; *β* inprimis per provincias occidentales maritimas usque ad Hunneberg, rarissime in orientalibus Stockholmiæ.

Arbor maxima, longaeva, torulosa durissima, Sveois *Ek.* Folia exeunt serius quam in praecedentibus complicata; stipulis petiolo longioribus exaridis caducis. Amenta mascula e gemmis propriis inferiorioribus non foliiferis vel ex axillis infimis ramuli annotini, cujus in apice amenta feminea plerumque tantum triflora. Nux demum fere unciam longa Svecis *Ek-ållon.*

382. FAGUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1448. *Juss. gen. p.* 449. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 182. *t.* 37.

Amenta utraque subglobosa. Masculi calyces subsexfidi. Feminei flosculi laterales omnes abortientes; terminales duo maturescentes: Calyce communi a substantia totius amenti facto, demum quadrifariam dehiscente; proprio in summitate germinis minuto; stylis tribus

filiformibus. Nuces binæ triquetræ calyce communi grandefacto inclusæ, cotyledonibus plicatis repletæ. — *Arbor amentis pedunculatis inter folia initio imbricata plicatula.*

1107. FAGUS *sylvatica:* foliis ovalibus (glabris) nitidis superne obsoletius dentatis margine ciliatis. *Linn. svec. n.* 871. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 459. *it. scan. p.* 23.--407, (*gotl. p.* 26. 325). *vestrog. p.* 67. 108. 215. *Vet. Ac. Handl.* 1741. *p.* 208. *Sv. Bot. t.* 361. *Flor. Dan. t.* 1283. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 206. *Fries halland. p.* 3. 5. *Wahlb. gothob. p.* 84. *Kalm bohusl. p.* 221. 238. *Leche scan. p.* 28. *n.* 55. *Bjerkander Vet. Ac. H.* 1776. *p.* 81. *Næzén in Fant diss. de Ulricæhamn p.* 52. *Tiselii vettern. p.* 25.

Hab. solo præcipue rupestri provinciarum maxime meridionalium, scil. Scaniæ, Blekingiæ, Smolandiæ infra Mönsterås et lacum Helgasjö, Hallandiæ infra flumen Ätra frequenter; sed dein non nisi rarius Smolandiæ ad Ekesjö prope Qvensås, juxta Götheborg, Ulricæhamn, Hunneberg alibique Vestrogothiæ et in latere meridionali montis Omberg Ostrogothiæ copiose (nisi ibi forsan initio sata ut magis septentrionem versus).

Arbor nobis *Bok* dicta, inter frondosas maxime insignis trunco recto, altissimo, aequabili (sine rimis), albescente. Folia uncia latiora, magis coriacea quam in ceteris quare etiam sero admodum putrescunt et in terra vegetationem suffocant. Amenta plura ex eadem gemma inter folia erumpunt, exteriora et longiora mascula, interiora feminea, utraque piso vix majora, lutescentia. Fructus totus magnitudine nucis avellanae, sed nuces singulae plus quam duplo minores, laevissimae, australioribus Svecis *Skafvel.*

383. CARPINUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1449. *Juss. gen. p.* 449. *Gærtn. fr.* 2 *p.* 52. *t.* 89.

Amenta utraque elongata squarrosa; squamis cordatis flore longioribus. Feminei squamæ bifloræ; calyce proprio dimidiato. Stigmata duo setacea. Nux apice denticulata, costata, ossea, nuda in fundo calycis aperti

grandefacti. — *Arbuscula amentis masculis sessilibus e propria gemma sine foliis fulcrantibus, foliis initio imbricatis plicatulis.*

1108. CARPINUS *Betulus*: strobilorum calycibus tripartitis; laciniis subintegerrimis lanceolatis: intermedia elongata. *Linn. svec. n.* 872. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 467. *it. scan. p.* 46. - - 346. (*gotl. p.* 316). *am. ac.* 5. *p.* 195. *Flor. Dan. t.* 1345. *Sv. Bot. t.* 433. fem. *Leche scan. p.* 18. *n.* 76. *Fries halland. p.* 145. 4. *Osbeck götheb. handl.* 4. *p.* 27. *Åhstrand oel. p.* 104. *Aspegren bleking. p.* 69.

Hab. in pratis sylvestribus Scaniæ, Blekingiæ, Smolandiæ maxime meridionalis usque ad Stenbrohult et Vexiö Hallandiæque conterminæ infra flumen Laga, nec non Oelandiæ mediæ ad Weby paroeciæ Högsrum (quamquam minima).

Arbor minoris altitudinis torulosa nostris *Afvenbok* rusticis contracte *Ann-bok* (Danis *Avn-bög, Haven-bög*, quod significat Fagum sepimentis vivis idoneam) vel ob lignum album durum operariis *Hvitbok.* Folia ovata grosse duplicato-serrata, biuncialis latitudiuis. Amenta masc. ante folia, digiti minoris magnitudine; squamis apice rufescentibus. Nuces piso minores, sed calycis ejusdem lacinia media ultra unciam longa.

384. CORYLUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1450. *Juss. gen. p.* 450. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 52. *t.* 89.

Mascula amenta hyemalia cylindrica imbricata; squamis calycinis hirsutis includentibus squamulas corollinas binas staminaque circiter octo. Feminei flores e diversa gemma erumpentes aggregati; squamis bifloris undulatis; flore utroque stylos binos gerente, demum fructificante intra calycem vel conceptaculum proprium bilabiatum lacerum. Nux unilocularis monosperma; putamine compressiusculo subbivalvi. — *Arbuscula amentis masculis in pedunculo communi connexis* (*ut in Alno*), *foliis initio oblique conduplicatis plicatulisque.*

1109. CORYLUS *Avellana*: stipulis oblongis obtusis, calycibus fructus campanulatis superne patulis la-

cero-dentatis, foliis subrotundo-cordatis acuminatis. *Linn. svec. n.* 873. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 470. *α. Sv. Bot. t.* 139. *Flor. Dan.* 9. *t.* 1468. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 218. — 1811. *p.* 27. 35. *Hülphers medelp. p.* 104. *Hisinger verml. p.* 10.

Hab. solo præcipue petroso Sveciæ temperatioris et mediæ usque ad Stafnäs et Kroppa Vermlandiæ, Skinskatteberg Vestmanniæ ferrimontanæ et Gestriciæ limitem septentrionalem, ita tamen ut ante hunc terminum rarescat; äere autem marino favente aliquando procedit usque ad exitum fluminis Angermanniæ, nec in Nordlandia meridionali Norvegiæ abest. (Wahlenb. lapp. p. 255).

Arbuscula circiter biorgyalis; ramulis hirtellis. Amenta mascula omnium maxime praecocia, ante mensem germinationis pollen spargentia supra stigmata rubra e diversis gemmis fasciculatim erumpentia. Folia stipulis binis inferne subrotundis fulcrata, duplicato-serrata. Inflorescentia feminea aggregata in globulum; squamis stylo vix unquam longioribus; germinibus lateralibus abortientibus, superstitibus circiter quatuor terminalibus adolescentibus in nuces calycibus magnis circumdatas (Svecis *Hasselnötter*).

ORD. 7. MONADELPHIA.

385. PINUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1456. *Juss. gen. p.* 454. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 59. *t.* 91.

Coni sexu distincti in diversis ramulis. Masculi antheris numerosis bilocularibus, squamula sursum se invicem initio tegentibus. Feminei quoque imbricati; squamis exterioribus bracteantibus, interioribus fructificantibus supra basin foventibus semina bina alata. — *Arbores Ord. nat.* 48. *Coniferarum, foliis aciformibus.* 1) *Pinus p. s. d. squamis coni fructificantibus apice stigmatizante compresso dein connatis, foliis fasciculatis e vaginulis sparsis.* 2) *Abies squamis coni etiam apice planis semper liberis, foliis solitariis.*

1110. PINUS *sylvestris:* foliis geminis rigidis fructum æquantibus, strobilis oblongatis pedicellatis recur-

vatis: squamarum mucrone centrali subdeflexo. *Linn. svec. n.* 874. *spec. pl. ed. Willd.* 4 *p.* 494. *Sv. Bot. t.* 91. *Wahlenb. lapp. n.* 468. *ups. n.* 622. *Hisinger jemtl. p.* 73. *herjed. p.* 48. *dal. p.* 22.

Hab. solo magis arenoso sicco per totam Sveciam usque ad regiones subalpinas Lapponiæ frequenter.

Arbor apud nos altissima *Fura* dicta vel paullo minor plerumque *Tall.* Conuli masculi partem inferiorem turionum undique tegentes; feminei in apice turionum aliorum primum erecti et semine Cannabis vix majores; squamis bracteantibus inter fructificantes rubras conspicuis. Postea non maturantur Coni et semina spargunt ante initium tertii anni.

1111 PINUS *Abies:* foliis solitariis subtetragonis acutiusculis lævibus, strobilis demum pendulis subcylindricis: squamis explanatis erosisque. *Linn. svec. n.* 875. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 506. *Sv. Bot. t.* 217. *Fl. Dan. t.* 193. *Forsand. veg. scan. p.* 14. *Wahlenb. lapp. n.* 469.

Abies excelsa *Decand. fl. fr. n.* 2062.

β. viminalis: ramis teretibus simpliciusculis pendentibus. *Alström Vet. Ac. Handl.* 1777. *p.* 310-317. *t.* 8 9. *Hartman ib.* 1818. *p.* 126. (P. hybrida). *Linn. svec. p.* 344. *it. gotl. p.* 324. *Carls. strengn. p.* 55. *Fischerström mål. p.* 247.

Hab. solo aliquantum humidiore totius Sveciæ a Scania superiore interioreque usque ad regiones subsylvaticas Lapponiæ frequenter, *β* rarius a Südermannia et Smolandia prope Matkulla usque ad Östmark Vermlandiæ supremæ, Elfdalen Dalecarliæ et Undersvik Helsingiæ.

Arbor in cacumen excelsum se attollens nobis semper *Gran.* Conuli omnes e propriis gemmis singuli colore purpureo fulgentes; feminei florentes erecti; squamis fructificantibus tunc recurvatis bracteantes occultantibus. Coni seminiferi eodem anno maturantur maximi saepe spithamam longi.

ORD. 8. SYNGENESIA.

386. BRYONIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1480. *Juss. gen. p.* 433. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 46. *t.* 88.

Utriusque sexus Calyx campanulatus quinquedentatus;

Corolla campanulato-rotata, quinquepartita. Filamenta tria, sed antheræ quinque: duabus in quoque filamento. Stylus trifidus. Bacca infera: seminibus circiter senis. — *Herba volubilis cirrhis caulinis scandens, foliis lobatis alternis. Ord. nat.* 39. *Cucurbitaceæ.*

1112. BRYONIA *alba:* foliis cordatis quinquelobis dentatis calloso-punctatis scabris, inflorescentia sexu distincta racemosa longitudine foliorum. *Linn. svec. n.* 876. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 621. *it. scan. p.* 112. *oel. p.* 60. *Sv. Bot. t.* 105. *Flor. Dan. t.* 813. *Leche scan. p.* 19. *n.* 77. *Fries halland. p.* 143. *Carls. strengn. p.* 54. *Wahlenb. ups. n.* 624.

Hab. ad sepes et ruderata prope urbes pagosque majores Sveciæ magis temperatæ exterioris præcipue orientalis, ut Scaniæ passim, Hallandiæ, Gotlandiæ ad Wisby, Oelandiæ, Ostrogothiæ, ad Mälaren Uplandiæ etc. rarius ex. gr. prope Skokloster.

Radix magna saepe brachii crassitie alba, Svecis *Hundrofva* vel Empiricis *Qvesrot.* Herba ultra orgyam scandit cirrhis oppositifoliis Svecis nonnullis *Hålgerefva.* Folia interdum palmam magna. Flores lutescentes obscurius reticulati; feminei in diversis racemis dimidio minores baccis angustiores. Baccae demum nigrescunt piso non majores. — Flores apud nos saepe in caule toto tantum masculi, tamen bene distingvenda a *B. dioica* vera, cujus inflorescentia saltem feminea subumbellata petiolis brevior, flores fere albi, folia brevius et latius lobata, baccae minores rubrae.

CLASSIS XXII.

DIOECIA.

CONSPECTUS.

1. ORD. DIANDRIA.

Feminæ spatha tubulosa uniflora: limbo bifido - .. 387. VALLISNERIA
Amenta utraque. Filamenta 1-5 stricta. Capsula seminib. crinitis 388. SALIX

2. ORD. TRIANDRIA.

Calyx triphyll. persistens. Corolla tripet. marcesc. Bacca 389. EMPETRUM

3. ORD. TETRANDRIA.

Calyx margine integro. Corolla tetrapetala. Bacca monosperma 390. VISCUM
bipartitus. Corolla nulla. Bacca monosperma supera 391. HIPPOPHAË

4. ORD. PENTANDRIA.

Feminæ strobilus conceptaculis unifol. sem. solitar. foventib. 392. HUMULUS

5. ORD. OCTANDRIA.

Amenta utraque. Drupa monosperma - - - - - - - 393. MYRICA
Capsula bivalvis polysp.: seminibus crinitis 394. POPULUS
Calyx quadripartitus. Petala quatuor. Caps. 4 intus dehisc. 395. RHODIOLA

6. ORD. ENNEANDRIA.

Corolla nulla. Capsula dicocca disperma - - - - 396. MERCURIALIS
tripetala. Capsula coriacea rotundata polysp. 397. HYDROCHARIS

7. ORD. DODECANDRIA.

Corolla tripetala. Bacca hexagona sexlocularis - - 398. STRATIOTES

8. ORD. MONADELPHIA.

Conuli masculi. Bacca trisperma - - - - - - - - 399. JUNIPERUS
Nux circa basin calyce baccato cupulari - - 400. TAXUS

ORD. I. DIANDRIA.

587. VALLISNERIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1491. *Juss. gen. p.* 75.

(Mas apud nos non observatus: spatha 2-4-partita; spadix in scapo brevi terminalis conicus; flosculis sessilibus tripartitis). Fem. Spatha in scapo (spirali longo) unica, longe tubulosa, uniflora; limbo bifido. Calyx intra spatham etiam longe tubulosus; limbo tripartito: laciniis ovatis. Petala tria linearia laciniis calycinis interjecta. Germen inferum (inter spatham et calycem); stylus nullus; stigmata tria semibifida, cum cuspidibus interjectis. Capsula cylindrica apice tridentata, unilocularis, polysperma, ad parietes seminifera. — *Herba submersa, foliis radicalibus gramineis. Ord. nat.* 8. *Tripetaloideæ Stratioti proxime affinis.*

1113. VALLISNERIA *spiralis:* foliis basi attenuatis; pedunculo (masculo recto) femineo spirali multoties longiore. *Linn. spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 650.

Mich. gen. t. 10. *f.* 1. 2. *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 232. *oec. p.* 760. *Afzelius Vet. Ac. Handl.* 1787. *p.* 253. *Regensb. bot. Zeit.* 1820. *p* 727.
Hab. in aquis Vestrogothiæ infra Alingsås ad Nordhaga et in lacu Säfvelången, ubi floribus femineis lecta est, sed in Lillsjö supra Hunneberg tantum sterilis.

Radix perennis, fibrosa, sed stolonibus longis radicantibus. Folia omnia radicalia, linearia, superne aliquantum latiora, latitudine circiter trium linearum, versus apicem rotundatum eximie denticulato-spinulosa (fere ut in Stratiote aloide), trinervia, sed inter nervos non nisi tenuiter cellularia (nec tam grosse reticulata ac in petiolis etc. Sagittariae). Scapus femineus saepe bipedalis, filo tenuior. Spatha feminea fere semiunciam longa viridis.

388. SALIX.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1493. *Juss. gen. p.* 448. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 55. *t.* 90.

Amenta utraque subcylindrica, imbricata; squamis rachi adnatis lanceolatis, planis, unifloris: nectario glandulari parvo: genitalibus strictis exsertis. Stamina erecta, plerumque duo; rarius usque ad quinque (in magis æstivali n. 1114.), rarissime per connectionem tantum unicum (in n. 1125). Germen conoideum; stylo plerumque inconspicuo; stigmatibus duobus simplicibus divisisve. Capsula bivalvis unilocularis; seminibus numerosis erectis apice crinitis. — *Arbores aut plerumque frutices, foliis sublanceolatis initio simpliciter imbricatis, rarius margine revolutis n.* 1226-1228. *Difficilius dispescuntur secundum* 1) *germina sessilia* a) *glabra n.* 1114-1118. b) *pubescentia n.* 1119-1128. 2) *pedicellata* a) *glabra n.* 1129-1133. b) *pubescentia n.* 1134-1141.

1114. SALIX *pentandra:* germinibus sessilibus glaberrimis rostatis; squamis deciduis, amento foliis stipato pentandro, foliis oblongo-lanceolatis glanduloso-serratis glaberrimis. *Linn. svec. n.* 879. *lapp. n.* 370. *t.* 8. *f. Z. spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 658. *it. scan. p.* 4. 293. *gotl. p.* 13. *vestrog. p.* 3. 131. 262. *Sv. Bot. t.* 325. *Fl. Dan.* 6. *t.* 943. *Wah-*

lenb. lapp. n. 470. *Fries halland. p.* 146. *Retz. oec. p.* 639.

Hab. in paludosis et aquosis sylvaticis, maxime arborea in septentrionalibus montosis regionibus usque a Enareträsk Lapponiæ, minor fruticosa in meridionalioribus campestribus usque ad Scaniam frequenter.

Arbor vel arbuscula initio ceteris magis flavescens et glutinosa, dein nitida, Svecis *Hjolster, Hjelster, Hilster, Ilster* (rarius *Juster, Halster* etc.). Nec tam praecoce floret, sed amenta prodeunt cum foliis, quorum circiter tria ceteris demum vix minora in ipso pedunculo. Squamae hirsutae.

1115. SALIX *fragilis:* germinibus subsessilibus glaberrimis rostellatis; squamis deciduis longitudine germinum, foliis lanceolatis acuminatis serratis subtus glaucescentibus primumque subsericeis. *Linn. svec. n.* 885. *spec. pl. ed.* 2. *p.* 1443. *it. scan. p.* 200. *gotl. p.* 12. *Sv. Bot.* 373. *Wahlenb. Vet. Ac. H.* 1809. *p.* 217.
S. pendula *Sering. sal. helv. p.* 79.
S. decipiens *Hoffm. sal.* 2. *p.* 9. *t.* 31.
β. foliis magis glaucis, ramis flexilibus, germinibus minus acutis. S. Russeliana *Smith brit. p.* 1045. *Willden. spec.* 4. *p.* 656. *Regensb. bot. Zeit.* 1820. *p.* 305.

Hab. locis aquosis magis campestribus a Scania ad Vermlandiam inferiorem, Dalekarliam prope Fahlun, et Gestriciam passim.

Arbor mediae magnitudinis; ramis praecipue dum detonsa fuerit ad genicula annotina fragilibus, crassiusculis, eximie viridibus, unde Svecis *Grön-pil.* Amenta pedunculata digiti longitudine et pendula. Folia quoque magna, saepe ultra unciam lata.

1116. SALIX *alba:* germinibus subsessilibus glaberrimis obtusis: stigmatibus sessilibus, squamis deciduis longitudine germinum, foliis lanceolatis acuminatis serrulatis utrinque albo-sericeis. *Linn. svec. n.* 905. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 710. *it. scan. p.* 106.

200*. 207. 300. 307. *Hoffm. sal.* 1. *p.* 41. *t.* 7. 8. *et* 24. *f.* 3. *Sering. sal. helv. p.* 82.

β. virescens. *Sv. Bot. t.* 523.

γ. viridis: tota glabra viridis.
S. viridis *Fries nov. p.* 120.

Hab. ad pagos urbesque in provinciis extimis formationum juniorum, ut Scaniæ passim, Oelandiæ ad Södvik, Gotlandiæ ad Klinta etc.; sed *β* altius reperitur per Hallandiam aliasque provincias maritimas usque ad Stockholmiam (ubi tamen certe adventitia); *γ* in Scania.

Arbor magna; ramis erectioribus magis coloratis, nec fragilibus ut in praecedente, cui proxime affinis. Amenta minora foliis fulcrantibus saepe breviora. Folia angustiora vix octo lineas lata, minus conspicue serrata. Capsulae sesquilinea vix longiores, saturatius virides. Pubescentia sericea nitens foliorum tam insignis, ut inde nomen speciei quod Svecice *Hvitpil*, tamen interdum evanescit adeo ut *γ* viridis omnino oriatur.

1117. SALIX *lanata*: germinibus sessilibus compressis glaberrimis rostratis, amentis sessilibus aureo-hirsutissimis, foliis ovalibus subintegris lanatis. *Linn. svec. n.* 892. *lapp. n.* 368. *t.* 7. *f.* 7. *et t.* 8. *f.* X. *Wahlenb. lapp. n.* 471. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 104. — 1818. *p.* 140.

β. glabrescens: foliis subnudis.
S. chrysanthos *Vahl Flor. Dan.* 6. *t.* 1057.

γ. glandulosa: foliis subnudis glanduloso-dentatis sublanceolatis. *Wahlenb. lapp. t.* 16. *f.* 1.

* depolita: pilis aureis fere destituta, foliis integerrimis.
S. depressa *Linn. svec. n.* 899. *lapp. n.* 361. *t.* 8. *f. n.*

Hab. (maxime chrysocoma simulque glanduloso serrata, sed sæpius angustifolia) in irrigatis alpium maritimarum Finmarkiæ Nordlandiæque frequenter; dein (magis latifolia et lanata) per totum alpium Lapponicarum jugum ad terminum Betulæ copiose; denique vero * depolita infra alpes Jemtlandiæ similiumque regionum rarius (ubi S. hastatæ interdum non dissimilis).

Frutex torulosus magnitudine varians plerumque quinque pedalis, sed infra alpes interdum plus quam orgyalis, in ipsis alpibus nonnullas pedes tantum altus; ramulis plus minus hirtis, fuscis. Florens et frondescens in alpinis locis totus aureo-splendens fulgidissima omnium Salicum; in inferalpinis pili aurei minus copiosi. Amenta fere semper sessilia et bracteis orbata terminalia, digitum crassa longaque. Capsulae inter villos aureos primum occultatae, demum maximae omnium circiter quinque lineas longae. Folia varia plerumque ultra uniam lata.

1118. SALIX *herbacea:* germinibus sessilibus glabris rostratis, amentis paucifloris, foliis orbiculatis utrinque retusis serratis glabris. *Linn. svec. n.* 887. *lapp. n.* 355. *t.* 7. *f.* 3. 4. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p* 682. *Wahlenb. lapp. n.* 472. *Sv. Bot. t.* 567. *Flor. Dan. t.* 117. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 104. — 1818. *p.* 132. 149. *Hisinger herjed. p.* 46. 52. 54.

Hab. locis duris apricis alpium altiorum a Lapponia summa usque ad Herjedalen ubique.

Fruticulus minimus, totus terrae semper adpressus, plerumque spithamam non longus, ramulis suis frondosis herbam referens. Folia circiter semiunciam lata, nitida, elevato-venosa. Pedunculi amentorum foliis duobus stipati. Amenta tota rubicunda circiter decemflora. Capsulae rubrae plus quam tres lineas longae.

1119. SALIX *polaris:* germinibus sessilibus tomentosis rostratis, amentis paucifloris, foliis obovatis obtusissimis subintegerrimis glabris, caule subfiliformi. *Wahlenb. lapp. n.* 473. *t.* 13. *f.* 1. *Sv. Bot. t.* 393. *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1822. *p.* 342. *Hartman ib.* 1814. *p.* 107. — 1818. *p.* 155. 156.

S. herbacea var. *Liljebl. Vet. Ac. H.* 1793. *p.* 207.

Hab. locis magis irrigatis Sphagno repletis in alpibus elatis mari propioribus rarius, ut Finmarkiæ maxime orientalis in Rastekaisse, ad lacum Tornensem, ad Kirkivare alpium Lulensium, in Snasahögen Jemtlandiæ.

Praecedente tenuior, fere tota sub terra repens: ramis valde flexuosis et flexilibus, undique radicantibus et solis apicibus paucifoliis et paucifloris emergentibus. Folia vix quatuor lineis latiora. Pedunculi amentorum cum squamis fusci. Capsulae initio albo-tomentosae, demum cinereo-fuscae quatuor lineas longae.

1120 SALIX *reticulata:* germinibus sessilibus villosis: stigmate sessili, foliis elliptico-subrotundis integerrimis glabriusculis subtus glaucis reticulatis. *Linn. svec. n.* 888. *lapp. n.* 359. *t.* 7. *f.* 1. 2. *et t.* 8. *f. l. spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 685. *Sv. Bot. t.* 529. *Flor. Dan. t.* 212. *Wahlenb. lapp. n.* 474. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 104. 105. — 1818. *p.* 135. *Hisinger herjed. p.* 46. 52.

Hab. in rupibus locisque aliis madidis per alpes omnes altiores s. nivales a Lapponia summa usque ad Herjedalen frequenter.

Fruticulus praecedentibus duobus duplo triplove tantum major, etiam totus depressus et repens, pennam gallinaceam crassus, non parum violacei coloris. Folia plerumque semiunciam sed interdum unciam omnino lata, magis coriacea, supra fere glabra, subtus initio lanuginosa demum glabrata glauca; venis subviolaceis maxime elevatis. Amenta multiflora semiunciam longa. Capsulae minores duabus lineis parum longiores.

1121. SALIX *myrsinites:* germinibus subsessilibus villosulis subrostratis, foliis ovalibus acutis serratis venosis demum glabriusculis nitidis. *Linn. svec. n.* 885. *lapp. n.* 353. *t.* 7. *f.* 6. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 678. *Flor. Dan.* 6. *t.* 1054. *Wahlenb. lapp. n.* 475. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 128. *Hisinger herjed. p.* 52.

S. arbutifolia *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 682. *Sering sal. helv. p.* 44.

Hab. locis subpaludosis per omnes alpes altiores a Lapponia summa usque ad Herjedalen frequentissime.

Frutex plerumque pedalis vel paullo ultra, cum Vaccinio Myrtillo bene comparatus, quamvis obscurioris colo-

ris, praecipue ramis fusco-nigrescentibus. Folia semiuncia vix latiora, valde obliqua, rigidiuscula, per hyemem plerumque persistentia quamquam emarcida. Amenta valde fusca. Capsulae fere quatuor lineas longae.

1122. SALIX *arbuscula:* germinibus subsessilibus hirsutis acuminatis rostratis, foliis lanceolatis serratis glabris subtus glaucescentibus. *Linn. svec. n.* 886. α. *lapp. n.* 352. *t.* 8. *fig. e. Wahlenb. lapp. n.* 476. *t.* 16. *f.* 2. *Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 37. *Hartm. ib.* 1814. *p.* 100. *Hisinger herjed. p.* 50.

Hab. locis sicciusculis apricis per regiones subalpinas et subsylvaticas a Lapponia summa usque ad Herjedalen frequenter; etiam Vestrobottniæ passim et ad Oresjö Dalecarliæ rarius.

Frutex saepius nonnullorum pedum altitudinis, sed interdum orgyalis, ob ramos superne sensim divergentes eximie arbusculae-formis; ramulis glaberrimis. Folia dilutius vel lutescente viridia, semiuncia non latiora. Pedunculi amentorum breves, foliolis duplo minoribus praediti. Squamae germinibus saltem duplo breviores, pilis longioribus obsitae.

1123. SALIX *glauca:* germinibus sessilibus tomentosis obtusis; stigmatibus sessilibus, amento foliis stipato. foliis lanceolato-ellipticis obtusis integerrimis subtus glauco-canescentibus. *Linn. svec. n.* 890. *lapp. n.* 363. *t.* 7. *fig.* 5. *et t.* 8. *fig. p. Wahlenb. lapp. n.* 477. *t.* 16. *f.* 3. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 132 *Hisinger herjed. p.* 54. *dal. p.* 23. *Sering sal. helv. p.* 30.

β. lapponum: foliis cinereo-tomentosis acuminatis. S. lapponum *Linn. svec. n.* 893. *lapp. n.* 366. *t.* 8. *fig. t. Flor. Dan. t.* 1058.

γ. appendiculata: foliis subovalibus stipulatis. *Vahl Flor. Dan. t.* 1056.

Hab. locis subpaludosis tum in alpibus tum in sylvaticis Lapponiarum omnium et provinciarum consimilium usque ad Skellefteå Vestrobottniæ, Bjerträ Angermanniæ et Hede Dalekarliæ superioris frequenter; β in alpibus altioribus Lapponicis passim; γ in alpinis maritimis Finmarkiæ.

Frutex utplurimum orgyalis, sed valde varians. Rami post annum nigrescentes, nitidi. Folia saepe fere unciam lata, plana, supra cinereo-virentia, subtus non tantum ob pilos adpressos canescentia, sed ipsa pagina albentia. Pedunculi amentorum plus quam unciam longi, foliis ceterorum magnitudine praediti. Antherae et stigmata cito fuscescunt. Capsulae semper dense albo-tomentosae, quatuor lineas longae.

1124. SALIX *limosa:* germinibus sessilibus tomentosis acuminatis rostratis, amentis sessilibus ebracteatis argenteo-hirsutissimis, foliis lanceolatis acuminatis integerrimis rugosis subtus tomentosis. *Wahlenb. lapp. n.* 478. *t.* 16. *f.* 4. *Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 36 *et tab.* (S. arenaria). *Hartm. ib.* 1818. *p.* 124. 127. *Linn. lapp. n.* 362. *t.* 8. *figg. o. q.* (*Zetterstedt res.* 1. *p.* 11).

S. lapponum *Ehrh. ups. in beitr.* 5. *p.* 28.

S. nivea *Sering sal. helv. p.* 51.

Hab. in paludibus limosis profundis totius Norrlandiæ frequentissime, unde adscendit usque in subalpina loca Lapponiæ etiam ultimæ juxta Russiam, nec non descendit per Dalekarliam ad Vermlandiam superiorem et per Gestriciam usque ad Upsaliam rarius ex. gr. prope Börjesjö; (Ostrogothiæ in Omberg an fructificans?)

Frutex plerumque orgyalis; ramis saepius nigrescentibus. Amenta valde praecocia omnino sessilia; pilis squamarum argenteo-nitentibus stylos et filamenta fere aequantibus. Capsulae cum stylis quinque lineas longae, minus albae. Folia semiuncia parum latiora, subtus constanter niveo-tomentosa.

1125. SALIX *purpurea:* germinibus sessilibus tomentosis obtusis; stigmate sessili, foliis lanceolato-linearibus serrulatis glabris subtus glaucis. *Linn. svec. n.* 884. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 672. *it. scan. p.* 252. 310. 352. 359. *Sv. Bot. t.* 589. *Retz. oec. p.* 641. *Fries halland. p.* 146.

S. monandra *Hoffm. sal. p.* 18. *t.* 1. *f.* 1. 2. 3. *et t.* 5. *f.* 1. *ac t.* 23. *f.* 1. *Sering sal. helv. p.* 5. *Regensb. bot. Zeit.* 1820. *p.* 297.

Hab. locis humidis ad pagos Scaniæ, Hallandiæ aliarumque provinciarum maxime meridionalium et exteriorum passim, sed adventitia videtur.

Frutex vix orgyalis totus vimineus; ramis praecipue vere purpurascentibus, Svecis *Rôd-vide.* Amenta ex minoribus uncia parum longiora, germinibus albidis inter squamas purpurascentes variegata. Folia circiter quatuor lineas lata, supra nitentia. Flores monandri.

1126. SALIX *mollissima:* germinibus subsessilibus tomentosis styloque elongato fisso, squamarum pilis stigmata excedentibus, foliis linearibus subtus sericeis demum glabratis concoloribus integerrimis. *Ehrh. beitr.* 6. *p.* 101. *Willden. spec.* 4. *p* 707. *Wahlenb. carp. p.* 317. *Fries nov. p.* 120. *Sering sal. helv. p.* 34.

Hab. ad fossas et sepes Scaniæ exterioris rarius ex. gr. in Kannikmarken inter Önnarp et Höjeå infra Lund, ut videtur indigena.

Frutex ramis et foliis longis S. viminali quodammodo similis, sed ceterum diversissimus etiam colore omnium partium rufescente. Amenta omnium mollissima praecipue pilis longis squamarum. Folia demum plus quam quatuor uncias longa et semiunciam lata, nitida (neutiquam rugosa).

1127. SALIX *lanceolata:* germinibus sessilibus tomentosis: stylo stigmatibusque fissis exsertis, foliis lineari-lanceolatis subtus sericeis undulato-crenatis. *Sering sal. helv. p.* 37. *t.* 1. *Fries nov. p.* 121. *halland. p.* 147.

S. mollissima *Smith fl. brit.* 3. *p.* 1070.

S. Smithiana *Willd. en. hort. ber. p.* 1008. *Link en. hort. ber.* 2. *p.* 417.

S. mollissima *β* Smithiana *Koch in Regensb. bot. Zeit.* 1820. *p.* 276-280.

S. viminalis *β* grandifolia *Retz. oec. p.* 644.

Hab. in Scania, Hallandia alibique quasi spontanea, sed initio adventitia, quod etiam testatur nomen svecicum *Holländsk Bandpil.*

Arbor quoque, aliquantum minus viminalis et tenera quam insequens. Folia digitum medium lata.

1128. SALIX *viminalis:* germinibus sessilibus tomentosis; stylo stigmateque fisso, foliis linearibus longissimis subtus sericeis. *Linn. svec. n.* 901. *it. scan. p.* 150. 162. *Sv. Bot. t.* 211. *Sering sal. helv. p.* 35. *Wahlb. gothob. p.* 86.

Hab. ad pagos Scaniæ occidentalis adjacentisque Hallandiæ, Gothoburgi ad Säveån alibique, sed ut videtur adventitia.

Arbor interdum satis magna, tota pallida, sed ramis suis eximie vimineis ad opera contexta optimis maxime insignis Svecis *Tysk-korg-pil.* Amenta ejus minus conspicua apud nos quoque rariora, vix ramo adjacenti duplo crassiora. Folia omnium in toto genere longissima, saepe spithamam longa, initio undique marginibus revolutis.

1129. SALIX *amygdalina:* germinibus pedicellatis glaberrimis obtusis: stigmate sessili, squamis pedicello demum brevioribus, foliis lanceolatis acute serratis glabris subtus glaucis (stipulis trapeziformibus). *Linn. svec. n.* 881. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 656. *Gmel. sib.* 1. *p.* 155. *n.* 9. *t.* 54. *f.* 3 *et a. Kalm bohusl. p.* 139.

S. triandra *Sering sal. helv. p.* 75. *Regensb. bot. Zeit.* 1820. *p.* 508. *Hoffm. sal. p.* 45. *t.* 9 *et* 10. *ac t.* 23. *f.* 2. (*Fries hall. p.* 130. *Retz. oec. p.* 643).

Hab. in ripis sabulosis glareosisve sæpe mutatis fluminum majorum ex alpibus venientium, ubi convalles latiores minus frigidas attingunt, ut ad flumen Angermanniæ inter Sollefteå et Bota frequenter (cum Tamarice), indeque passim ad Sillånger Medelpadiæ, ad flumen Dalecarlicum medium inter Husby et Domnare paroeciæ Tuna vix minus copiose, juxta flumen Klarelfven Vermlandiæ saltem in paroecia Öfra-Ullerud frequenter nec non ad Göthaelf in Gammelstads holme supra Götheborg, [an inde etiam in Väröarna (*Kalm*) usque ad Scaniam (*Retzius*), incertum videtur.]

Arbuscula (saltem in Angermannia) plus quam orgyalis, pulcherrima nostrarum salicum, omnimodo digna quae Amygdalo comparetur. Truncus digito crassior; ramis pallidis saporis et odoris rosacei vel forsan potius amygdalini (Svecis

Mandelpil), nec adstringentis ut in salicibus plerisque, unde forsan succedaneum optimum Cinchonae? Folia interdum plus quam pollicem lata, supra nitentia, subtus glaucescentia; sed neutiquam ob pilos ullos, verum propter glandulas albescentes inter venas obscuriores, unde etiam color glaucus facile imminuto halitu glandium in laete viridem mutatur. Amenta tota glaberrima (fere ut in sequente specie), exsiccatione caesia (colore fere consociatae Tamaricis germanicae). Sic maxima et optima praecipue in maxime septentrionali primum dicta regione; in meridionalibus autem aliquantum minor; sed forma illa parva nunquam glaucescens verum potius in rachi et ad exortum ramulorum pubescens Helvetiae apud nos non occurrere videtur nisi in Scania. Nostra forma maxima quoque pedicellos capsularum multo longiores et praecipue tenuiores habet, ut non potest non ad subdivisionem hanc pertinere. — In genere observandum, quod species jam insequentes eodem modo pedicellis non tantum latitudine germinis semimaturi longioribus, sed etiam tenuitate insigni ab eodem melius distingvendis separantur a praecedentibus, in quibus pedicelli e contrario, cum omnino non desunt, crassitudine magis cum germine confluunt nisi omnino ab eodem maturescendo absorbentur. Ejusmodi pedicelli intra calycem siti fere ut in Polygalis nonnullis omnino majoris momenti esse solent, ut subdivisiones efficere merentur, quamquam difficultate non carentes. Vix meliores sunt quae a pubescentia desumuntur in hoc omnium difficillimo genere.

1130. SALIX *myrtilloides:* germinibus pedicellatis glabris: stigmate sessili, amentis glaberrimis, foliis oblongo-ellipticis integerrimis glabris. *Linn. svec.* n. 889. *lapp.* n. 357. *t.* 8. *figg. i. k.* *Wahlenb. lapp.* n. 479. *t.* 18. *f.* 1. *Sv. Bot. t.* 646. *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1822. *p.* 342.

Hab. in paludibus spongiosis per partem sylvaticam inferiorem omnium Lapponiarum Svecicarum frequenter, unde etiam Vestrobottniæ ad Umeå, Luleå et Råneå usque non parce, nec non in Tåsjöberget Angermanniæ copiose.

Fruticulus saepius bipedalis, coloris subcaesii et habitus Vaccinii uliginosi; ramulis tenuibus brunneis. Folia semiunciam non lata, subtus glauco-caesia. Fructificatio ut re-

liquae partes glaberrima omnium. Pedunculi amentorum foliis pluribus completis praediti. Amenta fere tota brunnea, laxiora. Capsulae sesquilertiam lineam longae.

1151. SALIX *hastata:* germinibus pedicellatis glabris elongatis rostratis; squamis pilosis, foliis subovatis acutis subsessilibus venosis serrulatis. *Linn. svec. n.* 882. *lapp. n.* 354. *t.* 8. *fig. g. Flor. Dan.* 7. *t.* 1238. *Wahlenb. lapp. n.* 480. *t.* 16. *f.* 5. *Hartman Vet. Ac. Handl* 1814. *p.* 100. *Fries halland. p.* 150. *Zetterst. res.* 1. *p.* 11. *Sering sal. helv. p.* 58.
β. foliis lanceolatis subintegerrimis.
S. arbuscula β *Linn. svec. n.* 886. *lapp. n.* 560. *t.* 8. *fig. m. Flor. Dan. t.* 1055. (quae S. finmarkica Willd.? Link?)
S. tenuifolia *Smith brit. p.* 1052.
Hab. locis humidis ad fluvios paludesque per totam Lapponiam (alpibus altioribus tantum exceptis) frequenter, deinde passim per Norrlandiam superiorem et Dalekarliam, nec non rarius in provinciis magis temperatis interioribus præcipue occidentalibus ut Vermlandiæ ferrimontanæ paroecia Kroppa, Vestmanniæ consimilis ad Skinskatteberg, Vestrogothiæ in Kinnekulle, Ostrogothiæ in Omberg, Scaniæ supremæ. β præcipue in maritimis Finmarkiæ.

Frutex valde varians, in Lapponia sylvatica plerumque orgyalis, sed ceterum saepe tantum bipedalis; ramis non raro nigricantibus. Folia interdum plus quam unciam lata, eximie cordata et stipulis maximis petiolo duplo longioribus semihastatis fulcrata; sed saepius angustiora usque ut in β; semper vero nisi propullulantia glaberrima, lutescentia et insigniter venosa. Fructificatio longe constantior, glabra praeter squamarum pilos longos et lutescente nitidos sed non copiosos. Capsulae quoque lutescentes, tres lineas longae.

1152. SALIX *punctata:* germinibus subpedicellatis glabris rostratis, pedunculorum foliis gemmiferis amento longioribus lanceolato-ellipticis undato-serratis nitidis punctatis. *Wahlenb. lapp. n.* 481. *t.* 17. *fig.* 1.

Hab. in maritimis betuletis Finmarkiæ orientalis rarius.

Frutex circiter tripedalis, siccitate valde nigrescens. Folia semiunciam vix lata, antiquiora saltem nitentia, punctis exhalantibus albentibus. Fructificatio fere sequentis speciei ut folia fere S. myrsinitis, sed ab utraque differre videtur foliis pedunculi gemmiferis. Ceterum dubia species.

1153. SALIX *phylicifolia:* germinibus pedicellatis glabris subulatis rostratis, foliis suboblongis undulato-serratis glabris subtus demum glaucescentibus. *Linn. svec. n.* 880. *lapp. n.* 351. *t.* 8. *fig. d. spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 659. *Fl. Dan.* 6. *t.* 1052. *Wahlenb. lapp. n.* 482. *t.* 17. *f.* 2. *ups. n.* 627. *Fries halland. p.* 146. *Forsander veg. scan. p.* 8.

S. stylaris *Regensb. bot. Zeit.* 1820. *p.* 283. *Sering sal. helv. p.* 62.

β. campestris: foliis præcipue subtus villosis. *Fries l. c.*

γ. majalis: amentis sessilibus ebracteatis. *Wahlenb. lapp. n.* 483.

Hab. in pratis subhumidis sylvaticis totius fere Sveciæ a Lapponia summa ad Smolandiam passim copiose; *β* præcipue in australioribus ab Upsalia ad Hallandiam; *γ* in regionibus septentrionalibus.

Arbuscula vel frutex ramis torulosis fuscescentibus. Amenta paullo ante folia explicantur subsessilia: bractea tantum una alterave foliis multiplo minore. Germina demum longiora quam in omnibus ceteris fere semiunciam emetientia et insuper stylo longo praedita. Folia forma valde variant.

1154. SALIX *nigricans:* germinibus subpedicellatis villosis elongatis rostratis, foliis oblongis undato-serratis subtus canescentibus. *Smith brit.* 3. *p.* 1047. *comp.* 1818. *p.* 145. *Engl. Bot.* 17. *t.* 1213. *Wahlenb. lapp. n.* 485. *t.* 17. *fig.* 3. *Fries halland. p.* 150. (an etiam S. versifolia ib.?) *Forsander veg. scan. p.* 8. *Sering sal. helv. p.* 42.

S. phylicifolia *β Linn. svec. n.* 880. *lapp. n.* 350. *t.* 8. *fig. c. Flor. Dan.* 6. *t.* 1053.

S. stylaris var. *Regensb. bot. Zeit.* 1820. *p.* 283-288.

Hab. in humidis magis sylvaticis plerarumque provinciarum a Lapponia ad Smolandiam passim parcius.

Praecedentis forsan varietas crassior hirsutior, sed interdum habitu ad S. capraeam accedens, adeo ut non possit non a praecedente separari.

1135. SALIX *versifolia:* germinibus subpedicellatis pilosiusculis rostratis, amenti foliolis lanceolatis, foliis oblongis oblique acuminatis integerrimis subtus incanis. *Wahlenb. lapp. n.* 484. *t.* 18. *fig.* 2. *Sv. Bot. t.* 511. (*Zetterstedt res.* 2. *p.* 5).

Hab. in paludibus sylvaticis Lapponiæ Umensis ad Lycksele nec non Pitensis ad Arjeplog rarius (Tornensis supra Jukkasjärvi).

Fruticulus bipedalis, in genere S. myrtilloidi proxime affinis, sed minus coloratus et praecipue initio canescens; ramis plerumque fuscis. Folia vix majora et aliquantum crassiora, demum glabrescentia. Fructificatio praecipue differt capsulis viridibus et stylis elongatis.

1136. SALIX *caprœa:* germinibus pedicellatis villosis ventricosis; stigmate sessili, foliis subovalibus crenulatis supra demum glabris subtus cinereis. *Linn. svec. n.* 900. *lapp. n.* 365. *t.* 8. *f. s. spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 703. *Sv. Bot. t.* 98. *Fl. Dan. t.* 252. *Hoffm. sal. p.* 25. *t.* 3. *et t.* 5. *f.* 4. *ac t.* 21 *f. a.* — *d. Wahlenb. lapp. n.* 486. *Vet. Ac. H.* 1806. *p.* 75. S. tomentosa *Sering sal. helv. p.* 14.

Hab. in pratis sylvaticis siccioribus totius Sveciæ frequenter.

Arbor maxima totius generis, Svecis *Sålj;* ramis canescentibus crassioribus obtusioribus. Amenta praecipue masculina omnium maxime praecocia et conspicua Norrlandis, Nericiis Gothisque plurimis *Palm* (Færöensibus *Palmi*), quamquam non *Palmträd* de tota arbore dicitur. Partes reliquae etiam magnitudine facilius distingvuntur a sequentium duarum; nec certum est an transitus ad easdem non existat. Folia hujus initio dense et non parum nitide tomentosa, demum fere maxima totius generis, saepe biuncialis latitudinis.

1137. SALIX *cinerea:* germinibus pedicellatis villosis; stigmate sessili, foliis oblongo-lanceolatis acuminatis superne undulato-dentatis utrinque cinereo-pu-

bescentibus. *Linn. svec. n.* 902. *it. scan. p.* 252. *Fries halland. p.* 147. *Wahlenb. ups. n.* 629.
S. acuminata *Hoffm. sal.* 1. *p.* 59. *t.* 6. *et t.* 22. *f.* 2. *a–c. Willd. spec. pl.* 4. *p.* 704. *Smith brit. p.* 1068. *Sering sal. helv. p.* 12.
β. foliis obtusioribus. *Sv. Bot. t.* 565. *Hooker fl. scot. p.* 284. (S. aurita *Hoffm. sal.* 1. *p.* 30. *t.* 4. *fig.* 1.2. *et t.* 5. *f.* 3. *ac t.* 22. *f.* 1. *d?* nisi sequentis). S. aquatica *Smith brit. p.* 1065.
Hab. in pratis humidioribus declivibus Sveciæ temperatioris præcipue campestris a Scania ad Gestriciam et Dalecarliam inferiorem frequenter; dein raro observata ad Wilhelmina Åselensium et Arvidsjaur Lapponiæ Pitensis (*Læstadius*).

Arbuscula unam alteramve órgyam alta, inter praecedentem et sequentem quodammodo media, sed foliis magis aequabilibus forsan etiam versus S. lividam β aliquando deflectens, ita ut omnes tres connectere videatur. Magis cinerascit proximis usque ad ramulos ultimos, quare Svecis *Grå-vide.* Folia aliquantum crassiora quam in sequente, rarius digito medio latiora.

1158. SALIX *aurita:* germinibus pedicellatis villosis; stigmate sessili subcapitato, foliis obovatis apice recurvatis undulatisque rugoso-scruposis utrinque pubescentibus subtus cinereis glandulose denticulatis. *Linn. svec. n.* 891. *lapp. n.* 369. *t.* 8. *f. y. spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 700. *Willd. berl. baumz. ed.* 2. *p.* 451. *t.* 4. *f.* 1. *Wahlenb. lapp. n.* 487. *ups. n.* 630. *Fries halland. p.* 147. *Hoffm. sal. p.* 32. var. *t.* 22. *fig.* 1. *a–c.*
S. rugosa δ grandifolia *Sering sal. helv. p.* 20.
β. parvifolia et magis angusta. — *Sering l. c.*
S. ambigua *Ehrh. dec.* 11. *n.* 109.
S. plicata *Fries nov. p.* 121. *halland. p.* 148.
Hab. in paludosis sylvarum frigidiorum per Sveciam septentrionalem usque ad Lapponiam summam frequentissime, per provincias australiores præcipue magis campestres rarius usque ad Scaniam.

Frutex vix orgyalis, gracilior, valde flexuosus; ramis magis fuscescentibus. Folia membranis tenuioribus composita,

sed venis crassiusculis sese contrahentibus et in glandulas demum abeuntibus valde corrugata (fere Salviæ), vix ultra unciam longa. Amenta quoque duplo minora quam in praecedente.

1139. SALIX *livida:* germinibus pedicellatis sericeis; stigmate sessili, foliis suboblongis subintegerrimis lævibus tenuibusque subtus glabris lividisque. *Wahlenb. lapp. n.* 488. *t.* 16. *f.* 6. *ups. n.* 631. *Hartman Vet. Ac. H.* 1814. *p.* 100. *Zetterst. res.* 1. *p.* 11.
S. arbuscula *γ. Linn. svec. n.* 886.
S. bicolor (*Ehrh. arb. n.* 118? quia ejusdem femina ignota). *Fries halland. p.* 150. *nov. p.* 58.
β. foliis subsericeis, sed subtus ad apicem semper glabris. *Wahlenb. lapp. l. c. Linn. lapp. n.* 558?
Hab. locis subuliginosis magis campestribus regionum sylvaticarum et subalpinarum Lapponiæ similiumque provinciarum frequenter; nec non in provinciis temperatioribus passim, ut Upsaliæ circa Vitulfsberg, Ostrogothiæ in Omberg, Vestrogothiæ in Kinnekulle et Falbygden copiose, Smolandiæ occidentalis ad Femsjö etc.

Frutex plerumque tantum tripedalis, divergens; ramulis ultimis et gemmis non parum violaceis. Folia saepius duplo minora quam in praecedente, eximie aequabilia, glaucescentiâ lividâ superfusa, interdum foliis sequentis speciei non valde dissimilia. Amenta vero feminea fere ut in praecedentibus, tantum graciliora; capsulis omnium gracillimis et tenuissime sericeis. — *β* ut supra indicavimus versus S. cineream regredi videtur, permanet tamen semper ut putamus multo tenuior.

1140. SALIX *fusca:* germinibus pedicellatis glabrescentibus rostratis, foliis lanceolato-ellipticis subintegerrimis amento minoribus lævibus subtus glaucis sericeisve. *Linn. svec. n.* 897. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 694. *it. scan. p.* 79. *Wahlenb. Vet. Ac. H.* 1809. *p.* 218. — 1811. *p.* 34. 37. *Koch in Regensb. bot. Zeit.* 1820. *p.* 281-283.
β. repens: germinibus villosulis.
S. repens et incubacea *Linn. svec. n.* 896. 895.
S. depressa *Hoffm. sal. p.* 63. *t.* 15. *f.* 1. 2. *et t.* 16. *f.* 3. 4. *Sering sal. helv. p.* 9.

γ. arenaria: foliis utrinque sericeo-tomentosis. *Linn. svec. n.* 894. secundum *it. gotl. p.* 206. *scan. p.* 222. 237.
S. argentea *Smith brit. p.* 1059.
Hab. in pascuis uliginosis a Scania ad Vermlandiam ferrimontanam, Dalecarliam prope Siljan, Oresjö etc. (non vero Angermanniam interiorem montosam, sed dein provenit) ad Vestrobottniam maritimam Umoæ frequenter; β in maxime campestribus; γ in arena maritima regionum australiorum ut Hallandiæ, Scaniæ, Gotlandiæ.

Fruticulus utplurimum pede non altior et tantum virgas paucas ad tripedalem altitudinem attollens, totus glabrescens, exsiccatione incauta fuscescens vel potius nigrescens. Folia tantum longitudine ungvis majoris. Amenta feminea eximie fusca. — Sed β jamdudum canescere incipit et γ omnibus partibus sericeo-tomentosa.

1141. SALIX *rosmarinifolia:* germinibus subpedicellatis sericeis obtusiusculis; stigmatibus sessibus, foliis lineari-lanceolatis utrinque attenuatis subtus sericeis. *Linn. svec. n.* 898. *Link en. hort. ber.* 2. *p.* 417.
β. ramis foliisque longioribus.
S. incubacea *Fries nov. p.* 122.
Hab. secus litus Scaniæ australis locis arenosis depressis aqua marina sæpe inundatis rarius.

A praecedente aliquantum differt ramis foliisque longioribus, sed amentis brevioribus magis paucifloris totaque fructificatione abbreviata.

ORD. 2. TRIANDRIA.

389. EMPETRUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1496. *Juss. gen. p.* 181. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 107. *t.* 106.

Floris solitarii utriusque calyx extus squamulis calyculatus, triphyllus, erectus, persistens; corolla tripetala, reflexa, marcescens. Stamina petalis alternantia; filamentis longis capillaribus; antheris subrotundis ab apice oblique dehiscentibus. Germen initio filamentorum trium stipatum; stigma subsessile peltatum novemplicatum radiatumque. Bacca supera orbiculata

subdepressa: seminibus novem in orbem dispositis, osseis. — *Fruticulus sempervirens, foliis alternis minutis. Ord. nat.* 29. *Bicornibus proximum videtur, fructu fere Arbuti, flore potius Ledi.*

1142. EMPETRUM *nigrum:* procumbens glabrum, foliis margine revolutis teretiusculis. *Linn. svec. n.* 904. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 713. *it. scan. p.* 77. 221. 222. 317. *vestrog. p.* 107. *Rogberg smol. p.* 22. *Sv. Bot. t.* 259. *Flor. Dan.* 6. *t.* 975. *Wahlenb. lapp. n.* 489. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 227. Hab. per totam Sveciam: locis siccioribus in provinciis septentrionalibus usque ad alpes altiores Lapponiæ frequentissime, locis vero magis uliginosis et paludosis in regionibus meridionalibus etiam Scaniæ, usque dum rarescit admodum in extimis insulis, utpote Gotlandiæ tantum in Helvigträsk lectum.

Fruticulus totus flexilis subdecumbens; ramis fere filiformibus rubicundis; foliis vix tres lineas longis, ob margines revolutos et subtus in lineam albam conjunctos teretiusculis; Scanis *Loppe-ris.* Flores axillares inter folia superiora sessiles, maxime praecoces initio mensis germinationis singulares; petalis purpurascentibus; genitalibus atropurpureis. Baccae aterrimae succosae, Svecis *Kråkbår, Kråklingar, Klöklinger, Skråkjen* (*Ickte* secund. *Fischerström*).

ORD. 3. TETRANDRIA.

390. VISCUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1504. *Juss. gen. p.* 236. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 131. *t.* 27.

Calyx superus margine integro vix prominulo. Petala quatuor parva, basi latiore juncta. Masc. Antheræ sessiles in mediis petalorum. Fem. Stylus minimus stigmate capitato. Bacca pulposa monosperma infera, coronata margine calycis. — *Fruticulus parasiticus unicus in patria totus sempervirens, caule articulato dichotomo Ord. nat.* 18. *Dumosarum proximus.*

1143. VISCUM *album:* foliis lanceolatis obtusis subenerviis, caule dichotomo, floribus subquinis terminalibus glomeratis sessilibus. *Linn. svec. n.* 905. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 737. *it. vestrog. p.* 31.

Flor. Dan. t. 1657. *Leche scan. p.* 19. *n.* 79. *Aspegren bleking. p.* 71. *Fries halland. p.* 150. 5. *Montin Vet. Ac. Handl.* 1766. *p.* 245. *Bjerkand. ib.* 1776. *p.* 81. *Carls. strengn. p.* 55.

Hab. in sylvarum densiorum et humidiorum arboribus frondosis, ut Pyris, Quercu, Fago etc. per Sveciam temperatiorem passim: Scaniæ ad Christianstad, Blekingiæ, Smolandiæ ad Hvitaryd districtus Sunnerboensis et Wirbo paroeciæ Misterhult (forsan inde denominatæ), Hallandiæ inter Drängsered et Slättåkra. Vestrogothiæ in Kinnekulle; nec non in insulis Mäleri interioris ut Oknön, Fulleröu etc. non raro.

Fruticulus plerumque pedalis, raro ulnaris et ultra, Svecis *Mistel, Mistel-tenn.* Caulis ob flores terminales semper dichotomus. Folia ultra hiemem quidem viridia persistunt, sed altera aestate cadunt, itaque etiam subterminalia, saepius plus quam semiunciam lata, subcoriacea; nervis quinis obsoletis. Flores inconspicui. Baccae vero fere magnitudine pisi, albae (unde nomen speciei), subpellucidae et intus viscidae, Svecis *Fogel-lim.*

391. HIPPOPHAË.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1509. *Juss. gen. p.* 84. *Gartn. fr.* 1. *p.* 199. *t.* 42.

Calyx maris bipartitus, feminæ bilobus. Corolla nulla. Antheræ sessiles in fundo calycis. Stigma subulatum. Bacca supera pulposa monosperma. — *Frutex ramis spinescentibus, foliis initio imbricatis alternis integerrimis. Ord. nat.* 43. *Vepreculæ.*

1144. HIPPOPHAË *Rhamnoides:* foliis lineari-lanceolatis glabriusculis. *Linn. svec. n.* 906. *lapp. n.* 572. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 743. *Sv. Bot. t.* 585. *Flor. Dan. t.* 265. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 124. *Gunner norv. n.* 11.

Hab. in arenosis glareosisque litoribus maris Bottnici a Roslagia septentrionali frequenter usque ad Vestrobottniam pluribus locis copiose; etiam prope mare occidentale Nordlandiæ meridionalis raro.

Frutex vel arbuscula saepe plus quam orgyalis, Svecis *Haftorn* vel *Hafstörne*, fere totus leproso-albens. Flores

ante frondescentiam ad basin ramulorum exeuntes, valde inconspicui; calyce lineam vix longo. Folia tribus lineis non latiora, subtus eximie leproso-argentea, hinc inde punctis ferrugineis adspersa. Baccae magnitudine pisi, vitellinae, acidissimae, Alandis *Finnbär*.

ORD. 4. PENTANDRIA.

592. HUMULUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1523. *Juss. gen. p.* 443. *Gærtn. fr.* 1, *p.* 358. *t.* 75.

Flores masculi paniculati; calyce quinquepartito; antheris subsessilibus superne dehiscentibus. — Femineus strobilus basi involucro quadrifido fulcratus, ovatus, imbricatus; squamis quadrifariis bifloris: flosculis intra conceptaculum cucullatum demum, grandefactum strobilum insignem efficiens; stylis duobus; semine unico lenticulari. — *Herba volubilis, demum lignosa, aspera; foliis oppositis. Ord. nat.* 46. *Scabridæ.*

1145. HUMULUS *Lupulus: Linn. svec. n.* 908. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 769. *it. scan. p.* 280. *vestrog. p.* 75. 84. 204. 215. *Sv. Bot. t.* 352. *Fl. Dan.* 8. *t.* 1239. *Leche scan. p.* 51. *n.* 166. *Ahlqu. runst. p.* 32. *Fries halland. p.* 150. *Wahlb. goth. p.* 87. *Samz. neric. p.* 69. *Carls. strengn. p.* 55. *Wahlenb. ups. n.* 634. *Hülphers medelp. p.* 50. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 97. 112.

Hab. locis lapidosis præcipue ad lacus majores, ut Scaniæ ad Heckeberga etc., Oelandiæ, Smolandiæ, Hallandiæ, Bahusiæ in Väröarne etc., Vestrogothiæ ad Hunneberg, Billingen, Brunnumsberget etc. Nericiæ ad Hjelmaren et Lekeberg; deinque in insulis lacus Mäleri fere ubique ad Upsala usque, Roslagiæ; denique Medelpadiæ in paroecia Stöde ad Hemgrafselfven, in Tuna et versus Njurunda; Jemtlandiæ ad Humlarne.

Radix perennis. Caulis ad longitudinem orgyarum nonnullarum scandens, crassitie circiter pennae anserinae. Folia palmata; lobis quinque oblongis inter sinus dilatatos. Flores virentes. Strobili maturi magnitudine nucis, notissimi Sveeis *Humle*.

ORD. 5. OCTANDRIA.

393. MYRICA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1510. *Juss. gen. p.* 449. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 190. *t.* 39.

Amenta utriusque sexus ovata, imbricata; squamis unifloris, concavis. Antheræ sessiles submonadelphæ numeroque incertæ. Styli duo squama longiores. Semen drupaceum punctatum. — *Fruticulus punctis resinosis graveolens. Ord. nat.* 47. *Amentaceæ.*

1146. MYRICA *Gale:* foliis lanceolato-cuneiformibus subserratis, caule fruticuloso, drupa tricipiti. *Linn. svec. n.* 907. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 745. *Sv. Bot. t.* 76. *Flor. Dan. t.* 327. *Wahlenb. lapp. n.* 491. *Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 40.

Hab. in paludosis fruticetis totius Sveciæ usque ad Bjertrå Angermanniæ et ulterius 5-6 mil. undique a sinu bottnico procedens, sed limitem inferiorem Lapponiæ ibi non attingens, frequenter.

Fruticulus plerumque pedalis, sub florescentia totus rufescens, semper undique graveolens Svecis *Pors*, Vestrogothis *Körning* (sec. Ihre). Amenta maxime praecocia, omnes gemmas superiores ramulorum sola constituentia: masculina majora semiunciam vix longa; feminea demum maturescentia in strobilos magnitudine pisi, drupis viridibus quodammodo tricornibus. Folia circiter sesquiunciam longa, subsessilia.

394. POPULUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1531. *Juss. gen. p.* 448. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 56. *t.* 90.

Amenta utriusque sexus cylindrica laxa: squamis pedicello adnatis superne scariosis fimbriatisque deciduis; nectario urceolato, marginibus obliquis demum fissis, persistente. Stamina brevissima. Germen stigmatibus duobus partitis. Capsula unilocularis bivalvis; seminibus inversis apice crinitis. — *Arbores foliis subrotundis, primum convolutis, amentis maxime præcocibus pendulis nudis, ante florescentiam pomonæ semina dispergentibus.*

1147. POPULUS *tremula:* foliis orbiculatis dentatis utrinque glabris; petiolis superne compressis. *Linn. svec. n.* 909. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 803. *Sv. Bot. t.* 103. *Wahlenb. lapp. n.* 492.

Hab. in humidiusculis sylvaticis totius Sveciæ ubique. Arbor procera, Svecis *Asp.* Folia tum ob formam tum propter petiolos compressos maxime tremula.

1148. POPULUS *nigra:* foliis utrinque glabris serratis acuminatis deltoideis: diametro longitudinali majore. *Linn. svec. n.* 910. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 804. *it. scan. p.* 163. 319. *Engl. Bot.* 27. *t.* 1910. *Fries halland. p.* 150.

Hab. ad pagos Scaniæ alibique demum inquilina facta. Arbor anguste pyramidata, ramis parallelis strictis quodammodo salicina, Svecis *Poppel-pil.* Folia minora quam in ceteris nostris raro biuncialis latitudinis, eximie nitentia et obscurioris coloris.

1149. POPULUS *alba:* foliis subrotundis angulato-repandis dentatisque subtus tomentosis. *Linn. svec. n.* 911. *Aiton kew.* 5. *p.* 405. *Retz. oec. p.* 542. *diss. fl. scand. suppl.* 2. *p.* 11. *Wahlb. gothob. p.* 87. *Bromel. goth. p.* 89.

P. canescens *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 802. *berl. baumz. ed* 2. *p.* 287.

(β. nivea: foliis magis cordatis fere lobatis. *Aiton kew.* 5. *p.* 405. P. alba *Willden. ll. cc.*)

Hab. ad urbes extimas ut Malmö, Götheborg etc. denique inquilina facta (β nuperius adventitia). Arbor magis patens et minus excelsa quam praecedentes praecipue apud nos. Folia quoque saepius latiora interdum palmam aequantia, plus minus nivea. Svecis *Hvitpoppel*, vel β *Snöpoppel.*

395. RHODIOLA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1532. *Juss. gen. p.* 341.

Utriusque sexus Calyx quadripartitus. Petala quatuor. Nectaria intra calycis lacinias emarginata. Masc. Germina 4 abortiva. Fem. Capsulæ 4 basi conjunctæ, margine interiore dehiscentes seminiferæque. — *Herba Sedo valde affinis in Ord. nat.* 31. *Succulentarum, sed ob radicem crassam fructificatione pauperiore diclinâ discrepans.*

1150. RHODIOLA *rosea*: *Linn. svec. n.* 912: *spec. pl. ed. Willd* 4. p. 807. *Sv. Bot. t.* 466. *Flor. Dan. t.* 183. *Wahlenb. lapp. n.* 493. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. p. 104. — 1818. p. 145. *Hisinger herjed.* p. 46.

Sedum Rhodiola *Decand. fl. franc. n.* 3605.

Hab. locis irrigatis declivibus et rupestribus per omnes alpes altiores a Lapponia summa usque ad limitem Herjedaliæ frequenter.

Radix valde perennis, caudice digitum crasso carnoso lutescente odore ligni Rhodii unde svecice *Rosenrot*, ceterum valde coriario. Caules vix pedales, simplices. Folia praecipue superne omnino imbricata, obovata, digitum minorem lata, dentata, succulenta. Florum cyma herbâ angustior, lutescens, media aestate explicata. — Haec planta est quasi oppositum Sempervivi regionum australiorum, itaque sive utraeque genere a Sedo distingvendae sive omnes conjungendae. Rhodiola ad Sedum se habet ut Tormentilla recta ad Potentillam, nec usu practico caret genera talia distingvere etiam cum limites difficilius ponerentur. Sic genius Linnæanus interdum separare svadet genera, quae regulae systematis naturalis recentiorum conjungere jubent. Ita in generibus sic etiam respectu specierum.

ORD. 6. ENNEANDRIA.

396. MERCURIALIS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1534. *Juss. gen. p.* 423. *Gaertn. fr.* 2. p. 114. t. 107.

Utriusque sexus Calyx tripartitus: laciniis ovatis. Fem. Filamentum unum in quovis sulco capsulæ. Styli duo reflexi. Capsula dicocca, bilocularis, elastice dehiscens valvulis duabus bipartitis; seminibus duobus. — *Herbæ foliis oppositis stipulatis, spicis axillaribus. Ord. nat.* 19. *Tricoccæ*.

1151. MERCURIALIS *perennis*: caule simplicissimo, foliis petiolatis scabris. *Linn. svec. n.* 913. *spec. pl. ed. Willd.* 4. p. 809. *it. scan.* p. 100. 101. 134. 279. *oel.* p. 46. 56. 65. 106. 146. *vestrog.* p. 25. 39. 60. 62. 64. *Vet. Ac. Handl.* 1741. p. 87. *Rogberg smol.* p. 22. *Sv. Bot. t.* 455. *Flor. Dan. t.* 400.

Leche scan. p. 51. n. 168. *Aspegren blek.* p. 71. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. p. 75. *Fries halland.* p. 150. 6. *Wahlb. gothob.* p. 87. *Bjerkand. Vet. Ac. Handl.* 1776. p. 81. 84. *Næzén in Fant diss. de Ulricæhamn* p. 32. *Linder viksb.* p. 24.

Hab. in nemoribus petrosis provinciarum exteriorum vel etiam inter lacus maximos sitarum Sveciæ temperatioris, ut Scaniæ, Blekingiæ et Gotlandiæ Oelandiæque frequenter, Hallandiæ usque ad Götheborg passim, Smolandiæ australis infra lacum Möckeln ad Pjetteryd districtus Sunnerboensis, Vestrogothiæ, formationis transitionis in Kinnekulle, Billingen, Bornaberget, Brunnumsberget etc., et ad Ulricæhamn copiose, Ostrogothiæ ejusdem indolis ad Motala, Lindnäs, Omberg etc. haud parce, et Sudermanniæ in insulis adjacentis lacus Mäleri rarius ex. gr. prope Wiksberg.

Radix perennis, repens. Herba gracilis et praecipue superne foliosa svecice *Bengelört* vel *Purgerkrydda* (an convenientia denominationis cum Mercurio?), exsiccatione semper caeruleo-nigrescens, plerumque pedalis altitudinis, tenuius pilosa. Stipulae inter petiolos minutae. Folia ovata, sesquunciam lata, serrata. Spicae masculae multiflorae, (femineae pauciflorae), vernales ante solstitium staminibus lutescentibus florentes. Capsula binis seminibus cannabinis paullo major. Semina albescentia.

397. HYDROCHARIS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1535. *Juss. gen. p.* 76.

Mascula Spatha triflora, bipartita; sed feminea nulla. Utriusque sexus Calyx tripartitus; Corolla tripetala major. Stamina novem in tres phalanges disposita, rudimentum germinis tegentia. — Germen inferum; stylis sex bifidis. Capsula coriacea, subglobosa, sexlocularis, polysperma. — *Herbæ foliis natentibus subrotundis in aqua suspensæ. Ord. nat.* 8. *Tripetaloideæ.*

1152. HYDROCHARIS *Morsus ranæ*: *Linn. spec. n.* 914. *spec. pl. ed. Willd.* 4. p. 812. *Sv. Bot. t.* 598.

Flor. Dan. t. 878. *Fries hall. p.* 150. 6. *Samz. neric. p.* 69. *Wahlenb. ups. n.* 637. *Vet. Ac. H.* 1809. *p.* 217.

Hab. in aquis pigrioribus campestribus a Seania ad Daliam prope Åmål, Nericiam, Vestmanniam superiorem prope diversorium Flyten et flumen Dalekarlicum infimum juxta Brunnbäck ad Elfkarleby usque passim.

Radix perennis subtus aquae superficiem saltem aestate suspensa; radiculis filiformibus fundum petentibus. Petioli quoque longi subfiliformes. Folia subrotundo-reniformia pollice parum latiora, semper natantia (Nymphaeae instar), coloris obscurioris fere limi Svecis *Dyblad* vel *Grodblad.* Flores sub foenisecio fugaces nivei, foliis paullo minores.

ORD. 7. DODECANDRIA.

398. STRATIOTES.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1541. *Juss. gen. p.* 76. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 48. *t.* 14.

(Mascula planta apud nos non observata Spathâ 3-5 florâ, pedunculis propriis ipsa duplo longioribus, calyce tenuitate petalorum, præsentiâ staminum et absentiâ pistilli tantum differens). Feminea Spatha uniflora; calyce tripartito; petalis tribus obovatis; nectariis viginti quatuor, stylis sex bipartitis. Germen infra florem remotum et in spatha subsessile, primum compressum, demum increscens in baccam hexagonam sexlocularem: seminibus plurimis parietalibus. — *Herba aquatica præcedenti proxima aloëformis, foliis elongatis serrato-aculeatis.*

1153. STRATIOTES *Aloides:* foliis ensiformibus carinatis dentato-aculeatis *Linn. svec. n.* 479. *lapp. n.* 2-2. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 820. *it. vestrog. p.* 46. 49. *Flor Dan. t.* 337. *Fries halland. p.* 94. *Samz. neric. p.* 46. *n.* 195. *Carls. strengn. p.* 52. *Wahlenb. ups. n.* 638. *Vet. Ac. H.* 1809. *p.* 217. *Hartman ib.* 1818. *p.* 123.

Hab. sub aquis pigrioribus per provincias magis campestres vel etiam formatione quadam juniore substratas, ex. gr. Scaniæ frequenter, Vestrogo-

thiæ ad Billingen etc. passim, Nericiæ ad Vretstorp paroeciæ Viby alibique, Uplandiæ pluribus locis.

Herba subter aqua perennans et tantum sub florescentia apicibus foliorum et scaporum supra aquam se elevans, non obstantibus radiculis filiformibus fundum oblique petentibus et non nisi laxam adnexionem efficientibus. Folia in orbem saepe ulnaris latitudinis patentia, crassiuscula, fragilia. Scapi inter folia interiora plures, compressi margineque passim spinulosi, foliis duplo breviores. Spatha feminea diphylla: foliolo breviore pedunculum aequante. Calyx superne virescens. Petala calyce duplo longiora tota nivea. Nectaria staminiformia lutescentia, stylis calyceque dimidio breviora. Bacca apud nos vix maturescit ita ut e spatha deflectetur.

ORD. 8. MONADELPHIA.

399. JUNIPERUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1552. *Juss. gen. p.* 453. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 62. *t.* 91.

Masculi conuli ovati: staminibus ternatim verticillatis deorsum dehiscentibus 3-5 locularibus, squama acuta imbricatim tegente terminatis. — Feminei conuli minimi; squamis ternatim verticillatis plerisque sterilescentibus: tribus supremis tantum stigmata globosa foventibus, demum increscentibus et coalescentibus in baccam trispermam. — *Frutex acifolius conulis axillaribus. Ord. nat.* 48. *Coniferæ.*

1154. JUNIPERUS *communis*: foliis ternis patentibus mucronatis bacca longioribus. *Linn. svec. n.* 915. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 853. *Sv Bot. t.* 289. *Flor. Dan.* 7. *t.* 1119. *Wahlenb. lapp. n.* 494.
J. svecica *Miller.*

Hab. locis sterilioribus per totam Sveciam etiam alpinam vulgatissime.

Frutex plerumque humilis et divergens, raro in arbusculam se attollens. Folia coniferarum nostrarum maxime pungentia. Conuli plerumque in axillis foliorum praeteriti anni, solitarii, mense florescentiae fumantes. Baccae primo anno seminibus Brassicae non majores, secundo in magnitudinem pisi minoris increscentes sed adhuc virides, tertio demum

maturescentes colore caeruleo-nigricante, Svecis *Enbär.* — In alpibus hae baccae demum majores foliis simul abbreviatis.

400. TAXUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1553. *Juss. gen. p.* 452. *Gærtn. fr.* 2 *p.* 65. *t.* 91.

Conuli utriusque sexus basi fulcrati squamis opposite imbricatis cupulam constituentibus. Antheræ octonæ deorsum dehiscentes sub squama peltata octoradiata. Nux solitaria ovata glabra superne compressiuscula intra cupulam baccatam. — *Arbuscula acifolia, sed foliis mollioribus, conulis axillaribus. Ord. nat.* 48. *Coniferæ.*

1355. TAXUS *baccata:* foliis linearibus distichis planis, amentis masculis subglobosis. *Linn. svec. n.* 916. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 856. *it. oel. p.* 52. 67. *gotl. p.* 174. 225. *vestrog. p.* 19. 236. *am. ac.* 5. *p.* 185. *Sv. Bot. t.* 265. *Fl. Dan. t.* 1240. *Retz. oec. p.* 712. *Montin Vet. Ac. Handl.* 1766. *p.* 246. *Kalm bohusl. p.* 153. *Samz. neric. p.* 70. *Videgren österg. p.* 50. *Bjerkander Vet. Ac. Handl.* 1776. *p.* 79.

Hab. in sylvis subhumidis vel declivibus provinciarum exteriorum maritimarum vel etiam inter lacus maximos sitarum, ut Gotlandiæ et Oelandiæ passim, Scaniæ, Blekingiæ, Hallandiæ in Särö, Bahusiæ borealis, Vestrogothiæ ad Kinnekulle etc., Daliæ, Vermlandiæ in paroecia Långserud districtus Gillbergæ, Smolandiæ ad Lindforsbruk paroeciæ Ryd, Ostrogotthiæ in Omberg versus Vettern, Nericiæ in paroecia Tysslinge, Uplandiæ ad Elfkarleby, in paroecia Hällnäs etc. sed semper parce.

Arbuscula plerumque minor et diffusa, Svecis *Idegran,* ligno rubicundo durissimo putredini quam maxime resistens aliquando *Ebenholz* (Germ. *Eibenholz*); cortice tenaci fere ut in Tilia unde Svecis *Barrlind.* Rami distiche et plerumque dichotome divisi. Folia quoque disticha, omnino plana et flexilia, latiora quam in ceteris nostris acifoliis fere sesquilineam efficientia. Fructûs cupula integerrima primum membranacea dimidiata, demum succosa vel baccata eleganter coccinea nucem totam pisiformem includens.

CLASSIS XXIII.

POLYGAMIA.

CONSPECTUS.

1. ORD. MONOECIA;

Stamina quinque. Semen lenticulare in calyce bipartito - 401. ATRIPLEX
utriculo calycis tectum 402. HALYMUS
Stamina sex. Capsulæ tres polyspermæ - - - - 403. VERATRUM

2. ORD. DIOECIA.

Stamina 8 intra calycem et corollam. Capsulæ monosperm. alatæ 404. ACER
s plerumq. nuda. Caps. initio biloeul. demum monosp. 405. FRAXINUS

ORD. 1. MONOECIA:

401. ATRIPLEX.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1577. *Juss. gen. p.* 95. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 361. *t.* 75.

Floris hermaphroditi vel potius masculi calyx quinquepartitus, stamina quinque, pistillum fere semper abortiens. Flores feminei plerumque infra masculos: Calyx compressus bipartitus, post florescentiam increscens demumque decidens cum semine incluso plano orâ infimâ adfixo supremâ stylis binis prædita; radicula descendente. — *Herbæ, radice annua, foliis mollibus* (*Svecis Molla*) *plus minus triangulis, ramis inferioribus utplurimum oppositis simplicioribus, sed in n.* 1160. *potius alternis ramosis ac si revergeret versus Chenopodium, Ord. nat.* 30. *Holoracearum.*

1156. ATRIPLEX *hastata*: foliis rhomboideo-hastatis; laciniis antrorsum versis, valvulis fructus foliaceis hastatis laciniato-dentatis fimbriatisque; infimis pedicellatis. *Linn. svec. n.* 921. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 963. *Sv. Bot. t.* 627. *Flor. Dan. t.* 1286 *et* 1638 *Leche scan. p.* 28. *n.* 56. *Fries hall. p.* 49.

Hab. locis pingvioribus fuco substratis maritimis Scaniæ occidentalis præcipue ad Malmö, Lomma etc. copiose, Hallandiæ meridionalis rarius.

Caulis ob ramos fere omnes oppositos passim eximie compressus et angulatus. Herba tota magis laxa et extensa quam in ceteris, cito pallescens, sapore eximie salso-amara. Folia postice non truncata, sed margines posteriores oblique angulo fere dimidio cum costa folii extenduntur et eadem directione laciniae posticae quoque antrorsum vergunt. Hae laciniae etiam angustiores et longiores quam in sequentibus; dentibus anterioribus acutis. Pedicelli fructus ipsius longitudinem saepe aequant. Valvulae fructus saepius quam apud ceteras in longitudinem folii luxuriant; plerumque autem semiunciam longae sunt.

1157. ATRIPLEX *latifolia:* foliis oblongis basi truncatis hastatisque denticulatis, valvulis seminiferis subovatis indivisis denticulatis. *Sv. Bot. t.* 628.

A. hastata var. *Linn. it. oel. p.* 88. *Schkuhr handb.* 3. *t.* 348.

A. laciniata (foliis leprosis) *Schkuhr l. c. t.* 349.

β. elatior: valvulis variis, foliis virentibus. *Sv. Bot. l. c. fig. c.*

A. patula *Smith brit. p.* 1091. *Flor. Dan. t.* 1285.

Hab. in litoribus magis limosis maris utriusque a Scania ad Bahusiam et Uplandiam frequenter, ad Helsingiam rarius; *β* loca ruderata provinciarum meridionalium adscendit.

Herba in maritimis exterioribus plerumque rubet vel nitet epidermide pulveracea. Sapor semper dulcescens. Ceterum sequenti conferenda, cujus potius varietas est.

1158. ATRIPLEX *patula;* foliis lanceolatis integerrimis nudis; inferioribus subhastatis, valvulis seminiferis rhomboideis carinatis integerrimis lævibus, ramis divergentibus. *Linn. svec. n.* 922. *it. scan. p.* 199. *am ac.* 8. *p.* 45. *Schkuhr handb.* 3. *t.* 347. *Wahlenb. ups. n.* 640. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 130.

A. patula *β* angustifolia *Hornem. plant. ed.* 3. *p.* 290.

A. angustifolia *Smith brit. p.* 1092. *Engl. Bot.* 25. *t.* 1774.

Hab. in cultis et ruderatis Sveciæ totius usque ad Angermanniam juxta Nora ubique frequenter; dein vix nisi ad Alten Finmarkiæ raro.

Rami oppositi inferiores valde patuli (unde nomen convenientissimum) earumque folia fulcrantia subhastata rarius dentata, reliqua plerumque sublinearia integerrima. Ceterum tota planta sordidius virens et angusta fere ut insequens, sed calyces seminales vix ultra duas lineas lati.

1159. ATRIPLEX *littoralis:* foliis linearibus subintegerrimis, valvulis seminiferis conglobatis basi gibbis papulosisque. *Linn. svec. n.* 923. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 965. *it. scan. p.* 199. *oel. p.* 96. 88. *Engl. Bot.* 10. *t.* 708. *Flor. Dan. t.* 1287. *Kalm bohusl. p.* 123. 138. *Ahlquist runst. p.* 12.
A. (patula) β *Linn. svec. ed.* 1. *n.* 828.
β. marina: foliis magis serratis. *Fries hall. p.* 50.
A. marina *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 241.
Hab. in littoribus limosis maris utriusque a Scania ad Bahusiam, Gotlandiam et Roslagiam passim.

Caulis ramis numerosis, sed simplicibus virgatis. Folia caule vix latiora. Valvulae seminiferae basi incrassatae et indumento papuloso inter se compaginatae differentiam optimam hujus speciei praebent, sed de cetero valde variant et saepe luxuriant in foliaceam formam plusquam uncialem dentatam, foliis veris multo latiorem.

1160. ATRIPLEX *laciniata:* caule alternatim ramosissimo, foliis triangulo-ovatis sinuatis subtus farinaceis, valvulis seminiferis late triangularibus denticulatis: verrucarum corona laterali. *Linn. svec. n.* 920. (excl. annot. ad A. hastatam pertinente) *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 963. *Bieberst. cauc.* 3. *p.* 641. *Sv. Bot. t.* 626. *Flor. Dan. t.* 1284. *Leche scan. p.* 20. *n.* 83. *Kalm. bohusl. p.* 138? (*Hisinger norrig. p.* 41). *Osbeck. götheb. handl.* 4. *p.* 29.
A. rosea (*Willden. spec. pl.* 4. *p.* 960?) *Fries nov. p.* 68 *et* 104.
Hab. in ruderatis litoralibus ad sinum Scaniæ occidentalis circa Lomma, Borreby etc. copiose; (an etiam Bahusiæ in Väröarna? ut in Norvegia).

Caulis inferne sublignescens, teres (nec ob ramos oppositos tam frequenter compressus ac in praecedentibus), valde ramosus; ramis non nisi ad radicem oppositis, iterum alter-

natim multoties ramosis. Folia et reliquae partes herbaceae supra ut in Chenopodiis plerisque virentia (nec tam versicolora ac in praecedentibus), farina semper in pagina inferiore, sed apud exemplaria magis contracta etiam per superiorem paginam totamque plantam diffusa, denique adeo ut tota planta argentea, Svecis *Silfvermolla*. Calyx a foliis distinctissimus semperque suae magnitudinis et figurae, maturescente semine ultra tres lineas latus et sesquitertiam longus; verrucis lateralibus rigidis viridibus (quae in A. rosea Willd. et A. incisa Bieberst. fere desiderantur et valvulae ceterum minores, forsan ab defectum soli marini).

402. HALYMUS.

Wallroth sched. crit. p. 117. — Wahlenb. Nov. Act. Ups. VIII. p. 228. 254. t. 5. fig. 2.

Flores masculi ut in præcedente genere, sed eo certius semine carentes. Floris feminei calyx inæqualiter quadridentatus: urceolo utriculiformi supra stylos binos gerente. Semen in utriculo tectum (nec styliferum), filo umbilicali longo inverse adnexum; radicula adscendente. — *Herbæ præcedenti generi proximæ, sed ramis foliisque eo magis oppositis, foliis oblongatis sine angulis, calycibus basi in pedunculos elongatis.*

1161. HALYMUS *pedunculatus:* calycibus fructus in pedunculos folio longiores elongatis compressis biauritis. *Wallroth l. c.*

Atriplex pedunculata *Linn. spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 966. *Flor. Dan. t.* 304. *Retz. diss. obs. bot. p.* 27. *Ahlquist Vet. Ac. Handl.* 1821. *p.* 303. *Forsander veg. scan. p.* 16.

Atr. n. 81. *Leche scan. p.* 19. *Linn. svec. n.* 919. (A. portulacoides perperam, nec spec. pl.).

Hab. in litoribus magis salsis per insulas et oras exteriores maris Balthici, ut Gotlandiæ in Kändarfvestrand paroeciæ Sproge et in Gröttlingbodde, Ölandiæ in Schæfferiängen ad Ottenby et ad Färjestaden, Scaniæ occidentalis ad Landskrona et Helsingborg nec non in insula Hven passim.

Radix annua. Herba praecipue ramis suis divergentibus terrae valde adpressa, difficulter legenda, serotina, epider-

mide leprosa albescens, circiter spithamam longa. Folia vix unciam longa, inferiora oblonga, superiora magis lanceolata. Pedunculi calycis profecto fructiferi foliis longiores, eximie reflexi. Calycis hujusce lobi vel auriculae circa tres lineas a se invicem distantes.

403. VERATRUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1564. *Juss. gen. p.* 53. *Gaertn. fr.* 1. *p.* 71. *t.* 18.

Calyx nullus (nisi corollam ita dicas). Petala sex persistentia, staminibus totidem opposita. Germina tria adolescentia in Capsulas basi tantum connexas, margine interiore dehiscentes seminiferasque, univalves. Semina arillo plano imbricata. Masc. inferiores Pistilla plus minus excludunt. — *Herbæ floribus paniculatis, foliis maximis plicatis. Ord. nat.* 11. *Coronariæ y. Colchicaceæ.*

1162. VERATRUM *album:* racemis paniculatis glabriusculis, corollis subsessilibus erectis acutis. *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 1479. *ed. Willd.* 4. *p.* 895. (adjecto V. viridi p. 896). *Fl. Dan. t.* 1120. *Gunner. norv. n.* 315. *t.* 1. *Wahlenb. lapp. n.* 495.

Hab. locis humidis, ad rivulos alpium extimarum ad mare septentrionale sitarum præcipue in Hopseidet et adjacentibus sinubus Finmarkiæ orientalis frequenter.

Radix valde perennis constituens caudicem saepe pollice crassiorem intus albissimum, unde nomen speciei, Norvegis *Hvit Nyserot.* Caules duos tresve pedes alti, digitum crassi, rigidi. Folia fere omnia radicalia, sed vaginis teretibus integris caulem longe vestientia, ceterum sessilia, ovalia, magna, saepius spithamam lata. Quae in caule re vera inseruntur folia vix nisi bracteae sunt, e quarum axillis rami paniculae prodeunt. Panicula amplissima, racemis lateralibus compositis subpubescentibus. Corolla fere tota viridis (unde nomen specificum alterum obtinuit), semiunciam vix longa. Capsulae fere ejusdem magnitudinis; valvulis diversarum capsularum ultra medium conjunctis costa communi.

ORD. 2. DIOECIA.

404. ACER.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1590. *Juss. gen p.* 278. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 166. *t.* 116.

Florum omnium Calyx quinquepartitus, basi callum nectarinum gerens; Petala quinque extrorsum latiora patentia; stamina octo; stigmata duo. Masc. Stamina longitudine demum petalorum, sed Pistillum obsoletum e callo nectarino non emergens. Hermaphr. vel potius Neutrorum Stamina petalis triplo breviora vix dehiscentia et pistillum ejusdem longitudinis abortiens. Fem. antheræ subsessiles non dehiscentes, sed pistillum staminibus longius adolescens in capsulas duas divaricatas monospermas margine superiore alatas. — *Arbores nitide virentes, foliis oppositis lobatis, floribus lutescentibus. Ord. nat.* 35. *Trihilatæ?*

1163. ACER *platanoides:* foliis quinquelobis utrinque glabris: lobis dentibusque acuminatis, cymis erectis fastigiatis glaberrimis. *Linn. svec. n.* 924. *spec pl. ed. Willd.* 4. *p.* 986. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 595. *Sv. Bot. t.* 86. *Wahlenb Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 218. *Hülphers medelp. p.* 104.

Hab. in lucis fertilioribus Sveciæ temperatioris usque ad Vermlandiam ferrimontanam et Helsingiam frequenter; rarius postea ad radices montium quorundam ut Hyckjeberget Dalecarliæ, Liden Medelpadiæ et denique extra flumen Angermanniæ ad promontoria marina prope Nora et juxta Skulberget.

Arbor mediae magnitudinis, lata, umbrosissima, Svecis *Lönn*, Gothis *Lund*, initio frondescentiae florens. Folia plerumque manum expansam magna. Fructus alae apicibus circiter tres uncias a se invicem distantibus.

1164. ACER *campestre:* foliis trifidis: lobis obtusis bicrenatis, cymis erectis angustatis pubescentibus. *Linn. svec. n.* 925. *spec. pl. ed. Willd* 4. *p.* 989. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 594. *Sv. Bot. t.* 409. *Flor. Dan. t.* 1288. *Forsander veg. scan. p.* 9.

Hab. in Scania australi sylvestri arenoso-clivosa jurisdictionis Wemmenhög paroeciæ Svedala prope

Brännemölla loco Nauerbacken dicto regionis Segeân sat, copiose (*Fries*).

Arbuscula praecedente duplo triplove minor et contractior; ligno tenaciori, Svecis *Nafver* (Danis *Nauer*). Folia tribus unciis non longiora, subtus ad nervos eximie pubescentia, ceterum obscurioris coloris. Inflorescentia multiplo angustior, saepe subsimplex fere corymbosa. Flores quoque minores magis serotini. Fructus magis divaricati, minores.

405. FRAXINUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1597. *Juss. gen. p.* 118. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 222. *t.* 49.

Flores omnes in nostra specie nudi (sine calyce et corolla) quodammodo diandri. Masc. magis conglomerati, inferne antheris solis sessilibus, superne pistillo sterilescente. Hermaphr. vel potius feminei in pedicellis magis elongatis subpaniculatis: antheris subpedicellatis ad latera plana germinis vix nisi in apice paniculæ dehiscentibus; germine ovato compresso elongato in stylum cylindraceum superne bifidum, adolescente in capsulam compressam superne foliaceam bilocularem sed demum plerumque monospermam. — *Arbores foliis oppositis pinnatis. Ord. nat.* 17. *Sepiariæ.*

1165. FRAXINUS *excelsior:* foliis pinnatis: foliolis lanceolatis acuminatis serratis subsessilibus glabris. *Linn. svec. n* 926. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 1099. *Sv. Bot. t.* 175. fem. *Flor. Dan.* 6. *t.* 969. fem. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 218. *Hartm. ibid.* 1818. *p.* 126.

Hab. in sylvis humidioribus Sveciæ temperatioris usque ad Vermlandiam fer. imontanam et Helsingiam passim.

Arbor procera, gemmis magnis atris, Svecice *Ask.* Flores antheris quoque atris pollen flavescens spargentes, e gemmis lateralibus propriis longe ante frondescentiam orti. Folia foliolis primum conduplicatis, demum a petiolo communi decidentibus. Capsulae circiter unciam longae, totae lanceolatae, per hyemem persistentes.

CLASSIS XXIV.

CRYPTOGAMIA.

CONSPECTUS.

Defectu florescentiæ secundum fructum hæ plantæ abeunt in sequentes Sectiones et Ordines.

I. Sectio. Capsulares: capsulis membranaceis a stirpe bene distinctis.

1. *Ord.* FILICES: *capsulis rotundatis, neque in stylum neque pedunculum elongatis, plerumque gyratis et in frondis aversa parte sitis* (*F. dorsiferæ*) *rarius in spicis* (*F. spicatæ*), *rarissime in axillis foliolorum vel aliter* (*Filicoideæ*).

2. *Ord.* MUSCI: *capsulis attenuatis in stylum plerumque etiam in pedunculum, sæpius operculatis* (*M. frondosi*) *rarius longitudinaliter dehiscentibus* (*M. hepatici*).

II. Sectio. Fructu crassioribus parietibus facto iisque stirpi magis similibus.

3. *Ord.* ALGÆ: *fructu a stirpe crustacea, foliacea vel coriacea facto, sæpius aperto plus minus scutelliformi in a*) *Terrestribus, plerumque magis clauso et tuberuliformi in b*) *Aquaticis.*

4. *Ord.* FUNGI: *fructu constituente majorem partem stirpis magis carnosæ vel fungosæ, eoque sæpius pileiformi, rarius sacciformi.*

In his omnibus Ordinibus primariæ et perfectissimæ formæ semper vulgatissimæ sunt, itaque eo magis characteri subjungi possunt. Incipit igitur quisque ordo non tantum Subdivisione principali verum etiam genere omnium optimo et maximo; ita etiam sæpius subdivisiones

sequentes. Sic Filices 1 dorsiferæ POLYPODIUM, *3 muscosæ* LYCOPODIUM; *Musci 1 frondosi* HYPNUM, *2 hepatici* JUNGERMANNIA; *Algæ 1 terrestres* LICHEN, *2 Aquaticæ* FUCUS; *Fungi 1 Pileati* AGARICUS.

Quo contra magis a forma primaria discedunt eo pauciora genera eaque eo minora. Itaque appendicis loco subjungi possunt sine inconvenientia, quamquam primo intuitu aliena videntur.

Quoniam maximi sunt hi Ordines conspectum unicuique separatim suo loco anteponere convenit.

1. ORD. FILICES.

CONSPECTUS.

1) Dorsiferæ s. Gyratæ: capsulis gyratis in dorso frondis.

Caps. aggregatæ in puncta - - - - - - - - - 406. POLYPODIUM
collect. in lineas involucro ext. tectas e venis ortas 407. ASPLENIUM
venis contrarias superfic. 408. BLECHNUM
marginales 409. PTERIS
dispersæ in venis apice laciniarum replicato sæpius tectæ 410. ONOCLEA

2) Spicatæ s. Agyratæ: capsulis crassioribus agyratis in marginibus frondis spicaeve.

Caps. in apice frondis in binas partes disrumpentes - - 411. OSMUNDA
in caule separato bivalves rathi compositæ adnatæ 412. BOTRYCHIUM
inter se connatæ in spicam simplic. 413. OPHIOGLOSSUM

App. a) Filicoideæ (fronde communi destitutæ) muscosæ: foliis fere muscorum fulcrantibus capsulam seminibus sæpe in tetraëdron connatis.

Capsulæ bivalves nudæ - - - - - - - - - 414. LYCOPODIUM
evalves intra substantiam folii diclinæ - - - 415. ISOËTES
quadriloculares nudæ - - - - - - 416. PILULARIA

App. b) Filicoideæ verticillatæ: ramis verticillatis.

Capsulæ bivalves sub pelta spicæ. Semina elateribus spiralib. 417. EQUISETUM
Capsula spiralis et Globuli peltis compositi - - - - 418. CHARA

406. POLYPODIUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1632.

Capsulæ aggregatæ in puncta subrotunda superficialia: involucro vel 1) nullo (Polypodio Sw.) n. 1166-1169. 1170? vel 2) in modum fimbriarum capsulas cingente (Woodsia Brown) n. 1171. 1172. vel 3) integro (Aspidio Sw.) eoque aut a) lineolæ laterali adfixo (Cyathea Smith) n. 1173-1175. aut b) subpeltato n. 1176-1179. — *Filices majores, radice repente in n.* 1166-1170. 1175. *cæspitosa in reliquis, sed maxima in ultimis præcipue Svecice* Ormbunkar *dictis.*

1166. POLYPODIUM *vulgare:* fronde pinnatifida; laciniis linearibus obtusis subserratis. *Linn. svec. n.* 944. *spec. pl. ed Willd.* 5. *p.* 172. *Sv. Bot. t.* 37. *Fl. Dan.* 6. *t.* 1060. *Wahlenb. lapp. n.* 497. *Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 130.

Hab. in rimis et præruptis saxorum sylvaticorum totius Sveciæ ad Lapponiam sylvaticam usque frequenter; sed rarescit in insulis formationis transitionis Gotlandiæ Oelandiæque.

Radix crassitie pennae anserinae, flava, saporis dulcioris Svecis *Stensöta*, *Bergsöta* (totaque planta *Söthräken*). Frons ipsa nuda et laevis vix pedalis, punctis fructificantibus insignioribus flavis ornata, ultra hyemem magis persistens quam sequentium.

1167. POLYPODIUM *Phegopteris:* fronde subbipinnata subtus hirta; pinnis infimis deflexis; pinnulis baseos rachi adnatis rhombeis. *Linn. svec. n.* 945. *spec. pl. ed. Willden.* 5. *p.* 199. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1241. *Wahlenb. lapp. n.* 500. *Zetterstedt. res.* 2. *p.* 20. *Hisinger herjed. p.* 50.

Hab. locis occultioribus sylvarum per plerasque provincias usque ad Lapponiam passim.

Radix filo vix crassior nigrescens. Frons quoque flaccida obscurius virens; pinnis infimis basi liberis et deflexis; punctis fructificantibus minutis albentibus submarginalibus.

1168. POLYPODIUM *Dryopteris:* fronde ternata; foliolis bipinnatis patulis; laciniis obtusis subcrenatis,

radice filiformi. *Linn. svec. n.* 949. *spec. pl. ed. Willd.* 5. *p.* 209. *Engl. Bot.* 9. *t.* 616. *Wahlenb. lapp. n.* 501. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 20.

β. calcareum: fronde magis elongata, rachi glanduloso-pubescente, radice magis dentata. *Regensb. bot. Zeit.* 1825. *p.* 76.

P. calcareum *Smith Engl. Bot.* 22. *t.* 1525. *Regensb. bot. Zeit.* 1820. *p.* 48. 505. — 1821. *p.* 219.

Hab. in sylvis omnibus muscosis totius Sveciæ frequenter; *β* in calcareis montosis ex. gr. ad Osmundsberg Dalecarliæ optimum.

Radix adultior omnino tenuitate fili et nigerrima. Frondes etiam graciliores quam in proximis, fere spithamam et latae et longae; punctis fructus minoribus sub margines reflexos. — Hoc praecipue sub Quercu (Dryopteris) crescere crediderunt, cum praecedens sub Fago (Phegopteris). — *β* differt tantum habitu vegetior, fronde magis elongata, unde et pinnae angustiores, radice crassiore et ob stipites numerosiores magis dentata; quae omnes differentiae a solo fecundiore pendent. In calcareis campestribus macris ex. gr. ad Balsberg Scaniae forma intermedia observatur.

1169. POLYPODIUM *Thelypteris:* fronde pinnata: pinnis pinnatifidis integerrimis; fructiferis margine revolutis: punctis diffluentibus. *Linn. mant. p.* 505. *svec. n.* 939. (Acrostichum). *spec. pl. ed. Willd.* 5. *p.* 249. (Aspidium). *Flor. Dan. t.* 760. *Wahlenb. ups. n.* 646.

Hab. in sylvis paludosis cæspitosis Sveciæ temperatioris saltim usque ad Gestriciam passim.

Radix crassitie pennae columbinae, fere tota nuda, nigerrima. Frondes pedales et aliquantum ultra. Puncta fructificationis quidem submarginalia, sed magis vaga et lacinias frondis contrahentia quam in ceteris. Ex tenuioribus est, itaque etiam feminea Filix (Thelypteris) dicta.

1170. POLYPODIUM *Oreopteris:* fronde pinnata: pinnis pinnatifidis: laciniis margine undulatis obtusis, punctis fructiferis marginalibus demum confluentibus. *Ehrh. crypt. n.* 22. *Willden. spec. pl.* 5.

p. 247. *Flor. Dan. t.* 1121. *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1822. *p.* 340.
Hab. in monte quodam sylvatico infra alpes juxta vicum Täråker ad Bindalsfjord Helgelandiæ maxime meridionalis Norvegicæ.

Praecedente major (saepius bipedalis longitudinis) et robustior, pinnarum laciniis latioribus ideoque obtusioribus et punctis fructiferis magis marginalibus (unde forsan nomen speciei). Frondis superficies inferior quoque punctulis glandulosis resinosis evidentioribus et copiosioribus adspersa. In hoc etiam initia involucrorum aliquando deteguntur, quae omnino desiderari videntur in praecedente intra sectionem pseudopteridum a n. 1167. incipientem et punctis fructus minutis sub margines recurvatos integros insignitam primaria specie. Itaque si Aspidium in genus naturale reformaretur neutra illarum illic pertinerent.

1171. POLYPODIUM *ilvense:* fronde bipinnatifida: laciniis oblongis obtusis subcrenatis subtus stipiteque paleaceis, involucris fimbriatis. *Linn. svec. ed.* 1. *n.* 850. *it. vestrog. p.* 71. *spec. pl. ed. Willden.* 5. *p.* 198. *Wahlenb. lapp. n.* 498.
Acrostichum ilvense *Linn. svec. ed.* 2. *n.* 938. *Fl. Dan. t.* 391.
Woodsia ilvensis *Brown.*
Hab. in rimis saxorum etiam apricorum totius Sveciæ usque ad subalpina loca Lapponiæ frequenter; in calcareis autem formationibus junioribus rarescit.

Radix valde caespitosa et basibus stipitum delapsorum superstitibus dense obsita. Frondes plerumque spithamaeae, supra glabrae, sed subtus paleis ad venas et fimbriis ad fructificationes valde hirtae. Puncta fructificationis ad margines orta demum introrsum diffluunt; capsulis eximie fuscoaeneis.

1172. POLYPODIUM *hyperboreum:* fronde subbipinnatifida; pinnis inferioribus sterilibus semiorbiculatis trifidis crenatis subtus stipiteque epaleaceis, involucris fimbriatis. *Willden. spec. pl.* 5. *p.* 197. *Wahlenb. lapp. n.* 499. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 24.
Acrostichum hyperboreum *Liljeblad Vet. Ac. H.* 1793. *p.* 201. *t.* 8.

β. gracile: pinnis omnibus fructiferis elongatis stipiteque passim ciliatis. *Wahlenb. lapp.* — *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 134. — 1814. *p.* 109. (P. ilvense *β*?).

P. hyperboreum *Engl. Bot.* 29. *t.* 2025.

Hab. in fissuris rupium alpinarum Lapponiæ mediæ passim, ut in Kärpile ad Torneåträsk, ad Virihjaur pluribus locis, in Kalkisbout Lapponiæ Pitensis; nec non Jemtlandiæ ad Humlarne.

Praecedenti valde affine, sed minus (minimum hujus generis), vix digitum longum, et praecipue tenerius, glabrius. Stipes vix seta crassior, virens, tantum ad radicem paleaceus. Pinnae nullae plus quam tres lineas longae.

1173. POLYPODIUM *montanum*: fronde ternato-tripinnata deltoidea; pinnulis distantibus pinnatifidis; laciniis incisis dentatisve sublinearibus, involucris solitariis lateralibus. *Allion. pedem. n.* 2410. *Willden. spec. pl.* 5. *p.* 286. (Aspidium) *Schkuhr crypt. p.* 61. *t.* 63. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 128. *Wahlenb. lapp. n.* 507.

Hab. ad rupes occultiores tum in sylvis abiegnis prope alpes, ut Jemtlandiæ ad Hofverberget et in Frösön, Angermanniæ supremæ ad Tåsjöberget, Lapponiæ Åselensis inter Skansholm et Långsele, Nordlandiæ ad Sörfolden præfecturæ Saltensis pluribus locis, et in Nammats Lapponiæ Lulensis, tum in ipsis alpibus Lulensibus ad Jegna-apo et Jolli satis copiose.

Radix repens, subfiliformis, nigra. Stipes virescens, inferne paleis raris et obtusis adspersus, totus cum fronde circiter pedem longus. Frons tota saepe spithamam lata et longa, maxime et composita et divisa in hoc genere; laciniis nullis plus quam lineam latis.

1174. POLYPODIUM *fragile*: fronde bipinnata; pinnis oppositis; pinnulis distantibus obovatis, inciso-dentatis, involucris lateralibus. *Linn. svec. n.* 948. *spec. pl. ed. Willd.* 5. *p.* 280. (Aspidium). *Fl. Dan. t.* 401. *Wahlenb. lapp. n.* 506.

Hab. in fissuris rupium occultioribus per totam Sveciam ubique.

Radix subcaespitosa: caudice primario pennam gallinaceam crasso nigro. Stirps tota primum fragilissima omnium, vix pedem longa et uncias duas lata.

1175. POLYPODIUM *Filix femina:* fronde bipinnata; pinnulis lanceolatis acutis dentatis, involucris lateralibus. *Linn. svec. n.* 947. *spec. pl. ed. Willden.* 5. *p.* 276. (Aspidium). *Engl. Bot.* 21. *t.* 1459. *Wahlenb. lapp. n.* 505.

Hab. in subhumidis sylvarum, ad radices rupium, per totam Sveciam frequenter.

Radicis caudex centralis circiter pennam anserinam crassus, ut bases stipitum extus nigricans, intus parum lutescens. Stirps reliqua etiam sequente longe tenerior, sed vix brevior, saepe ultra bipedalis. Involucra lanceolata, recta, hyalina; capsulis fuscescentibus.

1176. POLYPODIUM *Filix mas:* fronde bipinnata; pinnulis oblongis obtusis crenulatis, involucris subpeltatis, stipite paleaceo. *Linn. svec. n.* 946. *spec. pl. ed. Willd.* 5. *p.* 259. (Aspidium). *Sv. Bot. t.* 51. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1346. *Wahlenb. lapp. n.* 504.

Hab. ad radices rupium alibique locis sylvaticis totius Sveciæ frequenter.

Maxima nostrarum vulgatiorum Filicum, prae ceteris Svecorum *Ormbunke* vel *Ormkagge*. Radicis caudex centralis digitum minorem crassus stipitumque bases extus rufae intus sulphureae. Frondes saepius plus quam bipedales. Involucra orbicularia, dimidia linea latiora, pallida, prope costas collecta; capsulis rufescentibus.

1177. POLYPODIUM *cristatum:* fronde subbipinnata; pinnulis ovatis obtusis superne argute dentatis, involucris subpeltatis, stipite paleaceo. *Linn. svec. ed.* 1. *n.* 848. *spec. pl. ed. Willd.* 5. *p.* 252. (Aspidium). *Afzelius Vet. Ac. Handl.* 1787. *p.* 255. *t.* 9. *Sv. Bot. t.* 390. *Wahlenb. ups. n.* 652.

P. Callipteris *Ehrh. beitr.* 3. *p.* 69. *Rutström dissert. p.* 6.

Hab. in paludosis cæspitosis sterilibus sylvarum majorum frigidiorum saltim Sveciæ mediæ, ut Upsaliæ, Stockholmiæ, Gevaliæ passim parcius; etiam australis ut Hallandiæ et Scaniæ ad Skabersjö.

Quodammodo medium inter praecedentem et sequentem, sed utroque paullo simplicius vel minus divisum praecipue in statu sterilescente et versus basin. Fructificationes rariores et vix nisi apicem versus frondis, minores fere ut in sequente.

1178. POLYPODIUM *spinulosum*: fronde bipinnata ovata; pinnulis oblongis acutiusculis mucronato-serratis, involucris subpeltatis, stipite paleaceo. *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 252. *Flor. Dan. t.* 707. *Willd. spec. pl.* 5. *p.* 262. *Wahlenb. lapp. n.* 505.
β. dilatatum: fronde inferne dilatata subtriangulari sterilescente.
P. Dryopteris *Flor. Dan. t.* 759.
Hab. in sylvis magis humosis totius Sveciæ fere ubique.

Affine Filici mari, at omnibus partibus tenuius, frondibus basi in latitudinem spithamae et ultra distentis, involucris saltem dimidio minoribus tenuioribus fere hyalinis. — β est forma macra abbreviata ad α se habens fere ut P. Dryopteris ad calcareum.

1179. POLYPODIUM *Lonchitis*: fronde pinnata; pinnis dentato-spinulosis semilunaribus: angulo baseos sursum verso, stipite paleaceo. *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 1548. *ed. Willd.* 5. *p.* 224 (Aspidium). *Fl. Dan. t.* 497. *Wahlenb. lapp. n.* 502. *Liljeblad Vet. Ac. Handl.* 1793. *p.* 205. *Hartm. ibid.* 1818. *p.* 134. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 109.
Hab. in rupium sicciorum fissuris ad alpes Lapponicas rarius ut propre Torneåträsk et in Säkkok Lulensium, infra alpes per Finmarkiam occidentalem et Nordlandiam frequentius, denique prope alpes Jemtlandiæ in Totthummeln (nec non juxta limitem Norvegiæ usque ad Vermlandiam et Daliam raro, nisi ibi P. aculeati var. norvegica Hisinger norrig. p. 41).

Radix valde caespitosa, nigra, sed paleis longis rufescentibus stipitum tecta. Frons tota magis longa et angusta quam in ceteris, saepe pede longior sed bis uncia vix unquam latior, undique valde attenuata. Pinnae prope radicem tres

lineas tantum longae, vel paleis stipitis breviores omnino deltoideae, sed versus medium frondis angulo inferiore disparente; superiore eo majore et acutiore producto fere in formam hastae seu lanceae (unde nomen speciei). Ceterum rigidior spinulis suis quam ulla alia species. Puncta fructifera lineas duas in quaque pinna occupantia, vix minora quam in Filice mare.

407. ASPLENIUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1631.

Capsulæ aggregatæ in lineolas rectas, e venis frondium ortas, ipsis parallelas earumque involucro introrsum dehiscente tectas, sed margini contrarias. — *Filices minores, radice densius cæspitosa, frondibus* 1) *parallele dissectis n.* 1180-1182. 2) *pinnatis n.* 1183. 1184. 3) *simplicibus n.* 1185.

1180. ASPLENIUM *septentrionale*: fronde nuda subfiliformi partita laciniataque. *Willden. spec. pl.* 5. *p.* 307. *Sv. Bot. t.* 534. *f.* 1. *Wahlenb. lapp. n.* 508. Acrostichum septentrionale *Linn. svec. n.* 937. *Fl. Dan. t.* 60.

Hab. in rimis petrarum et lapidum majorum per maximam partem Sveciæ (usque ad Döraberget Angermanniæ: *Læstadius*) frequenter; rarescit autem in formationibus transitionis calcareis ut Gotlandiæ Oelandiæque.

Radix et bases stipitum ut in sequentibus nigro-fuscae, sed stipites ceterum toti virides, plerumque digito parum longiores; laciniis stipite vix duplo latioribus, fructificatione mox omnino tectis.

1181. ASPLENIUM *alternifolium*: fronde pinnata; pinnis alternis lanceolato-cuneatis apice dentatis: inferioribus bipartitis subsessilibus. *Wulfen in Jacqu. misc.* 2. *p.* 51. *t.* 5. *f.* 2. *Wahlenb. ups. n.* 654. *Willden. spec. pl.* 5. *p.* 350. (A. germanicum) *Sv. Bot. t.* 534. *f.* 2. (A. Breynii). *Retz. diss. obs. bot. p.* 27. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 124. *Aspegren bleking. p.* 72.

Hab. in rimis petrarum præcipue Sveciæ mediæ et orientalis, ad aquas majores passim, ut Stockholmiæ

ad Danviken, Ulriksdal etc. Upsaliæ in montibus Godtsundensibus, Gevaliæ etc.; rarius Smolandiæ in Solberget ad Vexiö et Blekingiæ.

Praecedenti valde affine, quamquam sequenti interdum similius videtur, colore fusco altius in stipitem adscendente, laciniis stipite multiplo latioribus ultra lineam latis: inferioribus aliquando breviter pedicellatis.

1182. ASPLENIUM *Ruta muraria:* fronde ternato-decomposita; pinnulis subrotundo-cuneiformibus crenulatis lobatisque. *Linn. svec. n.* 945. *spec. pl. ed. Willden.* 5. *p.* 341. *it. gotl. p.* 178 228. *Vet. Ac. Handl.* 1741. *p.* 88. *Sv. Bot. t.* 306. *Flor. Dan. t.* 190. *Ahlquist rünst. p.* 32. *Montin Vet. Ac. Handl.* 1766. *p.* 246. *Leche scan. p.* 28. *n.* 57. *Wahlenb. lapp. n.* 511.

Hab. in rimis petrarum calcarearum maritimarum Gotlandiæ et Oelandiæ quam frequentissime, Scaniæ passim, deinde prope oras maritimas præcipue ad Marmorbruket juxta Bråviken Ostrogothiæ usque ad Stockholmiam ex gr. ad Roslagstullen passim, nec non per Hallandiam et Bahusiam usque ad Nordlandiam et Finmarkiam rarius, denique etiam in petris calcareis ad lacus majores ut in Kinnekulle et in Persberget Vermlandiæ.

Brevius, sed crassius, latius et magis divergens nec non saturatius viride, Rutam magis referens quam praecedens species. Stipes totus cum fronde digitum tantum longus, viridis usque ad basin. Frons ipsa fere triangularis, unciam lata et eadem paullo longior; laciniis superne duas lineas latis, fere truncatis.

1183. ASPLENIUM *Trichomanes:* fronde pinnata; pinnis suboppositis sessilibus ovatis obtusis crenatis, rachi demum discolore persistente. *Linn. svec. n.* 942. *spec. pl. ed. Willd.* 5. *p.* 331. *Sv. Bot. t.* 131. *Flor. Dan. t.* 119.

Hab. in rimis rupium sylvaticarum totius Sveciæ, usque ad Döraberget Angermanniæ (*Læstadius*) frequenter.

Radix valde congregata, nigro-fusca, emittens stipites saepe spithamaeos usque inter pinnas supremas ejusdem coloris et demum persistentes post casum pinnarum, unde Polytrichum offic. Svecis *Berg Lånke*, *Bergspring*, *Stenbryt* etc. Pinnae inferiores semper oppositae, parum ultra duas lineas longae.

1184. ASPLENIUM *viride:* fronde pinnata; pinnis suboppositis pedicellatis rhombeo-subrotundis inciso-crenatis, rachi concolore decidua. *Willden. spec. pl.* 5. *p.* 332. *Sv. Bot. t.* 462. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1289. *Wahlenb. lapp. n.* 509. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 101. — 1818 *p.* 134 139.

Hab. in rupium fissuris umbrosis subirrigatis infra alpes Lapponicas per Finmarkiam occidentalem et Nordlandiam passim, prope alpes Jemtlandiæ etiam pluribus locis; denique Vermlandiæ occidentalis Jösseharad paroeciæ Elgå prope Grässjötorp (*Rejman*).

Praecedenti valde affine, sed tenuius et viridius remanente colore fusco tantum in caudicibus stipitum. Pinnae quoque paullo magis irregulares, tres lineas longae, pauciores. Stirps tota enim rarius digito longior.

1185. ASPLENIUM *Scolopendrium:* fronde simplici basi cordata lingvæformi integerrima, lineis fructificantibus geminis demum confluentibus: involucro duplici. *Linn. suec. n.* 941. *spec. pl. ed. Willd.* 5. *p.* 348. (Scol. offic.) *Sv. Bot. t.* 145. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 228. 256. (*Leche scan. p.* 21. *n.* 88.)

Hab. in crypta humida petræ calcareæ transitionis ad latus orientali-septentrionale insulæ Lilla-Carlsöen prope Gotlandiam copiose, (et loco subsimili ad Öfvedskloster Scaniæ olim).

Stirps longe maxima in hoc genere apud nos, saepe plus quam pedalis longitudinis, in infantili statu et ad radicem eximie paleacea (quod in nulla praecedentium). Stipes pennae columbinae crassitudinis. Frons indivisa saepe bis unciam lata. Radix penna anserina fere crassior, eximie flavescens, prae ceteris ad splenem usitata unde nomen, quod etiam Svecice *Mjält-ört*.

408. BLECHNUM.

Schr. ed. gen. pl. Linn. n. 1627. Hedwig. theor. ed. 2. p. 93. t. 5.

Capsulæ collectæ in lineas venis contrarias sed costæ et marginibus parallelas; involucro introrsum dehiscente superficiali. — *Frons simpliciter et pectinatim pinnatifida; fertilis lineis fructiferis validis angustata.*

1186. BLECHNUM *Spicant:* fronde pinnatifida; laciniis sublinearibus obtusiusculis parallelis integerrimis fructu contractis. *Roth tent. fl. germ. 3. p. 44. Willden. spec. pl. 5. p. 408.* (B. boreale). *Wahlenb. lapp. n. 515. Hising. jemtl. p. 74. Hartm. Vet. Ac. Handl. 1814. p. 101. Wahlb. gothob. p. 95. Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p. 228. Aspegren bleking. p. 72.*

Osmunda Spicant *Linn. svec. n. 936, it. scan. p. 365. Fl. Dan. t. 99. Montin Vet. Ac. Handl. 1766. p. 246. Leche scan. p. 20. n. 87.*

Hab. ad radices rupium infra alpes Nordlandiæ ex. gr. ad Rörstad, prope alpes Jemtlandiæ ex. gr. ad Skurdalsport, et dein per Sveciam occidentalem montosam, ut Vermlandiæ ad diversorium Gustafskrog, Vestrogothiæ ad Götheborg, Smolandiæ occidentalis frequenter usque ad diversorium Ingaryd, Hallandiæ ad Stjernarp etc. Scaniæ inter fodinam Lithanthracis Bosarpensem et Kalmaremölla, ad Helsingborg versus V. Ramlösa nec non ad Simontorp in Folahagen, Blekingiæ; denique etiam Gotlandiæ ad pagum Tjelders paroeciæ Boge.

Radix caespitosa, nigra. Stipites ad basin paleacei; frondium fructificantium crassiores, fere usque ad apicem suum atropurpurei; sterilium tenuiores fere toti virides. Frondes uncia vix latiores, sed fructiferae saepe pedem longae, steriles breviores; laciniae steriles circiter duas lineas latae, sed fructiferae contractae in dimidiam latitudinem capsulis fuscis demum occupatam, apte Svecis *Björnkamm.*

409. PTERIS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1626.

Capsulæ collectæ in lineam tenuem ad marginem totum

frondis continuam; involucro a marginibus folii orto introrsum dehiscente. — *Frons magna subternata fructificationibus non angustata.*

1187. PTERIS *aquilina:* fronde supradecomposita; pinnulis lanceolatis acutiusculis: infimis pinnatifidis: superioribus minoribus. *Linn. svec. n.* 940. *spec. pl. ed. Willd.* 5. *p.* 402. *Sv. Bot. t.* 90. *Wahlenb. lapp. n.* 512. *Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 36. *Hartman. ib.* 1818. *p.* 139. *Hisinger jemtl. p.* 71. 72. *herjed. p.* 50.

Hab. ubique in sylvis sterilioribus præcipue arenosis per maximam partem Sveciæ scil. usque ad Silfberg paroeciæ Boda Dalecarliæ, Järfsö et Stöde Helsingiæ, Själevad, Arnäs etc. Angermanniæ, Vålgsjö Åselensium; sed infra alpes Norvegiæ usque ad Salten Nordlandiæ Norvegicæ passim.

Radix profunde repens, digitum minimum crassa; stipitibus solitariis. Svecis *En-stabb*, superne trifidis (Svec. *Trejon?*). Frons tota circiter tripedalis altitudinis et pedalis latitudinis Svecis *Ormris* vel *Bråken*, quia rigidioris substantiae, attamen frigoris impatiens.

410. ONOCLEA.

Schreb. ed. gen. pl. n. 1624.

Capsulæ in venis pinnarum nudæ præter apices laciniarum replicatos et supra easdem plus minus contractos. — *Frondes fructiferæ itaque duplo magis angustatæ quam steriles, subternatæ in n.* 1188. *bipinnatifidæ in n.* 1189.

1188. ONOCLEA *crispa:* fronde supradecomposita alterne ramosa; foliolis sterilis extimæ ovalibus crenatis obtusis; fertilis contractis sublinearibus margine incurvo fructum tegente. *Brown prodr. p.* 6. *Willden. spec. pl.* 5. *p.* 595. (Pteris). *Fl. Dan. t.* 496. (Osmunda). *Wahlenb. lapp. n.* 513. *Zetterst. res.* 2. *p.* 132. *Swartz Vet. Ac. H.* 1789. *p.* 128. (*Retz. obs. bot. p.* 32?).

Hab. in lapidosis lateribus alpium Lapponicarum exteriorum et magis orientalium passim,

ut ad Strandgård Porsangriæ et Alten Finmarkiæ, in Yllostunturi Lapponiæ Tornensis, in Säkkok et Kaskajvo prope Qvickjock Lapponiæ Lulensis, in Kåbdespakti et Orfjället Lapponiæ Pitensis copiose (an etiam in alpibus Dalecarlicis? *Retz.*).

Radix subrepens vel laxius caespitosa, rufo-fusca; caudicibus paleaceis, filiformibus. Stirps tota flavescens. Frondes fertiles longiores cum stipite plerumque spithamam emetientes; steriles latiores saepe bis unciam latae, subdeltoideae, foliolis sesquilineam latis praeditae. Capsulae flaventes primum sub margines frondis fere sibi contiguos occultatae, sed dein magis explicato foliolo nunquam linea latiore in paginam magis disperguntur. Involucrum valde inconspicuum, sed indivisum ut Cheilanthis generis esse nequeat.

1189. ONOCLEA *Struthiopteris*: fronde sterili bipinnatifida: laciniis sublinearibus obtusiusculis. *Swartz syn. fil.* p. 111. *Wahlenb. lapp. n.* 514. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. p. 101. *Flor. Dan. t.* 169. *Gunn. norv. n.* 1. *t.* 1. *f.* 1-3. *Wahlb. goth.* p. 95. Osmunda Struthiopteris *Linn. svec. n.* 935, *it. vestrog.* p. 15. 33. 204. *scan.* p. 100. 101. *am. ac.* 8. p. 103. 105. *Lecke scan.* p. 20. *n.* 86. *Vet. Ac. Handl.* 1744. p. 284. *Bjerkander ib.* 1776. p. 80. *Hisinger verml.* p. 11. *Osbeck götheb. handl.* 4. p. 29. *Web. et Mohr reis.* p. 100. *Fries nov.* p. 120.

Hab. in convallibus angustioribus ad rivos per regiones montosas Sveciæ passim, ut infra alpes Lapponicas Nordlandiæ Finmarkiæque occidentalis copiose, per Norrlandiam pluribus locis, Dalekarliæ ad Söderbärke etc., Vermlandiæ occidentalis ad lacum Flagan, Roslagiæ et Sudermanniæ rarius, Vestmanniæ prope Mälaren ad Gäddeholm, Nericiæ ad Hjelmarn inter Glashyttan et Sundby, in tota sylva Tiveden et ad montes transitionis Vestrogothiæ copiose, Ostrogothiæ, Hallandiæ passim, Scaniæ ad Maltesholm, Simontorp, insula Lybeck Krageholmensi alibique.

Radix condensata in formam rapae, unde Nericiis *Get-*

rofva. Stirps quoque capris in cibum vertitur, quare Nericiis *Get-mat*, aliis etiam pecoribus magis accepta quam ceterae filices, unde rusticis variis *Foder-bråken*, ceterum saepius bipedalis altitudinis, in orbem crescens, saturate viridis. Frondes steriles exteriores majores, dictae altitudinis, spithamam latae; laciniis interdum trium linearum latitudinis. Frondes fructiferae interiores duplo minores, plerumque tantum bis unciam latae, sed interdum pinnae prope apicem explicantur duplo majores situm capsularum in venis paginae optime ostendentes.

411. OSMUNDA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1622.

Capsulæ reticulatæ in binas partes disrumpentes aggregatæ in serraturas marginales rachium a parte superiore frondis quasi formatarum. — *Frons maxima decomposita.*

1190. OSMUNDA *regalis*: fronde bipinnata; pinnulis lanceolatis subintegerrimis basi inferne subauriculatis, panicula bipinnata in apice frondis. *Linn. svec. n.* 933. *spec. pl. ed. Willd.* 5. *p.* 97. *it. scan. p.* 40. *Sv. Bot. t.* 336. *Flor. Dan. t.* 317. *Leche scan. p.* 20. *n.* 85. *Aspegren bleking. p.* 72. *Osbeck götheb. handl.* 4. *p.* 29. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 123.

Hab. locis humidis ad aquas Sveciæ temperatioris præcipue orientalis raro, ut Scaniæ ad Lillö prope Christianstad, Blekingiæ ad Nätrabyå, Hallandiæ maxime meridionalis in paroecia Våxtorp ad Tobodabäck et prope Laholm ad Evæbygget, Smolandiæ meridionalis paroecia Viresta in insula amni ad Fanhult, ad Läsebo, in Fylleå et ad Mortorp Calmariensis regionis; deinde tantum Gestriciæ in paroecia Hille ad Storbro inter Åbyggeby et Oslättforsbruk.

Radix crassa. Stirps facile maxima et pulcherrima nostrarum filicum, a praecedentibus eximie habitu recedens, rusticis Smolandicis *Safsabuske*, saepe quadripedalis altitudinis. Frons singula interdum pedem lata; foliolis digitum minorem et longis et latis. Panicula fructificans in apice

frondis palmam lata et saltem spithamam longa; spicis singulis pennam gallinaceam crassis. Capsulae magnitudine fere seminum Papaveris vel circiter sextuplo majores quam in praecedentibus Filicibus dorsiferis.

412. BOTRYCHIUM.

Swartz syn. fil. p. 171. Osmundæ spec. *Linn. gen. ed. Schr. n.* 1622.

Capsulæ bivalves coriaceæ rachi spicarum compositarum adnatæ. — *Radix fibrosa, caudice intus sobolifero. Folium compositum et fructificatio in eodem stipite, quo magis composita eo teneriora, unde species valde affines fere confluentes.*

1191. BOTRYCHIUM *Lunaria:* folio supra medium caulis subsessili pinnato; pinnis lunatis crenatis. *Willden. spec. pl.* 5. *p.* 61. *Sv. Bot. t.* 572. *f.* 1. *Wahlenb. lapp. n.* 516.

Osmunda Lunaria *Linn. svec. n.* 934. α. *Fl. Dan. t.* 18. *fig.* 1.

β. pinnis divisis. B. rutaceum *Willden. spec. pl.* 5. *p.* 62. *Regensb. bot. Zeit.* 1823. *p.* 127. 751.

Hab. in collibus et campis apricis totius Sveciæ usque ad Lapponiam inferiorem fere ubique sed parcius; *β* in maxime australibus passim ex. gr. Smolandiæ occidentalis ad Femsjö (*Fries*).

Planta circiter spithamaea. Folium totum uncia vix latius, pinnae omnes fere aequales saepe semiunciam latae Svecis *Låsgräs* vel *Fjätterört.*

1192. BOTRYCHIUM *rutaceum:* foliis ad basin caulis petiolatis ternato-bipinnatis; foliolis oblongis obtusis repandis. *Swartz syn. fil. p.* 171. *Flor. Dan. t.* 18. *f.* 2. *Sv. Bot. t.* 372. *f.* 2. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 124.

B. matricarioides *Willden. spec. pl.* 5. *p.* 62. *Fries nov. p.* 15. 38.

Osmunda Lunaria var. Bäckeana. *Linn. amoen. ac.* 8. *p.* 105.

Hab. locis glareosis valde apricis, subalpestribus Sveciæ septentrionalis et mediæ altioris rarius, ut Vestrobottniæ ad Luleå, Angermanniæ ad Anundsjö (*Læstadius*), Dalekarliæ paroecia Transtrand ver-

sus Hemfjället, Vermlandiæ ferrimontanæ ad Traneberg et fodinas Tabergenses, Helsingiæ atque Gestriciæ prope Gevaliam, Uplandiæ ad Noor in Torparkärret (*L. B. Hermelin*), Sudermanniæ ad Ryby in Hästhagen, Smolandiæ occidentalis ad Femsjö raro.

Folia triangularia vel potius latiora quam longa; pinnis lateralibus infimis eximie petiolatis sæpe unciam longis; laciniis ultimis circiter bilinearibus. Caulis vel scapus foliis longior.

1193. BOTRYCHIUM *virginicum:* folio ad medium caulis subpetiolato deltoideo bipinnato: pinnis pinnatifidis; laciniis sublinearibus extrorsum dentatis obtusiusculis. *Swartz syn. fil. p.* 171. *Willden. spec. pl.* 5. *p.* 64. *Sv. Bot. t.* 665. *Læstadius Vet. Ac. Handl.* ined.

Osmunda virginica *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 1579.

Hab. in pratis meridiei obversis ad radices montium Angermanniæ interioris raro, sc. ad Tåsjöberget versus orientem a templo ad rivulum trans Dubbelhagen prope pagum Östra Tåsjö et var. B. rutaceo accedens ad Anundsjö septentrionem versus, parce lectum 1824 a *L. L. Læstadio.*

Planta tota quam praecedentes laetius viridis, tenuior et gentilior quasi ex alia orbis parte. Organisatio ejus quoque subtilior, unde etiam divisiones magis determinatae, folii exortus e caule altius confixus, pinnae brevius petiolatae magis opposite et regulariter divisae usque in lacinias omnes aequales concinne dentatas. Folii divisiones fere ut in Polypodio montano; laciniis ultimis linea non latioribus. Exemplaria nostra circiter spithamaea. Capsulae minores et magis flavae quam in praecedente.

413. OPHIOGLOSSUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1621. *Hedw. theor. p.* 91. *t.* 4. *f.* 5.

Capsulæ bivalves subcartilagineæ inter se connatæ in spicam simplicissimam dehiscentia capsularum articulatam. — *Radix fibrosa tantum gemmifera. Folium in caule simplicissimum indivisum.*

1194. OPHIOGLOSSUM *vulgatum:* folio caulino in-

fra spicam inserto ovato-oblongo. *Linn. svec. n.* 932. *spec. pl. ed. Willd.* 5. *p.* 58. *it. gotl. p.* 62. 175. 225. *Sv. Bot. t.* 378 *Flor. Dan. t.* 147. *Bjerkander Vet. Ac. Handl.* 1776. *p.* 82. *Naezén: in Fant diss. de Ulricaehamn p.* 52. *Wahlb. goth. p.* 95. *Samz. neric. p.* 71. *Wahlenb. ups. n.* 658.

Hab. in pratis declivibus ad sylvas regionum magis campestrium Sveciae temperatioris usque ad Vestrogothiam in Kinnekulle et Billingen, Nericiam prope Norrtorp et Ekeby, Uplandiam ex. gr. Upsaliae et Roslagiam passim.

Planta longe simplicissima omnium Filicum, magnitudine valde varians, pollicaris — pedalis. Saporis dulcioris esse dicitur unde Nericiis *Herrekål*, Gotlandis *Låketunga*. Folium vix costa media instructum, sed vasa in reticulum dispersa. Spica praecipue post dehiscentiam capsularum mire in articulos subimbricatos fuscescentes duros divisa, unde Svecis *Ormskallrebråken*; apice attenuato lingvae serpentum comparato.

414. LYCOPODIUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1615. *Wahlenb. Nov. Act. Ups. VII. p.* 178. *t.* 6.

Capsulae bivalves pulvere seminali in tetraëdron connato repletae, rarius (in n. 1199.) simul aliae ad sinus disrumpentes eoque modo subquadrivalves, semina quatuor majora in tetraëdron quoque connexa includentes (quibus analogae gemmae in ultima specie). — *Planta surculis saltem basi plus minus repentibus, (Svecis* Lummer*), foliis imbricatis minutis indivisis;* 1) *spicis intra squamas capsuliferis n.* 1195-1198. 2) *spicis intra folia ceteris majora capsuliferis n.* 1199. 1200. 3) *capsulis intra folia plantae sparsis. n.* 1201.

1195. LYCOPODIUM *alpinum:* foliis quadrifariis imbricatis, ramis erectis dichotomis: spicis sessilibus solitariis. *Linn. svec. n.* 957. *lapp. n.* 417. *t.* 11. *fig.* 6. *spec. pl. ed. Willden.* 5. *p.* 20. *Flor. Dan. t.* 79. *Wahlenb. lapp. n.* 518. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 105.

Hab. in campis collibusque omnium alpium Lappo-

nicarum præcipue humiliorum et Svecicarum subsimilium ubique.

Caulis per plures pedes immo orgyam repens; rami vero vix digitales per dichotomiam crebro divisi, penna gallinacea tenuiores; foliis glaucescentibus vel potius caerulescentibus. Spicae in apicibus ramulorum non tantum sessiles sed etiam ipsae ob brevitatem harum partium semiuncia non longiores; squamis crassioribus lividi coloris neutiquam scariose marginatis. Sequenti valde affine.

1196. LYCOPODIUM *complanatum:* foliis subquadrifariis: superficialibus oppositis obsoletioribus, ramis complanatis: spicis pedunculatis (geminis). *Linn. svec. n.* 958. *spec. pl. ed. Willden.* 5. *p.* 19. *Sv. Bot. t.* 95. *Fl. Dan. t.* 78. *Wahlenb. lapp. n.* 517.

β. spicis bigeminis, ramis angustioribus. *Dillen. musc. p.* 448. *t.* 59. *fig.* 3.

γ. spicis solitariis, ramis minus complanatis.

Hab. in sylvis sterilibus totius Sveciæ minus frequenter; *β* in scopulis marinis ad Telegrafsberget prope Götheborg (*L. B. Wrangel*); *γ* in subalpinis satis frequenter.

Radix valde repens, sed planta ceterum satis erecta tota complanata Svecis *Jemna* vel *Fårg-Lummer;* ramis circiter sesquilineam latis. Spicarum pedunculi saepius longitudine digiti, foliolis ternatim substellatis distantibus praediti. — *β* rami et pedunculi crebrius divisi; *γ* rami superiores simpliciores et pedunculi foliolis tantum oppositis.

1197. LYCOPODIUM *clavatum:* foliis sparsis enervibus filamentosis, spicis pedunculatis subgeminis. *Linn. svec. n.* 952. *spec. pl. ed. Willden.* 5. *p.* 16. *Sv. Bot. t.* 59. *Flor. Dan. t.* 126. *Wahlenb. lapp. n.* 519.

Hab. in sylvis sterilibus subhumidis omnis Sveciæ ubique.

Surculi longe prorepentes et rami quoque depressi, apices annotinos tantum erigentes, Svecis *Mattegrås.* Folia inferne patula, dein apicem aliquantum incurvantia: pilo albido serrulato. Spicae pedunculo fere digitali semper elevatae; squamis pilo breviore terminatis obsoletius octofariis. Farina cum spica *Lumrik*, an *Lumrök?*

1198. LYCOPODIUM *annotinum*: foliis quinquefariis patulis subserratis, ramis annotino-articulatis: spicis sessilibus solitariis. *Linn. svec. n.* 956. *spec. pl. ed. Willd.* 5. *p.* 23. *Sv. Bot. t.* 670. *Fl. Dan. t.* 127. *Wahlenb. lapp. n.* 520.

Hab. in sylvis majoribus valde muscosis Sveciae totius passim.

Surculi longe repentes magis flexiles Svecis *Refgrås* vel *Kalfrefvor*; ramis erectis saepe spithamaeis, ob folia patula crassioribus et in articulos annotinos perevidentes divisis. Spica fere ultimi articuli instar sessilis.

1199. LYCOPODIUM *Selaginoides*: foliis sparsis lanceolatis patulis dentato-spinulosis; superioribus majoribus spicam foliosam constituentibus, capsulis inferioribus tetraspermis. *Linn. svec. n.* 955. *spec. pl. ed. Willd.* 5. *p.* 28. *Sv. Bot. t.* 612. *f.* 2. *Fl. Dan. t.* 70. *Dill. musc. p.* 460. *t.* 68. *f.* 1. *Wahlenb. lapp. n.* 522. *t.* 26. *f.* 2. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 101. *Swartz ib.* 1789. *p.* 49.

Hab. locis subhumidis ad aquas per regiones alpinas proximasque sylvaticas a summa Lapponia usque ad Vermlandiam ferrimontanam et Dalecarliam inferiorem subsimilem ex. gr. prope Billsjö, passim; nec non in maritimis septentrionalibus usque ad Roslagiam copiose.

Stirps tenuissima sui generis, praecipue partibus inferioribus. Radix omnino setacea, ita quoque surculi vagi ad terram serpentes, foliis linea non longioribus. Caules vel potius spicae fructiferae solae eriguntur, uncias duas plerumque elevatae. Folia fructifera patentia, duas lineas longa, rigidula.

1200. LYCOPODIUM *inundatum*: foliis sparsis attenuatis integerrimis; ramorum erectorum majoribus spicam foliosam constituentibus, caule repente. *Linn. svec. n.* 954. *spec. pl. ed. Willden.* 5. *p.* 25. *it. scan. p.* 417. *gotl. p.* 316. *Sv. Bot. t.* 612. *f.* 1. *Fl. Dan. t.* 336. *Dillen. musc. p.* 452. *t.* 62. *f.* 7. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 124. *Osbeck*

götheb. handl. 4. *p.* 30. *Wahlb. gothob. p.* 95. *Retz. oec. p.* 436

Hab. in paludibus limosis atris Sveciæ præcipue mediæ et interioris non raro, ut Vermlandiæ ferrimontanæ ad Kroppa, Taberg alibique, Vestmanniæ ad Loka et Skinskatteberg omnino frequenter, Upsaliæ ad Börjesjö, Gestriciæ in paroecia Hille, Vestrogothiæ septentrionalis in insula Harfvardsholmen lacus Velen, Ostrogothiæ prope Godgård ad Axhultasjön, Smolandiæ ad lacum Möckeln, Lenhofda, Femsjö etc., Hallandiæ in Hasslöf et denique Scaniæ ad Ystad.

Stirps humillima, repens tum caule cum ramis ceterum filo fere crassioribus, rigidis. Folia caulina duas lineas longa, mollia. Spicae vel, si mavis, rami fructiferi soli erecti uncia parum altiores; foliis capsularum tres lineas longis, sed erectiusculis, mollibus.

1201. LYCOPODIUM *Selago:* foliis octofariis subimbricatis lanceolato-subulatis, caule dichotomo fastigiato, capsulis axillaribus sparsis. *Linn. svec. n.* 955. *spec. pl. ed. Willd.* 5. *p.* 49 *Sv. Bot. t.* 119. *Flor. Dan. t.* 104. *Wahlenb. lapp. n.* 521.

Hab. ad saxa magis aprica totius Sveciæ saltem primitivæ formationis etiam alpinæ fere ubique.

Praecedentibus omnibus crassius et densius, ramis plerumque digito minimo non angustioribus compositum, Svecis *Lus-Lummer.* Capsulae intra folia plurima et supra eas ad apices ramorum involucrum pentaphyllum gemmam etiam pentaphyllam eodem tempore decidentem gerens.

415. ISOËTES.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1620. *Wahlenb. Nov. Act. Ups. VII. p.* 178. *t.* 6.

Capsulæ in basi foliorum subinclusæ nervoque ipsorum adfixæ. membranaceæ, evalves, uniloculares: receptaculis filiformibus e nervo provenientibus. Seminula in aliis capsulis pulveracea, primum quaternatim connata. Semina majora in aliis capsulis etiam numerosa, primum in tetraëdron conjuncta, demum soluta ad basin areolis ternis triangularibus notata. — *Planta acaulis quodammodo bulbiformis, foliis subulatis.*

1202. ISOËTES *lacustris*: *Linn. svec. n.* 951. *spec. pl. ed. Willd.* 5. *p.* 554. *it. scan. p.* 417. 419. *c. f. amoen. acad.* 8. *p.* 45. *Rogberg smol. p.* 22. *Sv. Bot. t.* 600. *Fl. Dan. t.* 191. *Wahlenb. lapp. n.* 523. *Osbeck götheb.* 4. *p.* 30. *Wahlb. gothob. p.* 96. *Næzén in Fant diss. de Ulricæhamn p.* 32. *Aspegren bleking. p.* 73.

Hab. sub aqua in lacubus et fluviis majoribus pacificis per provincias plerasque montosas et sylvaticas, ut Lapponiæ inferioris ex. gr. paroeciæ Jockmock, Vermlandiæ ferrimontanæ frequenter, Nericiæ in Tysslingesjön, Roslagiæ, Sudermanniæ in Yngen, Ostrogothiæ septentrionalis ad Godgård, Vestrogothiæ in Hunneberg alibique, Smolandiæ in Möckeln etc., Hallandiæ in Sjöaltssjö paroeciæ Våxtorp, Blekingiæ in Nätrabyå.

Radix fibrosa, supra quam capsulae numerosae in taleolo caudicis intra folia intumescentiam fere bulbiformem efficiunt. Seminula omnia nivea; majora seminibus Papaveris paullo grandiora. Folia uncialis — pedalis longitudinis, subtetragona, intus loculis quatuor. Svecis *Braxengrås* vel *Andgrås*.

416. PILULARIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1619. *Hedwig theor. ed.* 2. *p.* 109. *t.* 8.

Capsula radicalis libera, globosa, coriacea, evalvis, quadrilocularis. Receptaculum in quovis loculamento unum, parieti externo versus basin adnatum, inferne semina lagenæformia superne seminula pulveracea gerens. — *Planta radice repente filiformi, foliis setaceis.*

1203. PILULARIA *globulifera*: *Linn. svec. n.* 950. *spec. pl. ed. Willden.* 5. *p.* 535. *it. scan. p.* 396. *Rogberg smol. p.* 21. *Sv. Bot. t.* 599. *Flor. Dan. t.* 223. *Dillen. musc. p.* 538. *t.* 79. *f.* 1. *Osbeck götheb. handl.* 4. *p.* 30. *Retz. diss. obs. bot. p.* 28. *Aspegren bleking. p.* 73. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 228. *Wahlb. gothob. p.* 96.

Hab. in pascuis limosis a fluvio quodam in mare mox exeunte inundatis per provincias extimas non raro, ut Scaniæ ad Christianstad in Isternäset, Beckhofvet

etc. copiose, item inter diversorium Ingelstorp (paroeciæ Ströfvelstorp) et Engelholm, Blekingiæ ad Nätrabyå prope Greby, Thorhamn, Hallandiæ meridionalis ad Hasslöfså infra Hasslöf multis locis, Gotlandiæ in paroecia Fröjel; nec non Smolandiæ occidentalis frequenter, etiam ad Diö, Sommen etc., Gothoburgi ad Delsjön et ad Torfmossen prope Kålltorp.

Perennis videtur radice vel si mavis caudice repente tenuitate plus quam fili, ad spatium non nullarum linearum radiculas et folia fere setae tenuitatis et parum plus quam unciam longa emittens. Ramuli simul egrediuntur brevissimi inferne folia gerentes, superne fructu terminati. Capsula granorum piperis magnitudine, extus hirtula, colore murino, per totum fere annum obvia. — Sola planta Filicina, quae a numero binario filicum in numerum quaternarium Muscorum respectu divisionis pericarpii abit.

417. EQUISETUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1614. *Hedw. theor. ed.* 2. *p.* 82. *t.* 1. 2.

Spica composita squamis peltatis orbiculato-polygonis. Capsulæ sub quaque squama 4-7 undique adfixæ, introrsum longitudinaliter dehiscentes. Seminula numerosissima globulosa, spiraliter obvoluta filis quatuor apice incrassatis siccitate se exporrigentibus. — *Planta radice perenni repente, caulibus articulatis: vaginis* 1) *scariosis inæqualiter dentatis n.* 1204. 1205. 2) *herbaceis vel durioribus æqualiter dentatis* a) *caule lævi n.* 1206-1208. b) *scabro n.* 1209. 1210.

1204. EQUISETUM *arvense*: scapo fructificante cellulari vaginis scariosis inæqualiter sexpartitis caduco, caule sterili ramis simplicibus tetragonis. *Linn. svec. n.* 928. *spec. pl. ed. Willd.* 5. *p.* 1. *Sv. Bot. t.* 474. *Wahlenb. lapp. n.* 524.

Hab. in pratis, arvis et campis aliquantum declivibus etiam alpinis totius Sveciæ ubique.

Caules vel potius scapi fructificantes propullulant primo vere mense germinationis, toti pallidi praeter vaginas rufescentes, circiter spithamaei, spicis etiam pallidis (Angerman-

nis *Göks-bett*) copiosius fumantibus quam sequentium; qui caules ante aestatem cadunt sine ramis ullis. Caules steriles dein prodeunt stolonum instar oblique patentes vel saltem apice nutantes, Svecis *Råfrumpor*.

1205. EQUISETUM *sylvaticum:* caule sexangulo cellulari: vaginis superne scariosis inæqaliter trifidis, ramis ramulosis subtetragonis. *Linn. svec. n.* 927. *spec. pl. ed. Willden.* 5. *p.* 3. *Flor. Dan. t.* 1182. *Wahlenb. lapp. n.* 525.

β. minus: ramis simplicioribus subtriquetris. *Regensb. bot. Zeit.* 1820. *p.* 504.

E. umbrosum *Willden. spec. pl.* 5. *p.* 3. *Aspegren bleking. p.* 73.

E. amphibolium *Retz. fl. scand. suppl.* 2. *p.* 12.

Hab. in sylvis subhumidis totius Sveciæ frequenter; *β* præcipue in regionibus australioribus non raro observata.

Caules aliquantum serius prodeunt, primum spicis fere similibus ac praecedentis tantum minoribus praediti, sed vaginis inferne totis viridibus et tantum superne scariosis fuscescentibus obtusis, demumque ramis arcuatim recurvatis (Svecis australioribus *Pogråcker*, *Tåpperåcker*, Medelpadis *Grangrås*, Jemtlandis *Håstgröning*), plus minus compositis, laete virentibus, multo tenuioribus quam sequentium. — *β* quasi regressus versus praecedentem.

1206. EQUISETUM *palustre:* caule sexangulo cellulari; vaginarum dentibus æqualibus scariosis subhyalinis, ramis patentibus spica brevioribus tetragonis. *Linn. svec. n.* 929. *spec. pl. ed. Willd.* 5. *p.* 5. *Sv. Bot. t.* 402. *Fl. Dan.* 7. *t.* 1183. *Wahlenb. lapp. n.* 526.

Hab. in paludosis sylvaticis Sveciæ omnis minus copiose.

Ob locum Svecis *Roxne-* vel *Ronegrås*, item *Kårrskåfte*. Totum aestivale, ultra pedale, saturatius viride. Spicae fuscae e vaginis elevatae et ramorum supremorum apicibus duplo altiores. Caulis penna gallinacea vix crassior, vaginis totis viridibus praeter dentes breviores fuscescentes. Rami patenter surgentes, saepius spiciferi quam in sequentibus.

1207. EQUISETUM *limosum:* caule multisulcato fistu-

loso; vaginarum dentibus æqualibus coloratis, ramis obsoletis inæqualibusve. *Linn. svec. n.* 931. *Engl. Bot. t.* 929. *Wahlenb. ups. n.* 666.
E. Heleocharis *Ehrh. beitr.* 2. *p.* 159.

Hab. in rivulis limosis prope sylvas per regiones ceterum campestres a Scania ad Helsingiam passim.

Sequentis forsan varietas praecocior. Caulis saepe penna anserina crassior, bipedalis, minus durus et fragilis. Vaginarum dentes in caule nigro-fuscescentes, sed in ramis omnino virides. Spicae omnium crassissimae fere semiunciam latae, etiam nigro-fuscescentes, in vaginis sessiles.

1208. EQUISETUM *fluviatile:* caule multisulcato fistuloso, vaginis margine dentibusque coloratis, ramis erectis spicam superantibus. *Linn. svec. n.* 930. *it. vestrog. p.* 46. 48. *Rogberg smol. p.* 21. *Flor. Dan. t.* 1184. *Kalm bohusl. p.* 297. *Vet. Ac. H.* 1742. *p.* 124. (de usu). *Wahlenb. lapp. n.* 527. *ups. n.* 667.

Hab. in fluviis pacificis adjacentibusque lacubus præcipue per regiones sylvaticas et montanas interiores a Lapponia saltem usque ad Vestrogothiam et Smolandiam frequenter; in Vermlandia ferrimontana omnium copiosissime.

In aqua profunditate nonnullorum pedum quasi prata constituit incolis dictae regionis *Fråkenbottnar* nuncupata, post foeniseoium interdum ex scapha metienda. Planta ipsa (*Fråken*) magis ex caeruleo viridis et fragilis, australioribus *Knarfvel, Stroppel* etc. Caulis penna anserina aliquantum crassior; vaginis superne omnino aterrimis. Ramorum quoque vaginae dentibus atris (ut in nulla praecedentium). Spica caule parum crassior aterrima. — Itaque nostra planta longe distat ab E. Telmateja Ehrh. in Svecia non observato.

1209. EQUISETUM *hyemale:* caulibus multisulcatis scabris fistulosis nudis, vaginis basi margineque coloratis; dentibus deciduis subulatis, spicis subinclusis. *Linn. svec. n.* 931. *spec. pl. ed. Willden.* 5. *p.* 8. *Sv. Bot. t.* 530. *Fl. Dan.* 8. *t.* 1409. *Osbeck götheb. handl.* 4. *p.* 29. *Samzel. neric. p.* 71. *Wahlenb. ups. n.* 668. *lapp. n.* 529.

Hab. in ericetis sylvaticis subhumidis arenosis totius Sveciæ passim; Lapponiæ præcipue ad ripas fluviorum.

Hyeme perdurat et vix discussa nive floret spicis aterrimis minoribus quam omnium praecedentium. Ceterum caules multi simplicissimi, circiter pennam anserinam crassi, duri et scabri, Svecis *Skafrör, Skåfte, Skurgrås.* Vaginae primum totae aterrimae, dein medio albescentes variegatae.

1210. EQUISETUM *reptans:* caulibus vagis subrepentibus subquinquangulis scabris intus cellularibus, vaginis colorate marginatis; dentibus subsetaceis persistentibus. W*ahlenb. lapp. n.* 528.

E. variegatum W*illden. spec. pl.* 5. *p.* 7 *Engl. Bot.* 28. *t.* 1987. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 101.

Hab. in rupibus alpinis et subalpinis nec non ad ripas fluviorum a Lapponia usque ad Osmundsberg Dalekarliæ passim; nec non in litoribus maris Roslagiæ.

Praecedentis forsan varietas reptans multo magis divisa: cauliculis filo non multum crassioribus, plerumque digito non longioribus. Vaginae superne aterrimae, sed sinubus vel marginibus, dentes distingventibus, albidis.

418. CHARA.

Linn. gen. ed. 6. *n.* 1203. *Wallroth ann. bot. p.* 157. *t.* 1–5.

Fructificatio duplex: 1) Globuli colorati sub axillis ramulorum siti et compositi peltis circiter quatuor triangularibus radiatim, striatis et fila quoque radiantia tegentibus (spicis Equiseti forsan analogi); 2) Nuculæ virides in axillis ramulorum inclusæ, indumento spirali tectæ: testa atra duriuscula: nucleo albissimo granulato (fructibus Algarum forsan similiores). — *Plantæ aquaticæ submersæ articulatæ (sine vaginis); internodiis* 1) *evidenter striatis* a) *granulatis fragilibusque n.* 1211. b) *setaceo-aculeatis n.* 1212. c) *vesiculari-aculeatis n.* 1213. 2) *sine striis evidentibus: internodiis* a) *inanibus n.* 1214. b) *intus subgelatinosis n.* 1215.

1211. CHARA *vulgaris:* caule vasculoso striato fragili scabriusculo; ramis suboctonis apice nudis, bracteis

fructu sublongioribus. *Linn. svec. n.* 1131. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 183. *Engl. Bot. t* 556. *Wahlenb. ups. n.* 669. *Hartman Vet. Ao. Handl.* 1818. *p.* 129.

* papillata: granulis nonnullis papillæformibus. *Wallroth ann. p.* 183. *Bruzel. char. p.* 21.

β. viridior, gracilior, bracteis brevioribus. *Hedwig theor. t.* 34. 35. *Flor. Dan. t.* 150.
Ch. Hedwigii *Bruzel. char. p.* 21. 7.

γ. pulchella: gracillima, magis elongata et simplex: bracteis fructu brevioribus. *Wallroth ann. p.* 184. *t.* 2. *Bruz. char. p.* 8.

Hab. in aqua minus pura campestri Sveciæ temperatioris a Scania ad Uplandiam, dein tantum β ad Vermlandiam ferrimontanam et Gestriciam passim, nec non denique Jemtlandiæ; γ in aquis subsalsis Stockholmiæ et Ostrogothiæ; * in calcareis Oelandiæ ex. gr. ad Åleback.

Planta primaria filo saepe crassior et ejus modo contorta, cinerascens, valde fragilis (*Spröd Lavring* Fischerstr. *Sträffse* Retz.) idque ob parietes granulatos duriores siccitate non tam collabentes ut in sequentibus. β et γ duplo triploque teneriores, sed tamen internodia vix collabescentia, itaque saltem siccitate adhuc fragilia. Nuculae autem et praecipue globuli multo minores quam in proximis duabus, vix majores quam in ultimis speciebus.

1212. CHARA *hispida*: caule vasculoso striato flexili aculeis setaceis ipsius diametro sublongioribus, ramis subsenis apice ramulosis. *Linn. svec. n.* 1133. *it. gotl. p.* 221.
Ch. aspera *Wallroth ann. p.* 185. *t.* 6. *f.* 3. *Willden. Act. Nat. Scrut. Berol.* 3. *p.* 298. *Bruzelii char. p.* 12. 22.

β. major: aculeis crebrioribus. Ch. hispida *Wallroth p.* 187. *t.* 4. *Bruzel. char. p.* 9. 20.

γ. crinita: flexilissima, aculeis subcapillaribus diametro caulino aliquoties longioribus. — Ch. crinita *Wallroth ann. p.* 190. *t.* 3. *Videgr. österg. p.* 26. *Aspegren bleking. p.* 65. *Bruzelii char. p.* 10 19. *Fries nov. p.* 57.

δ. baltica: aculeis latioribus, ramis ultimis inflatis.
Ch. baltica *Fries* — *Aspegren blek. p.* 65. *Bruzelii char. p.* 11. 19.
Ch. tomentosa *Osbeck götheb. handl.* 4. *p.* 26.
Hab. α in mari ad litora Roslagiæ et dein passim usque ad Angermanniam (ibique sola) nec non ab altera parte versus Scaniam passim; β et γ tantum ab Ostrogothia ex. gr. in Mörjevik prope Stegeborg ad Blekingiam (et rarius Scaniam usque) copiose; δ infra Oelandiam per Blekingiam, Scaniam et Hallandiam frequenter.

Hae omnes formae, si ullae, nimium differre primo intuitu videntur ut sub una specie cogantur, et tamen serie continua praecedentem speciem cum sequente conjungunt, adeo ut valde dubitem an ulla earum eximenda. Omnes in apices ramulosos ab aculeis vix distingvendos abeunt. α Linnaei primaria forma parum crassior praecedente specie, etiam flexilis. β caulis crassitiem pennae columbinae interdum attingit, semper eximie viridis. γ ceteris magis singularis eo quod, antequam ad formam magis membranaceam sequentis abit, flexilitatem et angustiem summam assumit, et tam contorquata evadit ut aculei fasciculati appareant. δ versus sequentem manifeste accedit apicibus ultimis inflatis utriculos simplicissimos referentibus. Ejusdem etiam magnitudinis et habitus est.

1213. CHARA *tomentosa:* caule vasculoso sulcato chordæformi flexili: aculeis demum inflatis ovatis obtusiusculis ramulos æquantibus. *Linn. svec. n.* 1132. *Bruzelii char. p.* 13. 20.
Ch. latifolia *Willd. Act. Nat. Scr. Ber.* 3. *p.* 299.
β. magis conglomerata, ramulis brevioribus. *Fries nov. p.* 57.
Ch. ceratophylla *Wallroth ann. p.* 192. *t.* 5. *Fl. Dan. t.* 1656.
Hab. in mari orientali ad litora Roslagiæ copiose, Ostrogothiæ parcius, ad Vestervik rarissime, nec aquam magis salsam et australem petere videtur.

Haec forma, ad transitum versus Charas simplicissimas (non striatas) posita, distentionem summam eamque constantem accepit. Ceterum fere ut in sequentibus ramuli etiam ultimi